COMMENTARIUS IN SEPTEM PRIORA CAPITA LIBRI IUDICUM. AUCTORE R.P. IOANNE...

João Freire

COMMENTARIVS IN SEPTEM PRIORA CAPITA LIBRI IVDICVM.

AVCTORE R. P. IOANNE FREYRE
Vlyſsiponenſi Societatis IESV.

Conimbricæ quondam publico, ac celebratiſsimo ſacrarũ litterarum interprete.

Opus poſthumum, ſed ab omnibus maximè expetitum.

Sumptibus, & induſtria Pauli Craesbeeck.

Cum omnibus facultatibus. VLYSSIPONE. Apud Georgium Rodericum. Anno Domini 1640.

COLLEGIVM CONIMBRICENSE SOcietatis IESV.

AD LECTOREM

VEniunt tandem, Lector, Ferrij nostri Iudices ad manus tuas, nec iam è manu, vt hactenus circumferebántur mutili, & mēdosi, sed è typis integri, & incorrupti, & quidem suæ sortis securi censorum calculos, & iudicia non timent, imò non expectant: vel quia iudicū est ferre sententiam, non subire: vel maximè, quia iā pridem sapientum plausu, & admiratione fruitur sacrum hoc tribunal, nihil que ab eo edictum aut exscriptum, quod iudex etiam inuidia emēdet, nihil, quod non cōmendet: idcirco eius laudationem persequi alienum est. Hoc tantum ne tè lateat volumus, plurima, & grandia illa quidē hoc Collegium tibi iam dedisse opera, vix vllum tamen pretiosius. Deus immortalis, quo pretio breues hos commentarios comparauimus; lacrymis nimirum, & desiderijs charissimi, & clarissimi alumni, qui hoc vno in labore corporis, & ingenij vires gloriosè exhausit: hoc certè inuidiosam operis æstimationem in nobis potissimum auget, quôd paruo huic volumini se deuouerit maximum illud caput, cuius mortem, etsi grauiter tulimus, grauiûs tamen ipsius mortis tempus, tunc enim lucē amisit, cum illam inceptum hoc opus non lōge spectabat quanquam illi hæc ipsa iniuria cessit in gloriam: licet enim intempestiuum fatum, et vitæ, et operis telam intercéperit, illius tamen probitatem, et huius perfectionē expendenti æui maturus decessisse videbitur: vt enim vitæ nihil supra virtutis longius æuum addere potuisset.

Sic opus haud poterat, si non prius ipse perisset
Certius a summa nomen habere manu.

Ouid. 3. Trist. Eleg. 14.

Quæ etiam causa fuit ne alius interrupto operi succederet: omnes ab hac cura deterruit reuerentia principij,

des.

desperatione similis exitus, et de Scriptore nostro verissime dixeris, quod Plinius de aliquibus magni nominis pictoribus etiam suprema illorum opera, imperfectas que tabulas in maiori admiratione, esse quam perfecta, quippe in ijs lineamenta reliqua, ipsæque cogitationes artificum spectantur etc. Quasi in peracta parte operis quæ desiderantur mente persequi liceat, manu non liceat: imò vero eô minus idea illas penicillo exprimere posse credāt alij artifices, quôd illas animo clariùs deprehendunt. Id tamen, subijcit Plinius, lenocinio cōmendationis dolor est manus, cum id agerent, extinctæ desiderātur. Ecquis enim non doleat aureum illum Frerij stylum illi excussum de manu, priusquàm extremam huic operi imposuisset? Ecquis in his commentarijs considerans orationis candoré, et concinnitatem, facilem, et felicem sacri textus interpretationem, aptè appositas SS Patrum sententias acuta et arguta, nec affectata tamen auctoris Epihonemata tā. tum virum emortuum, imo et mortalem fuisse non queratur? At, quem huius criminis incusemus, præter Frerium ipsum nullus est; ille. illo suimet proditor fatis concessit, dum nimium genio ad scribendum nato: et insidiosa librorum voluptate deceptus valetudinem alioqui infirmam vitamque in studijs abrupit, hoc enim Lucani in carmina mihi flectere liceat ex lib. 1. Pharsal.

Lib. 35. c. 11.

At si non aliam venturo fata libello
Inuenère viam, magnòque æterna parantur
Scripta viris, ingens nobis iactura, doloque
Hac mercede placent.

Tu vero, studiose lector, si raptum Ioannem nobiscum lu ges, dum legis: modum quæso lectioni ne facias, hæc illum mærori tuo faciet: quæ enim hic pauca auctor scripsit, eorum, quæ diu viuens scripsisset, desiderium tibi magna ex parte leuabunt: et opus hoc numeris omnibus, et si paucos attigerit, absolutum, mortemque illi finem, non cultum, et maturitatem inuidisse senties. Vale.

ADMODVM REVE RENDO IN CHRISTO PATRI P. Antonio Mascaregnas societatis IESV.

ROMÆ QVONDAM PRO LVSITANIÆ PROuincijs Assistenti dignissimo

ET IN EADEM LVSITANIA VISITATOri, sæpeque Prouinciali emerito: nunc domus professæ Diui Rochij eiusdem Societatis Præposito emeritissimo: totiusque prouinciæ Parenti optimo.

Paulus Chrasbech libellum istum dicat, & vouet H. O. E.

E Tenebris tandem in lucē præclarissimus auctor Ioannes Frerius euocatur, qui te multis titulis quærit, Reuerēdissime, ac Religiosissime Pater: tum quia, quod omnes ardenter efflagitabant, vt in publicum theatrum Frerius daretur, tibi vni vnicé debetur, siquidem tuis iussis officiosé obtemperans, volumen cælo dignum prælo deditum quia posthumus hic fætus, quoniam patrem ignorat vllum, æquum erat, vt quem communē Parentem vniuersa Societatis IESV Lusitana prouincia agnoscit, Patrem simul recognosceret, & patronum.

Quid si peculiares meos titulos euoluerem, quibus adstrictū me, ac religatum profiteor, nō minus Paternitati tuæ nunc, quā olim Illustrissimo, ac desideratissimo fratri tuo Domino D. Ferdinando Martins Mascaregnas, Algarbiorum Pontifici dignissimo, & in rebus fidei pro Lusitaniæ Regnis supremo, & æquissimo Quæsitori? Multis ergo nominibus tibi debitum donum,

multis lætus nominibus tibi ludens affero, ac libens offero. Nec me munusculi deterret exilitas, agnoscis enim grande & operosum meritorum pondus, sub hoc exiguo cortice delitescens.

Accipe ergo, Reuerendissime Pater, obsignatum, ac destinatum tibi debitæ meæ seruitutis obsidem: libellum istum tuis manibus dignare: tuis oculis intuere pariter, ac tuére: amoris, & obsequij mei pignus ne despice, auctoris nomine magnum, sed tuo patrocinio maximum. Vale Societatis IESV perenné, & immortale decus.

Paternitatis tuæ seruus obsequentissimus

Paulus Krasbeck

CENSVI commentarios in priora 8 capita libri Iudicũ Autore R.P. Ioanne Freire Societatis IESV. Theologo ac theologię professore. Et quia meum hoc de opere iudicium, qui me Autoris tam in humanioribus, quam in sacratioribus literis discipulum iacto, suspectum videri poterit, commune eruditorum per iudicium in medium praefero. Opus ergo est fidei, ac morum doctrina incorruptum, perspicacis ingenij acumine subtile, teritis styli felicitate, ac sublimitate perpolitũ, multiplici sacrae, ac reconditae eruditionis gaza locuples, aureoque commentandi nexu, ac illustrandi filo decurrens: vtinã illud inuida Parca crudeli ferro non abrumperet immaturé. Credas hoc de opere scripsisse Hieronimum Epist. 13 ad Paulinum, dum ipsius commendat librum: Ipsum, inquit, genus eloquij pressum est, ac nitidum, & cum Tulliana luceat puritate crebrum est in sententijs Praeterea magna è rerum consequentia, & alterum pendet ex altero: quidquid assumpseris, vel finis superiorum, vel initium sequentium est &c. Testatur hoc communis auiditas, qua hi commentarij a doctis ac studiosis in Lusitania, Hispania, Italia, Brasilia, Indiaque transcripti, ac certatim expetiti sunt: illorumque plagiariorum illiberalis auaritia, qui ex ingeniosae huius apis matinae fauis nomen sibi parare sordido furto studuerunt. Testatur typographorum iteratae preces hoc praelo suo opus identidem exposcentium.

De Aristotele dici solitum testatûr Albinus Ep. 28. ad Paulinum, dum acutissimas Periherminias scriberet argumentationes, calamum suum mente tinxisse. De Magni Freirij calamo, iudicio, ingenio, ac eruditione tinctum neruosa ac succosa dicendi venustate, feliciquę penso fluxisse, docti sentiunt ac loquuntur, non sine acerbo doloris morsu, quod tanto operi ex vero subscribatur: *Faciebat*. Adde non solum mentis acumine, sed religiosi etiam affectus fluxisse dulcedine: merito vt de ipso dici posit, quod Magnus Gregorius l. 7. Regist Ep. 125. ad Leandrũ scripsit: Sanctitatis tuae Epistolam suscepi charitatis calamo scriptã: ex corde enim lingua tinxerãt, quod in chartae pagina refundebat. Et in ra in illa epistola Tuae mentis dulcedinem nõ

erat

erat audire, sed cernere. Sic nimirum niuei pectoris eximiam in Deum, Deiparam, ac caelites pietatem, á corde in chartam trāscriptam, non solum legendam, sed viuis coloribus animatan. Religiosissimus Freire oculis exhibet spectandam.

Quòd vero operis huius volumen paruam assurgat in molē, nihil eius pretio detrahit, aut de aestimatione imminuit, nā exiguae margaritae magno aestimātur: Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius Eccli. 11.3 Et S. Paulin. Ep, 1. ad Amandum; sicut mellis ait. gutta idem sapit, quod totus fauus, sic in vno licet verbo stillicidium linguae vestrae totūm sanctae animae saporem refert &c. Et, vt parua magnis cōponam, quemadmodum compendiatum est nouum testamentum, & á legis laciniosis oneribus expeditum, vt disserit Tertullia. l. 4 contra Marcionem c. 1 illud tam longo excellit interuallo; sic brèues hi cōmentarij, sensibus ac sententijs magni, prolixas multorum commētationes superare, cordatus arbiter haud dubiè deprehēdet, illosque verè Laconicos existimabit iuxta mētem Nazian Ep 3 Laconicè scribere, non est quod putas, paucas videlicet syllabas scribere, sed de plurimis rebus paucas &c. Subscribet tandem multorum iudicio, qui Insignem Freire breuitate operis, aureoque dicendi nitore, ac sententiarum pondere Sancto Petro Chrysologo persimilem, neque Sanctimonia, quam studiosissime coluit, absimilem esse arbitrantur. Ita de hoc opere, eiusque Autore sentire doctos, Sancte testor; Conimbricae, in Collegio societatis I E S V. Pridie kalendas Iulias anni 1635.

Iacobus Leitam Doctor Theologus.

LEGI, non sine magno amoris, ac doloris sensu, opusculum hoc satis operosum; volumine quidem exiguum, rerum tamen lumine eximium; instar mappae mundi, sacram, ac bellam caeli tabellam verè appellarim; quam nobis pater Ioannes Freyre ter maximus Sacrarum literarum in Conimbricensi Collegio interpres, pendente adhuc Scriptura, immaturo fato, factis tamen, & scriptis maturissimis, excedens reliquit. Vir sanè Lusitanae prouinciae, & genij suauitate, & ingenij amaenitate olim merae delitiae: nunc veró aeternus maeror, ac desiderium. Opus equidem (non sine numine) & posthumum, & vnicum, & imperfectum, octo tantûm capita libri Iudicum complectens Etenim in opere posthumo typis mandando, mira erga Reipublicae vtilitatem solicitudo, erga authoris nomen gratitudo Collegij Conimbricensis elucet. In vnico, vnici hac aetate, (absit verbo inuidia) ingenij, sapientiae, styliq. fulgor praestantissimus irradiat: cui ad splendorem pulchrè insculpi potest: *Vnum pro cunctis fama loquatur opus* In truncato, & imperfecto, mens, ac manus perfectissima scriptoris apparet: vnde facilè agnoscat lector, *ab vnguibus leonem*, vt est in veteri prouerbio: cui bellè inscribi valet: *Pendent opera interrupta, liberque*: adiecto insuper lemmate, summis quondam artium principibus ad suorum operum immortalem commendationem satis noto, ac familiari: *Scribebat*. Tandem in octauo capitum numero; sacris mysterijs non semel sacrato, illius scriptura, vita, & mors omnibus profectó numeris absoluta iudicatur, ac coronatur, iuxta celebrem D. Ambrosij sententiam: *Sicut spei nostra octaua perfectio est, ita octaua summa virtutum est*. Cui tanquam honorario tumulo affigi non indecorum.

Vt breuis immensum mundi mappa explicat orbem:
Sic opus hoc magnas continet artis opes.

Igitur tanti authoris libellum verè aureum è tenebris, ac vmbris sepulchralibus liberatum, publica luce, populari aura, immortalique gloria dignissimum iudico. Conimbricae. In Collegio Societatis IESV 30. Octobris anni 1634.

Gregorius Pint[illegible].

De mandato Illustrissimi, et Reuerendissimi Domini Episcopi D Frãcisci de Castro Inquisitoris Generalis Cõmentarium istum in lib. Iudicum á R. P. Ioanne Freire Societatis Iesu concinnatum auide legi, sed et vehementer indolui tã fælix Authoris ingeniũ acerbo fato immature esse præreptum cum ingenti litterarum iactura. Opus quidem pulchrũ est, et licet inceptum duntaxat, omnibus tamen numeris absolutum: qualis venusta illa Apellis figura, cui vltimam adhibere manum nemo est ausus. Fidei gnomas obseruat; mores instruit; sacrarũ litterarũ loca perspicuè pandit; Sanctorum Patrum expositiones, et sententias ingerit acute semper, aptè tamen, ac sine vi. Stylus dilucidus pariter, et concisus; tametsi enim plura paucis coerceat, fluit tamen ille leniter, et (quod paucis contigit) eleganter. Denique totus Commentarius fasciculus est floribus suauissimis vbique vernans, omnium ferendus manibus, fouendus sinu. Ita censeo sub censura. Conimbricæ in Collegio Deiparæ de Gratia. 10. Ianuarij 1634.

Fr. Philippus Moreira.

Ex mandato Sancti Tribunalis Officij hosce R. P. Ioannis Freire è Societate Iesu Commentarios in librum Iudicum perlegi, opus quidem vtile, fidei, ac optimæ morum disciplinæ satis consonum, et in se apprimè concinnum: quare dignum iudico, vt prodeant in lucem, et tãquam quid maximè bonum, fiant communes. Datum Conimb. in Collegio Sanctæ Mariæ de Gratia. Vigesimo septimo die Martij. Anno Dominico 1634.

Frater Emmanuel Caldeira. Calificator.

Vista a informação podemse imprimir os Cõmentarios, *In librum Iudicum*, do Padre Ioaõ Freire da Companhia de Iesus, e depois de impressos tornaraõ a este Cõselho pera

IN LIBRVM IVDICVM.

Commentarij.

PROLVSIO.

1\. Inscriptionis libri causa redditur.

ANTE quam libri, quasi limen ingrediar, hærendũ mihi est in inscriptione sacri huius vestibuli, & ad reliqua per quæstiunculas aliquas præludendum; sic enim inscribitur. Liber Iudicum. Quæro igitur primum, cur Samuel (nam is Autor est huius libri, vt communior fert sententia) heroas tales, ac tantos, quorum res gestas commemorat; iudicũ nomine appellarit, cum Iudicis nomen, vel ipso terrificans sono, virgas, fasces, vinculaque minetur, neque videatur in parentes patriæ, quales illi fuerant, conuenire, quippe quibus gloriæ fuerit miseros ciues non morti dedere, sed eripere non damnare ad carceres, ac supplitia, sed à seruitute, ac periculis vendicare?

Samuel author libri huius.

Respondeo iudices dictos, non tam quod damnauerint suorum quempiam, quã quod seruauerint; quod liberarint: id enim non semel significat verbum (iudico.) *Iudicate pupillo, defendite viduam*. Isaias capite primo numero 17. *Iudicabit pauperes populi*; Psalmo 71, num. 4. quod infra magis declarat, *Quia liberabit pauperem á potente, &c.* vers. 12. ac sæpe alibi, Nã hoc in iudice primarium; duo enim illius munia, duæ veluti manus, absoluit vna, condemnat altera; illa prior, ac nobilior, ista posterior, & ignobilior, illa misericordiæ, ista iustitiæ, illa dextra, hæc sinistra: Vnde Christus Dominus in vltimo illo foro, cum seuerissimũ iudicem acturus est à dextrix iudicium auspicabitur. *Tunc dicet Rex ijs, qui a dextrix*

2\. Iudex vnde dictus.

Isai 1. nu. 17

Ps. 71. num. 4

Iudicis munus quod primũ, quod secundũ.

 eius

Math 25.n. 34. *eius erunt*. Matthæi cap. 25. num. 34. Cur non illis ante, qui ad sinistram? quia paratior, prior, propensior est ad saluandum, quam ad condemnandum, vt Maldonatus, Salmeron, Iansen. ex Chrysostom. Origen. & alijs adnotarunt: nam dextra calidior, fortior, expeditior, magis in vsu, vnde nobilior habetur atque felicior, sinistra alia omnia; ita verus iudex, non seuerus calet ad misericordiam, friget ad vindictam, fortior est ad mitia, ignauior ad seuera, pigrior ad condemnandum, expeditior ad absoluendum, hoc illi nobilius, hoc felicius, hoc dextrum, illud sinistrum. Impios vero diuinus iudex ad læuam statuet puniendos, quasi hoc illi, non modo illis, & ignobilius, & infelicius; quanquam ibi etiam misericordiam interseret, cum eos vna tantum, eaque sinistra: idest imbelli, tarda, atque inuita, non vtraque puniat manu. Huc videtur sponsa respicere, cum ait. *Læua eius sub capite meo; & dextera illius amplexabitur me.* Canticorum capite secundo numero 6. per læuam Theodoretus, Bernardus, & alij iustitiam plectentem, per dextram misericordiam intelligunt amplectentem; illa enim, illa enim, quia ad puniendum, breuior, contractior subter abscondita, & quæ vix caput attingat: hæc quia ad miserandum longior, patentior, exporrectior, & quæ totam beneuolo animam circundet amplexu.

Chris tus ad saluandũ, quã ad puniendum promptior. *Salm. Chrys. Orig.* Dextra manus præstã tior, quam sinistra. Christus piger ad puniendum. *Cant. 2. n. 6. Theod. Bern.*

3. Quod vero seruare, ac misereri primum in iudice sit, patet ex dictis, quæ enim dextra priora sunt, atque eo mihi videtur Christus alludere, cũ se (Alpha, & omega) 1. Apoc. 8. vocat, vbi Ribeira interprete, per (Alpha) creandi, per (Omega) iudicandi potentiam intelligit, quasi vero Christus beneficiendi potentiam in primis suis, puniendi numeret in postremis, aut is qui miserando prior, iudicando foret se ipso posterior.

Misericordia prima iudicis laus. *Apoc. 1. nu 8. Ribera.* Christus cur Alpha, & omega?

4. In iudice ergo damnandi, puniendique officium sinistrum, atque posterius: seruandi, miserendiq; dextrũ, ac primum est, ab hoc potissimum iudices nostri dicti dextra in suos vsi, non sinistra, liberando nati, non condemnando, vt dicitur infra, *Suscitauit Dominus iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus* Iudic. capite 2. numero 16. Imo huc illorum arma, huc victoriæ collimabant, vt afflictos ciues, & quos peccata sua egerant reos, non damnarent

Iud. 2. n. 16.

narent, sed seruarent. Quo nomine regius Psaltes Deum commendat cum victorem in iudicando vocat: *& vincas cum iudicaris*, idest seruaueris Psalmo 50. numero 6. Hæc enim Dei victoria, absoluto reo triumphare. Eo sensu Hesichius hunc locum interpretatur. *Tunc vincere*, inquit, *iudex noster existimatur, non quidem cum condemnauerit, sed cum potius sontem seruauerit*. Hoc enim distant diuinum tribunal, & humanum quod *in mundanis*, vt ait Chrysostomus hom. 3. de verbis Isaiæ ad illud. *Dic tu prior peccata tua vt iustificeris* Isai. capit. 47. numer. 26. *forensibusque iuditijs post accusationem, & criminum confessionem, restat mors, apud diuinum autem tribunal post accusationem, & confessionem criminum, datur corona*. Ita se misericordiosissimus iudex, ac te coronat *in misericordia, & miserationibus* Ps. 102. num. 4.

Ps. 50. nu. 6. Hesichius. Parcere Dei victoria, & triũphus.

Chrys. hom. 3. Confessio peccatorũ, & accusatio coronam parit. Isa. 47 n. 26.

Ps. 102. nu. 4. 5.

Huius ad instar nostri iudices quibus victoriæ, ac trophæi loco ciuium salus; neque enim legimus alia ab ijs trophæa, aut monumenta erecta, quæ posteri mirarentur. Patriarcharum opinor secuti vestigia, quibus reddita miseris salus pompæ fuerat triumphali. *Abrahamus*, inquit, Chrysostomus hom. 35. in primam ad Corinthios num. 14. *Ex magno illo, & terribili bello parta victoria, rique propulsatis, & profligatis barbaris (e quorum manibus Loth. eripuit, ac reduxit. Genes. cap. 14. num. 16.) de victoria non triumphat, nec erigit trophaeum, solum enim volebat seruare, non se ostentare, &c.* Quasi dicat trophæi ac triumphi loco habuit seruati Loth salutem, quo etiam nomine Deus triumphator in Israel dicitur â Samuele 1. Reg. cap. 15. numer. 29. Abul. *Triumphator scilicet per misericordiam*. Idem iudicibus victoriarum scopus, idem triumphus seruare liberare, aliter, nisi per misericordiam, non triumphare. Misericordiam vero ab ijs exercitam, non iustitiam triplex mihi suadet argumentum. Primum quia Dei miserantis vicarij erant, secundum, quia Christi saluatoris effigies. Tertium quia Apostolorum figuræ.

Benefacere vitorum illustrium trophæum

Chrys.

Gen. 14. n. 16.

1 Reg. 15. n. 29. Triumphat Deus per misericordiam.

(.:.)

Iudices fuisse Dei Vicarios.

6\. Misereri dextrum, punire sinistrum est.

INde constat quod illorum opera Deus quasi dextera manu in liberando populo vtebatur. Quem admodum Angeli, quorum opera Deus misericordiam exercet à dextris Dei esse dicuntur vt notat Hieronymus ad illa verba Ezechielis: *Cherubin autem stabant à dextris domus* cap. 10. num. 3 cum illi, qui mittūtur ad supplitia, sinistras partes possidere credantur, de quibus in Psalm. *Emissiones per Angelos malos* Psalm 77. &c. Et quos Propheta malos, sinistros vocat idē Hieronymus in Ioel cap. 2. *Qui administrant Domino ad puniendū* Vnde, & Christus in iudicio statuet *oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris* Matth. 25 num. 33. hædus enim quia asperum, & agreste animal ad sinistrā abijcietur, ouis vero quia lenis, ac mansueta á dextris Dei collocabitur. Sic Isidorus Pelusiota Epistola 288. Ita pij, & electi, quia misericordiam hic amarunt sunt Dei Benjamin, idest filij dexteræ vt loquitur Salmeron, tom. 7. tractat. 40. num. 12. Tales ergo nostri iudices filij dexteræ, quia misericordes, siue Dei, cuius vicem gerebāt dextera. Deinde *in diebus eorum* vt dicitur capit. 2. numer. 18. *Deus misericordia flectebatur.* Oportuit igitur Deum agerent non vindicantem, sed miserantem. Vnde nulla eis tribunalia, nulli carceres, lictores nulli. Deum, reor, imitati, qui nullas in hoc mundo iustitiæ sedes, misericordiæ plurimas ædificauit, qui propitiatorium quidē fabricari iussit, non prætorium. *Facies*, inquit, *propitiatorium de auro mundissimo.* Exod. 25. num. 17. Oleaster. *Nunquam legimus in hoc mundo Deum instruisse domum iustitiæ, qua nos puniret, vel saltem iudicaret, sed cum sit clemens, domum qua peccatis nostris propitiaretur instituit, non vnicam, sed prope infinitas, quot enim Ecclesiæ, tot sunt domus propitiationis.* Cum vero peccatorum nequitia irritatus ad supplitium cogitur inferendum, carnifices, aut lictores aliunde conducit, cum in tota familia sua nullū inueniat, aut alat. *Radet Dñs in nouacula cōducta caput, & pilos pedū.* Isai. c. 7. n. 20. vbi nouaculæ cōductæ nomine Nabuchdonosor carnifex intelligitur.

Hier. Ezec. 10. n. 3.

Ps. 77 59.

Math. 25. n. 33.

Pelus. Epist. 288.

Salm.

Iud. 2. n. 18.

Deus nullas iustitiæ sedes ædificauit, sed misericordiæ.

Exod. 25. n. 17.

Carnifices Deus non habet ad puniendum.

Isai 7. n. 20. Nabucdonos. Dei carnifex.

quem Deus vt puniret Hierusalem, veluti pacta mercede conduxerat, quam soluit Ezechiel cap. 29 num. 18. Magno videlicet illi constat hominem punire. Ita hunc locum Pradus explicat Ezech. 5. *Misericors* inquit, *Deus non alit domi istos lictores, aliunde vocatis indiget*. Eodem fortasse spectat illud Patris familiæ seruos, idest Angelos, vt aliqui putant colligendis Zizanijs cohibentis, messoribusque officium illud reseruantis. *Dicam messoribus* Matth cap. 13. num. 30. Quasi vero puniendi offitium messorum esset, non Angelorum, agrestium, non aulicorum, mercede laborantium, non familiarium, ac domesticorum itaque iudices, non lictores, quos ne conduxerant, quidē, cum Deum non agerent punientem, sed clementiæ tantū, ac Misericordiæ stipati satellitio prodibant in publicum, salutem, non mortem allaturi.

Ezech. 29. nu. 18. — *Pradus Ezech. 5.* — *Matth. 13. n. 30* — Puniendi offici um rusticorū est, non Angel.

7. Quod si quempiam aliquãdo damnarunt, (quod rarò ac nolentibus contigit) factum id adeo mature, adeo segniter atque inuito, vt Misericordia quasi iuuenilior, & alacrior senescenti quodãmodo iustitiæ præuolaret: idcirco enim videri possunt dicti seniores, quo nomine capite secundo numer. 7. & alibi appellantur quasi senes, ac segnes fuerint ad supplicia Sic enim, & Deus ipse ad iuditium veniens describitur *senior*, *& antiquus dierū*, *capilli capitis eius quasi lana munda* Daniel cap. 3. num. 9. Lyrãnus: *Propter maturitatem iudicantis, quia Dei sententia non est festina, sed mature prolata*. Quare cū *perdidit homicidas illos*. Matth. cap. 22. num. 7 *Non interfecto Christo statim* inquit Chrysost. *Sed post 40. annos, eos perdidit, vt longanimitatem eius omnes viderent*. Et puniturus Adamum non currebat, non festinabat. *Cum audisset vocem Domini Dei deambulantis in paradyso ad auram post meridiem*. Gen. 3. num. 18. ad auram *id est*, vt explicat Abul. *Contra auram, quia qui contra auram idest ventum mouetur, tardus mouetur sic enim. Dominus ad puniendum peccatum primorum parētum tardus veniebat*. Vel quia á calore iracundiæ refrigerari volebat, vt loquitur idē Abul. (quanuis aliam causam annectat) aura enim, quæ illum à puniendo tardabat, refrigerabat. Vnde apud Ezechielem inter ignem iracundiæ simbolum visebatur quasi adspectus splēdoris, vt visio electri Ezech cap. 8 numer. 2. (quod index erat misericordiæ) vt alibi dicemus. Hieronym. *Pro splendore auram Theodotio transtulit, vt in supernis Dei refrigeria demonstrarentur.*

Segnit. puniendum. — *Iud. 2. num. 7* — Deus senex, quia tardas ad supplicia. — *Dan. 3 n. 9.* — *Lyran.* — *Matth. 22. n. 7* — *Chrys.* — Differt Deus supplic. — *Gen 3. nu. 18.* — *Abul.* — Deus vult à calore iracundiæ refrigerari. — Dū abstinet à supplicio recreatur Deus. — *Ezech 8 n. 2.* — *Hyero*

 tur.

3. Reg. 19 nu. 12.

tur. Sic, & 3. Regum. Apparet Deus Eliæ *in sibilo auræ, & post ignem sibilus auræ tenuis cap.* 19. *num* 12. Idem Hieronym. *Non in ignis ardoribus sed in adspectu auræ tenuis, atque lenissimæ vt Dei omnipotentis mansuetudinem comprobaret.* Sola enim mansuetudo, ac misericordia Deum velut aura refrigerat. Ita ergo Deus ad auram deambulabat in paradyso velut captans à misericordia refrigerium. Id que post meridiem, vt senescente iam die, ira etiam consenesceret, sicquoque Angeli illi personam Dei agentes Sodomam punituri vespere appulerunt. *Venèrunt duo Angeli Sodomam vesperi* Genes. capit. 19. numer. 1. Seu quia supplicij exercendi sub noctem, ac velut ejam venerunt, cum ad Abraham feliciora renunciaturi *in ipso feruore diei* peruenissent. Genes. cap. 18 num. 1. seu quia, vt loquitur Abul. *Totum diem expectauerant Vtrum Deus parceret Ciuitatibus propter Abraham.* Ideo vespere seris, senilibus, ac veluti claudis ad supplitium pedibus accesse re. Eiusmodi nostri seniores lento, non violento ad supplitium gradu maturabant vt Deum, cuius misericordiæ vicarij erant, in omnibus agerent miserantem, præsertim cum expressa fuissent etiam mansuetissimi saluatoris effigies.

Mansuetudo Deo grata.

Gen. 18 n. 1 Abul.

Erubescunt Angeli punire Angeli gaudēt itcranu tiare.

IVDICES CHRISTI saluatoris effigies.

8. Christus flagellū nō habet ad puniēdum.

QVi adeo à puniendo abhorruit, vt ementes, atque vendentes eiecturus è tēplo funes quibus eijceret non habuerit, sed eos fuerit à mercatoribus ipsis mutuatus: *Cum fecisset quasi flagellum de funiculis.* Ioan. cap. 2. num. 15 Scilicet ipsorum negotiantium, vt Salmeron, Prado, & alij vulgo aduertunt. Peccatores enim Deo quibus eos puniat, arma ministrant, ipse non habet, neque flagellum fecit, sed quasi flagellum, rudis videlicet flagellorum artifex, neque de funibus sed de funiculis vt leuius feriret, neque vendentes, aut ementes ipsos cecidit, sed tantum oues, & boues vt ex Græco contextu Caietan. Iansen. Et alij obseruarunt. Iterum cum sæuire, ac punire voluit in ficum de sæuijt arefactam. *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* Matth. cap. 21. numer. 19. *Quia frequenter*, inquit Euthym, *demonstrauerat potentiam suam, qua beneficia præstabat: seueram autem, & vltio-*

Ioā. 1. nu. 15 Salm. Prad. peccatores arma Deo ministrant ad puniēdū. Christus n est cit punire. Iansf. Christus in homines nō sæuit. Matth 21. nu. 19. Euthi.

vltionis inflictiuam, ne semel quidem; hanc enim in hominem non exercet, vt pote hominum amator, sed in plantam. Iam vero mortis pœnam adeo respuit ac fastidit vt, ipse moriturus non suam sed hominum mortem, quam sibi ipsis peccando fecerant, deplorauerit. *Tristis est*, inquit, *anima mea vsque ad mortem*, Marc cap. 14. numer. 34. Ambros. in Luc. 22. *Fortasse ideo tristis est, quia post Adæ lapsum tali transitu nobis erat ex hoc sæculo recedendum, vt mori esset necesse, Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, & ideo fastidit, quod ipse non fecit*. Alienos ergo à puniendo iudices fuisse oportuit vt saluatoris, cuius imaginem referebant, mansuetudinem adumbrarent.

Christus nō suā sed peccatorum mortē deplorat. Marc. 14. n. 34. Ambr. in Luc. 22.

9. Obiectio cōtra superius dicta.

Nimium faciles, dicet aliquis, lenes que iudices fingis, quo nihil à Deo plus alienum neque enim vlla re alia ad Deum propius iudex accedit, ac supra hominem emicat, quam malorum punitione. Inde iudices passim in Scriptura Dei vocantur. Vnde Deus ad Moysen *Constitui te Deum* (Hebraice *Iudicem*) *Pharaonis*. Exod. cap. 7. numer. 1. *Nam vbi Malitiæ* ait Bernard. libr. 4. ad Eugen. *Iuncta potentia est, aliquid sibi supra hominem præsumendum vultus tuus super facientes mala, timeat spiritum iræ tuæ, qui hominem non veretur*. Imo Deus idem puniendis impijs altior se ipso fieri dicitur, maiorque videri. *Exaltare in finibus inimicorum meorum* Psalm. 7 num. 7. Chrysostom. *Quo modo exaltatur altus, & qui est semper altissimus? impios scilicet puniendo*. Vt pluribus verbis explicat ibi *Exaltare qui iudicas terram redde retributionem superbis* Psalm. 93. num. 2. Genebr. *Altum, & gloriosum te ostende superbos puniendo*. Qui ergo iudices quos Deo Christoque similes esse contendis, dissimiles adeo fingis, cum remissos in puniendo facis? An vero iudicum ætate qui legū seruantissimi erant, iustitia nō vigebat? vigebat quidē si vnquā maxime. At erat in Republica Israelitica concilium Iudicum 70. alijque magistratus inferiores quorum partes ius dicere, causas dirimere, sontes punire, vt videre est apud Abul. in præfat 9. 11. In hos ergo reiecto puniēdi reos, litesq secandi munere totos se nostri iudices ad liberandū populū conuertebāt, vt saluatorem iam tunc moribus delinearent, qui cum apud nos viueret, iuditium à se omne reiecit. *Homo* inquit, *quis me constituit iudicem, aut diuisorem super nos?* Luc. cap. 12 numer. 14. *Ego non iudico quenquam*

Deus punit. Exod. 7. n. 1. Ber ad Eugen.

Ps. 7. nu. 7. Chrys. Impios puniendo exaltatur Deus. Ps. 93 nu. 2. Geneb

Diluitur obiectio.

Abul. Duplex in Israel iudicū tribunal.

Luc. 12. n. 14.

Ioan. 8 15. Chriſtus iudicādi munus á ſe reijcit. *Ioã. 12 47. Chryſ. ſer. 121.* Deus oculos à ſceleribus auertit. *Ioan. 3. 17.*

Ioan. 8, 15. *Non enim veni, vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificem mundum.* Ioan. 12. 47. Vnde cum *in Euang.* (verba ſunt Chryſol. ſerm. 121.) *à ſcribis, & Doctoribus apud dominum accuſaretur adultera, auertit faciem ſuam, & declinauit in terram, ne crimen cerneret, maluit in puluere ſcribere veniam, quàm dare in carne ſententiam. Non enim*, inquit, *miſit Deus Filium ſuum vt condemnet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Ioan. 3. 17. Dei humanitatem ac ineffabilem erga nos curam miratur Euthym. Neque enim ſolum dedit filium ſuum, ſed etiam iuditium reiecit, ac ſecundum diſtulit in aduentum.

10. Pater non iudicat. *Ioan. 5 22. Bern.*

Dices hoc eſſe propriũ Patris, de quo Chriſtus: *Pater*, inquit, *non iudicat quenquam, ſed omne iuditium dedit filio.* Ioan. 5. 22. Quò Bern alludens Epiſtol. 42 *Et ego*, inquit, *mihi præſumam, quod nec ipſe Pater ſibi aſſumit:* iterum loquens de vltima illa ſententia. *Diſcedite à me maledicti.* Matth. 25. 41. *Non addidit*, inquit, Chryſoſt. *Patris mei* (*vt ſuperius Benedicti Patris mei*) *quaſi vero Pater tam duram ſententiam quãuis iuſtiſſimam à ſe prolatam videri nollet.* Et cum quidam ad eum accederet dicens: *Magiſter bone quid faciens vitam æternam poſsidebo?* Reſpondit *Quid me dicis bonum?* Luc 18. 19. Matth. 19. 17. vbi Hilarius egregie Canone 19. *Is enim cui Neceſſe ſit*, inquit, *impia, & iniqua punire nomine bonitatis abſtinuit. Soli hoc nomen Deo Patri reſeruans qui ſe iudicem dando officio ſeueritatis Exuerit, non quod bonus, & ipſe non eſſet, ſed quod congrua in eum ſeueritate iudex eſſet futurus.* O viſcera miſericordiæ Dei noſtri bonum ſe vocare non vult, quia iudex futurus ſit: bonum Patrem pleno prædicat ore quaſi inuidẽs ei, qui à ſe condemnandi munus abdicauerit. Ita videntur Pater, & Filius de iudicio in alterum reijciendo miſericordi quodã duello contendere.

Matth. 25. 41. Chryſ.

Chriſtus non bonus appellari vult, quia puniturus *Luc. 18 n 19. Matth. 19. nu. 17. Hilar. Can 19*

Chriſtus cum Patre de reijciẽdo iudicis officio cõtendit.

Sed in ijs locis non de primo aduentu de quo agimus ſermo eſt, ſed de vltimo illo iuditio, quod omne quidem Filio dedit Pater; ab eo tamen illius clementia, ac misericordia tantum abhorret, vt ad iudicium venturus ſe cadaueri comparet. *Vbicumque fuerit corpus illic congregabuntur, & aquilæ* Matt 24. 28. Luc 17. 37. Quæ verba alij aliter explicant, vt videre eſt apud Ianſen. Salm. Mald. Barr. tom. 3. l. 9. cap 9. Ego quanuis non adeo emunctæ naris, aliud in hoc cadauere ſubodoror. Suſpicor enim ideo Chriſtum cum iudicij meminit præter alias cauſas ſe conferre cadaueri, vt oſtendat quito cum mærore, ac luctu opus illud exerceat, ſe-

Matth. 24. n. 28. Luc. 17 n. 37. Punire luctuoſum ac funebre eſt Chriſto

que

que ad iuditium quantum in ipso est tanquam ad funus, ac sepulchrum efferri, & quanuis venturus sit cum virtute multa, & maiestate omnem illum iudicis apparatum funebrem pompam, omnem illam gloriã feralem sibi, ac veluti cadauerosam videri. Et ideo fortasse *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum* Matth. 24. 29. Nõ tam quia moriente Patre familias, (idest humano genere) tota domus eius turbatur. Omnis familia plangit, & conscisis tunicis suis, nigris se cooperiunt vestimentis, vt loquitur Author imperfectus, quam vt atrata elementa, & mærentia luminaria, mærorem, ac luctũ sui ad condemnandum non sponte venientis testentur Authoris: *si enim*, inquit Palatius, *tantis tenebris mundus tegitur vbi iudex venit iratus, non id igitur opus est iudicis; Non est opus suum irasci, condemnare, punire, alienum opus ab eo. Alioqui si lubens, & gaudens venisset ad pœnam, rideret orbis plenaque cuncta gaudio essent.* Huc etiã spectare videntur illa Christi Domini verba: *de die illa, vel hora, nemo scit, neque Angeli in Cælo, neque Filius, nisi Pater*: Marc. 13. 32. Matth. 24. 36. quæ verba Theologi trutinantur cum D. Thoma 3. p. q. 10. art. 2. vbi luculenter Suar. & Vasq. & apud Matth. Maldon. & alij; Palat. tamẽ in rem nostram magis arrisit. *Non nouit*, inquit, *diem iræ ipse clemens, neque diem furoris ipse patiens: Nouit sane diem illum, sed non nosse dicitur, quia dolet, refugit exhorret. Plane cum Christus primũ venit, non venit, vt iudicet, sed vt saluet. Saluator igitur nescit iram, non nouit furorem.* Itaque saluatorem Christus egit, non iudicem, vel si iudicẽm egit, iudicem egit saluatorem. Quo etiam nomine nostri iudices appellãtur: *Secundum misericordias tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium suorum* Esdr. 2 cap 8. num. 17 *Clamauerunt ad Dominum qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos.* Iud. 3. 9. & 15. vt iam videre liceat quam veræ fuerint iudices Christi saluatoris effigies, cum & re, & nomine illũ repræsentauerint.

Matth. 24. n. 29.

Author imperf.

Christ. in die iudicij maximo cũ mærore sõtes puniet.

Palat.

Christus nescit tempus puniendi.

Marc. 13, nu. 32. Matth. 24. n. 36. Mald. Pallat,

Christus diẽ supplicij nescire vult.

Christus saluator potius, quam iudex.

Esdr. 2. c. 8. n. 27. Iud. 3. 9. & 15

11\. Obiicies tandem. Cur ergo antiquato iudicum nomine, saluatoris tamen, quod esset gloriosius, non dicuntur? Id vero germano saluatori Christo Domino reseruãdum fuit, qui cum sit *constitutus à Deo iudex viuorum, & mortuorum.* Act. 10. 42. Ne iudicis, quod nomẽ assumpsit vt ait Tolletus 1 Ioã. adnotatione 75. vbi quærit, cur saluator á saluando potius quã à iudicando nomen sumpserit? *quia quanuis*, inquit, *venturus sit iudicare, non tamen assumpsit carnem patibilem, nec factus est homo, vt*

Obiect.

Act. 10. n. 42. Tollet.

Christus cur saluator potius quã iudex appellatur.

mo, nisi vt saluaret. Quæ ratio est Procopij in Isaiam cap. 64. quare merito iussit obmutescere Demonem illum importune clamantem: *Venisti perdere nos* Luc. 4. 34 *quia* (Tertul 4. aduersus Marcionem) *iudicis, & vltoris, &, vt ita dixerim, saeui Dei agnouerat IESVM non optimi illius, & perdere, & punire nescientis.* Imo illum increpuit IESVS num 35 Tertul. ibidem. *Plane vt inuidiosum, & in ipsa confessione petulantem, & male adulantem, quasi hæc esset summa gloria Christi, si ad perditionem Demonum venisset, & non potius ad hominum salutem, qui nec discipulos de subactione spirituũ, sed de candida salutis gloriari volebat.* Vnde, & lacessitus in horto tantum ait ad Petrum. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum.* Matth. 26. 5 . Euth. *Non dixit possum eos perdere.* Maluit sibi imbecillus videri, quã perdendi potentiam ostentare Sed iam ad testium argumentum veniamus.

Proc. — Luc. 4 nu 34 Christus nomine vult perdere. — Ter 4 in Marcio. — Matth 26. n. 53. Euth. Christus timoris facit potentiæ iactantiam, quam misericordiæ 12.

Iudices Apostolorum figuræ.

ITA colligitur, & ex munere, & ex numero: ex numero quia vt Apostoli duodecim ita iudices fuere duodecim, de quo infra: ex munere, quia vt hi iudicarunt Israel, ita dictũ Apostolis *Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel* Matth 19. 28. quæ verba etiã ad tẽpus baptismi Hilarius, & alij referunt. Vnde Rupert. l. 4. de Vict. c. 8. posteros, seu Nouissimos iudices iudicat Apostolos: eó fortasse respiciens Hier. ad Paulin. *In iudicũ libro,* inquit *quot principes, tot figuræ sunt.* At quis Apostolis mitior, quis clemẽtior, qui vt omnẽ vindictæ speciẽ, aut seueræ potestatis vmbrã effugerẽt, ne virgã quidẽ portare iubebãtur neque virgã Mat 10. n. 10. Ambros. Luc. 10. *Quod est virga nisi profundæ potestatis insigne, & vlciscendi instrumentũ doloris,* & infra. *Hoc est ergo dicere imitatores mei estote, vltionis studia deponite* D. Hilarius, *Neq; virgam, idest, potestatis externæ iure non indigere habẽtes virgã de radice Iesse: nam quæ alia fuerit, non erit Christi. Ac ne tyranicã in eo seueritatẽ,* inquit, Hilar. in Ps. 2 *per virgæ nuncupationẽ auderet quisquam opinari, continuo propheticus sermo adiecit, & flos de radice eius ascendet, vt virgæ seueritatem floris suauitas temperaret.*

Math 19. n. 28. — Hier. — Apostoli mites. — Math. 10. n. Ambr — Hi lar. — Seueritas cũ lenitate iungenda.

Ita iudicibus virgã fuisse legimus nullã, nisi fortasse floreã, & suauẽ qualem Apostolis Christus concessit, *nisi virgã tantũ.* Marc. 6 n. 8. directionis scilicet, & dilectionis. *Virga enim discipulũ Christi,* inquit, Rup in Matth.

13. Virga Rectorum. — Marc. 6. n. 8 Rup. in

Matt I. 8. Matth. I. 8. *Virga dilectionis*, vel qualem Aaron habuit non in-uerbera tumentem, & ictus, sed in gēmas vernantē ac flores n. 1-. 6. Vnde, & Apostoli pulchri dicuntur, idest flores, ac verni, *Nu. 17 nu. 6.* *Quā pulchri supra montes pedes an nunciantis pacē* Isai. 52. n. 7 Cyr. *Isai. 52 nu. 7.* Alex. legit *vt ver pura lucentiens super montes* iuxta 70. *Sicut hora in montibus.* *Cyril. Procop* Procopius, *Horæ nomine vernum tempus à quo florum sinctuūque recens incipit editio demonstrare significat* quod ad initiusE uangelij tēpus hyemis asperitatē nescientis, infra refert idem Procopius eo sensu explicās illa verba. *Iam hyems transijt, flores apparuerunt.* Cant. 2. 11. & 12. Tertul. volum. 5. Aduersus Marcionem legit, *quam maturi pedes euangelizantium*. Quasi nihil durum, nihil acerbum in Apostolis esset, sed omnia mitia, matura omnia: Cui c. ncinit Ambros. Epistola 11. vertens: *Tanquam maturitas in montibus. Christus*, addit, *nobis tanquam maturitas aduenit, vt nihil acerbum nihil immaturum in nostris concilijs sit, nihil inuite, nihil asperum in operibus, ac moribus.* Quæ in Apostolos mirifice quadrant, quorum pedes ab specie potius quam ab alijs dotibus comendantur à Paulo. Quā speciosi pedes Roman. 10. 15. *Quia hominum animos*, inquit, *Tolletus ad prædicationis suæ fidem, non vi, non armis, non minis, sed suauissime, & efficacissime conuersuri erant.*

Euangelium quam suaue.

Cant 2 n. 11. & 12. Tertul.

In Apostolis nihil acerbum Ambr.

Rom. 10. nu. 15. Tollet.

Itaque vt Florei Apostoli, ita Florei iudices, & suaues. Reges olim, ac magistratus (vt videre est apud Pinedam in Iob. c. 9 n. 34) sceptris, seu virgis vtebātur in eam speciem efformatis, vt ex earum summitatibus rosæ, seu lilia pullularent. Vnde fortasse iudices lilia dicuntur, & rosæ in tit. Ps 44. 1. *Pro ijs, qui commutabuntur.* Simachus legit. *Pro floribus*, Hieron. *Pro lilijs.* Quidam, *Pro rosis*, Chaldeus. *Pro assessoribus sanedrim ijsi s Moysis*. Respicit enim seniores illos seu iudices quos instituit Moyses, vt videre est apud Lorinū in tit. eiusdē Psal. Lilia vero vocat ac rosas non solum quia eos, quorū est aliorū vitā censere, ac iudicare, innocētia candidos, moribus pulchros, exēplo suaue olentes esse oportet: sed quia iudices liliati, ac vere rosæ, bonis, quidē clemētiæ suauitatem ad spirant, malis vero aculeos seueritatis intentant. Tales existimo nostros fuisse iudices de quibus dicitur: *Et ossa eorum pullulant* Eccl. 46. num. 14. Nempe vt lilia, siue rosæ quæ suauitatem spirent mansuetudinis.

Obijcies Apostolis nō suauē modo fuisse virgā, sed, & seuerā quā Cor. minitatur Apostolus. *Quid*

Lenitas in prædicatore 14.

Ps. 44. 1.

Super iior mitis in bonos, asper in malos.

Eccles. 46. n. 14. Sanctorum reliquiæ flores

15. Obiectio.

Apostolus nolebat Corinthios plectere.

Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? 1. ad Corinth. 34. n. 14. Sed hoc fuit non tam minitantis virgam, quam respuentis. Chrysostomus. Quid ergo, in virga venire non erat charitatis? erat: sed quoniam is, qui valde diligit, respuit pœnas sumere, propterea sic dicit. Vbi notat idem Chrysost. non dixisse Apostolum. *In spiritu virgæ*, quemadmodum dicit, *in spiritu mansuetudinis*: ne spiritum cum virga coniungeret, quia mitia totus spirat. *Nō vult*, inquit, *ipsum sic appellare, sed ab ijs quæ sunt benigniora.* Denique, *vt scias mitem esse Doctorem*, inquit, Ambros. Luc. 10. *ipsorum, quos arguit consulit voluntatem, quid vultis, inquit, in virga veniam ad vos. Semel virgā dixit, bis mitiora subijcit adijciens mansuetudinem charitati.* Quod si discipulo talia præcepta dedit. *Argue, obsecra, increpa.* 2 ad Timoth. 4. num. 2. Ambros. Epist. 8. *Duo dura, vnū mite, sed ideo dura, vt etiam ipsa molliret:*

1. Ad Corint. 34. n. 14 Chrys.

Concionatores ac magistri mites. Ambr. Luc. 10.

2. Ad Timoth 4 nu. 2

16\. Vnde eisdem Corinthijs metuens scribit: *Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos.* 2. ad Corinth. 12. n. 21. Chrys. hom 28. *Quid est autem humiliet, aut quæ gloria hæc est? Nempe accusare, pœna afficere, iudicis loco, & gradu sedere, at humiliationem tamen id vocat, tantum scilicet ab eo aberat, vt huiusmodi humiliationis eum puderet.* Adeo, vt qui semel virga manum inuitus armauerat, iterum armare noluerit. *Ne iterum*, inquit, *in tristia venirē ad vos.* 2. ad Corinth 2. num. 1. Ambros. vbi supra. *Abiecit virgam, & affectum charitatis assumpsit* Non ergo apostolicæ mansuetudinis est virgam minari, sed abominari.

2. Ad Corint. 12. nu. 11 Chrys. Pudet Apostolum pœnas fin gere. 2 Ad Cor. 2. num. 1 Prælatus charitate potius, quā seueritate vtatur.

17\. Secundo obijcies. Apostolorum manus, si non virgis, certe gladijs obarmatas. *Ecce duo gladij hic.* Luc. 22. 38. sed vt notat Caiet. & alij, non dixerunt *Ecce duo gladij nobiscum, sed in hoc loco: forte demonstrabant gladios patris familiæ qui ibidem erāt.* Quod si eos deferunt in hortum, imo iubentur emere, *Emat gladium.* num. 36. *Factum id, vt appareret*, inquit Hugo, *non defuisse eis facultatem defensionis, sed patientiam prætulisse.* Qui etiam allegat scitum illud Ambros. *O Domine cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? cur habere præcipis, quem vetas promi? nisi forte vt sit parata defensio, non vltio necessaria, & videat potuisse vindicari, sed noluisse, lex tamen referire non vetat, & ideo fortaße Petro duos gladios offerenti satis est, dicit, quasi licuerit vsq; ad Euangelium vt sit in lege æquitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio.*

Obiec. Luc. 22. nu 38. Caiet. Apostoli remoti ab effundendo sanguine. Nu. 36 Hugo Ambr. Potuit Christus sed noluit vindictam sumere.

18\. Vnde Petrus idem qui gladium euaginauit, fuerè corri-

pitur,

pitur, imo vt loquitur Caietanus, audire meruit pœnam homicidarum: *Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt* num. 52 Quasi in discipulo Christi quælibet vindictæ species, vel etiam iusta defẽsio, par sit homicidio, seu vt ait Euthim. *Docuit neque etiam pro defendendo Deo vtendum esse gladio*. Et Tertul. de patientia. *Ne vnius quidem educentis gladium inultorem probauit. Patientia Domini in Malcho vulnerata est: itaque, & gladij opera maledixit in posterum, & sanitatis restitutione ei, quem non ipse vex auerat satisfecit per patientiã, misericordiæ matrem.* Adeo gladium odit, vt gladium suum non habeat. *Deuorauit gladius uester prophetas vestros* Ierem. 2. num. 30. D. Hieronym. *Nequa, quam meus, sed vester gladius, quem sustinuistis pro peccatis vestris*. Quod si gladium Petro successoribusque concelsit: *Mitte gladium tuum inuaginam* Ioan. 18 num. 11. ea lege concessit, ne propria manu euaginaret. Bernard. Eugenium alloquens lib. 4. *Tutus ergo. & ipse tuo forsitan nutu, & si non tua manu euaginandus.* August. *In misericordia enim positis lege iuris mundo crediti, vti non licet aspere.*

Luc. 22. nu. 52. Vindicta aliena à Christi discipulis. Euthy. Tertul. Vindicta Christi vulnus. Patientia misericordiæ Mater. Ierem 2. n. 30. Hieron. Deus gladiũ dicl suũ nõ vult. Christus quo pacto gladiũ Petro, & successoribus cõcessit. Io3 18 nu. 11. Bern. 19.

Dices, non ergo iudices, qui semper in bello versabã tur, & armis, potuerunt inermes Apostolos adumbrare. Respondeo cum Ruperto, Apostolis, vt qui nobiliores iudices erant melioribus armis vtendum fuisse, patientia scilicet, & mansuetudine, quo gladio accinctũs est Christus. *Accingere gladio tuo. Propter veritatem, & mansuetudinem* Psalm. 44. 5. Chrysost. *Quid commune inter se habent bellum, & mansuetudo, pugna, & clementia? permultum quidem certe,* & infra *alij homines regnantes pro ciuitatibus, & operibus bellum gerunt, ipse autem propter veritatem, & mansuetudinem.* Hinc enim pulchrior, & fortior gladius D. Ambr. *Grauiora contumacibus mansuetudo vulnera refert*. Tertul. supra. *Plus improbum cadis sustinendo* Certe Christus discipulos crucem tollere iussit, non gladium, inquit, Salmeron 1. 5. part. 3. tract. 6. quos vult patientia honestari.

Obiec. Patientiæ arma pulcherrima. Ps 44. nu 5. Chrys. Ambr. Patientia altius vulnerat quã gladius. Salm.

Quot ergo iudices euaginato gladio victorias, & coronas, tot Apostoli atque eo maiores reportarunt, condito gladio patientiæ in vaginam. Quare viginti illi quatuor seniores Apoc 4 (quorum numerum Rupert. l. 4. de vict cap. 7. ex iudicibus, & Apostolis conflat) coronas aureas habere dicũtur, quos illi,

20. Patientia victrix. Apoc. 4 Rupert.

illi gladio, isti patientia reportarunt. Recte igitur concludit Rupert. *in omnium seniorum illorum capitibus coronæ aureæ, quia profectò iuxta diuersas rationes temporum, & illorum militaris industria, & istorum verbo Dei famulata est inermis patientia.* Ex his constat, iudices cum Dei, Christi, Apostolorumque, lineamenta quædam fuerint, Israelem non tam puniendo iudicasse, quam miserando, atque adeo iudices, idest, liberatores, seu saluatores appellatos eo, quod seruauerint suos, non condemnauerint. Ita D Athanasius in Epithome, & alij, suos, inquit, nam in Dei, populique hostes quam sæuierint, totus hic liber ostendet, vt, & saluator, de quo Beda ex Augustin. in 1. ad Rom. Est quippe impijs dãnator, qui dignatur fidelibus esse saluator.

Athan.

Iudices, an Reges, an Domini dicti fuerint.

21. iudicare idẽ quod regnare.

POsset quis titulum hunc iudicum, idest, Regum non adeo abs re interpretari, cum iudicare, idem aliquando significet, quod regnare. *Erudimini, qui iudicatis terram* Psalm. 2. num. 10. Aug. idest. *Reges; quoniam venit iudicare terram* Psalm 95 num. 13. Genebr. idest, *regere regnare.* Vnde addit lib. iudicũ, idest, *Rectorum, & Principum.* Nam cur Reges, aut Domini non dicantur, qui publico assidebant clauo, rei, que summæ potiebantur.

Ps. 10 n. 10.

Ps. 95 n. 13. Genebr.

22.

Dicendum tamen, iudices iudicum titulo contentos Regium nomen, & honorẽ Regi regum, qua erãt ingenuitate, ac modestia reseruasse, nam Deus tunc temporis regnare dicebatur, iuxta illud: *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos* 1. Reg. 8. n. 7. *Dixisti nequaquam, sed rex imperabit nobis, cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.* cap. 12. 19. Deo igitur regnante regium nomen inuadere nefas ipsi cogitarunt. Ita Diuus Paulus cum omnium Epistolarum initijs se dicat Apostolum, in ea tamen, quam ad Hebreos scribit vbi Christum vocaturus erat Apostolum cap 3. 1. Ipse Apostoli tituli prudens abstinuit. *Neque enim fuisset congruum,* inquit, Hieron. in Epist. ad Galatas: *vt vbi Christus Apostolus ponendus erat, ibi etiam Paulus Apostolus poneretur.* Ad hunc fere modum nostri iudices Regum, ac dominorum titulis abstinent ne vbi Deus

1. Reg. 8. n. 17.

c. 12. n. 19. Regis nomen soli Deo relinquendũ

Hieron.

Rex

Rex, ac Dominus diceba-tur, Reges ipsi, aut domini dicerentur.

23. Dei honor non inuadendus.

Sic Gedeon, de quo infra, victorijs suis coronidem addidit, cui cum illustria post facinora regium nomen, & honores ab vniuerso populo deferrentur. *Dominare tu nostri*, inquiunt, *& filius tuus*. Respondit: *Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus* Iudic. 8. num. 23. *Quasi dicat*, inquit Abul *Si ego dominarer, non dominaretur Dominus, ideo ego nolo dominari, vt Deus dominetur*. Solus regnasse dicitur impius Abimelech. c. 9. num. 12. qui tamen sanctos inter iudices numerandus non est, de quo alibi. Ita quoque viginti quatuor illi seniores, inter quos Rupertus istos adnumerat, mittebant coronas suas ante tronum Apoc. 4. Quasi puderet ante Deum regali considentem solio, ac diademate insignitum coronatos assidere, & regum insignia, nomēque sortiri. Eandem ob causam Principes illi, qui ab oriente venerunt, magi dicuntur, non reges Matth. 2. n. 1. quia coram Christo imperatore, cessat regum nomenclatura. Ita Pallatius, Salm, & alij.

Iud 8. n. 23. Abul.

C 9. n. 12.

Rex nullus coram Christo.

Matth 2. n. 1

Neque id leue iudicum sanctimoniæ argumentum, tunc enim Deus regnare dicitur cum boni Principes dominantur, tunc solio quodammodo priuari, cum solium quis per impietatem ac nequitiam occupat. Mortuo impio Rege Ozia successit eius filius Ioathan, qui fecit rectum in conspectu Domini: Ecce tibi Deus Isaiæ confestim specie magnifice regnantis apparet *Anno, quo mortuus est Rex Ozias vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum* Isaiæ 6. num. 1. Hieron. *Vt habitum regnantis ostenderet*, & infra: *Ex quo animaduertimus, regnante in nobis leproso rege, nos dominū in sua maiestate regnantē videre non posse*. Quasi vero Deus, regnante impio Ozia, solium, & regnum amiserit, regnante pio Ioathan, recuperauerit A suo solio Deum quodammodo deturbat impietas, restituit pietas, pij enim regis solium, solium Dei est. *Seditq; Salomon super solium Domini in Regem pro Dauid Patre suo*. 1. Paral 29. nu. 23. Carthus. *Quia fuit solium regis fidelis, qui præsidendo, ac iudicando fuit vicarius Dei, & cultor ipsius*.

Regnat Deus regnantibus bonis.

Isa. 6. nu. 1. Hieron

1. Par. 29. n. 23 Carth.

25.

Vnde Angelus ad Deiparam. *Et regnabit in domo Iacob in æternum* Luc. 1, numer. 33.

Luc. 1. n. 33.

24. Cur

Cur non in domo Isac, & Abraham, quibus etiam Christus promissus fuerat? Salm. tom. 3. tract. 6. *Non in domo Abraham, in qua Ismael pugnat cum Isac, nec in domo Isac, vbi Esau persequitur Iacob, sed in domo Iacob; quæ sanctior cæteris sicut sedes Dauid iustior reliquis,* in ea igitur domo regnare dicitur Christus, in qua pietas regnum tenuit, in eo solio residere, quod iustitiæ solium fuit, vel etiam regnaturus dicitur in domo Iacob, idest in regno Iudà, non verò in regno Israel, in quo reges omnes á Deo recesserũt iuxta illud. *Omnes Principes eorum recedentes,* Oseæ 9 nu. 15. vt ibi Hieron. interpretatur: In vero regno Iudæ pietate floruere non pauci. Dauid maxime, qui omnes excelluit. Vnde additur: *Et dabit illi dominus sedem Dauid Patris sui*: regnante enim Dauide, iustitia, & ipse Deus regnauit.

Salm. Vbi sãctitas ibi Deus regnat.

Ose. 9. n. 15.

16. In omnibus quidem iustis regnare dicitur Deus, vnde tronus illius dicuntur. *In tempore illo vocabunt Hierusalem solium Domini* Ierem cap. 3. num. 17. vt ibi notat Hieronymus: *Regnabit Deus tuus.* Isaias cap. 52 nu. 7. Procopius, *vbi nos emendari contigerit rex rester appellari non dedignabor.* Et Christus iustos ad paratum regnum inuitans regem se vocat. *Tunc dicet Rex iis* Matthæi cap. 25. num. 34. Cũ vero ad impios vertitur, regẽ se obliuiscitur, vt quidam notãt, neque enim gloriatur regnum tenere impiorum, qui eum non regnare in iustitia, sed seruire faciũt in peccatis, vt loquitur Isai. cap. 43. num. 24. In bonis vero regibus ac principibus excelsus regnat, & eleuatus super solium excelsum, & eleuatum, illis enim regnantibus maior quædam, vel ipsi Deo vtilitas, & honor acrescit. Vnxerũt secũdo Salomonẽ filiũ Dauid, *vnxerunt autẽ eum Domino in Principem* 1. Paralipom. cap. 29. n. 22. Abul. quæstione 25. *Quasi ad vtilitatem Dei.* Carthus. *ad honorem Dei.* Vnde quidam apud Hieronymum de prima visione Isaiæ per duodecim alas Seraphinorũ, quibus volabãt, & velabãt faciẽ, duodecim reges ab Ozia vsque ad Sedechiam, qui extremus regnauit, intelligit, ex quibus quatuor tantum iusti fuere, qui sublimes, inquit, per singulas captiuitates audeant glorificare Deum Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Reliquos verò propter peccata sua velare faciẽ.

Iusti Dei tronus.

Ier. 3. nu. 17

Isa 52. nu. 7.

Matth 25. n. 30.

Isai. 43 n. 24.

Bonus princ. Dei vtilitas

1. Par. 29. n. 22.

faciem. Ita mali reges Dei gloriam velant, ac velut rubore suffundunt, boni vero volantes, atque sublimes altius efferunt, & coronāt Ita Ecclesiæ, & in ea capiti eius Christo dicitur: *Coronaberis de capite Amanà, de vertice Sanir, & Hermon.* Cant. cap. 4 n 8. vbi Gregorius, Beda, Cassiodorus apud Gislerium, per capita montium, qui hic nominantur, intelligunt reges, ac Principes, in quibus ad fidē ac pietatem conuersis, iustus, & Ecclesia coronantur: Vnde electi Principes gratulātes: *Fecisti nos Deo,* inquiūt. *regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram* Apoc. c. 5 n. 10. Primasius. *Ipse vero in ea* (Ecclesia scilicet) *accepit quod dedit, ipse coronatur in ea quam coronat.*

Bonus Princeps. Christi, & Ecclesiæ corona.

Can. 4 n. 8.

Apoc. 5 n. 10.

27. Quanto gloriosius nostri Principes, ac iudices, qui tametsi rem publicam sanctè moderentur, ac regant, regiū nomen, soliū, & coronā Deo tribuunt, vt solus in ijs Deus vere, ac proprie regnare dicatur Quid vero magis regiū quā Deum ipsum regē quodammodo facere? Quid gloriosus, quā Deo coronā, sceptrū dare. Id sane maius quiddā, ac regali fastigio superius est, nō modo gratius Deo; qui cū Hierusalē pristinum in gradū ac splendorē reducere pollicetur, iudicū tantū, non regū meminit *Restituam iudices tuos. vt fuerunt prius.* Isaiæ c. 1. n. 26. Procopius. *Regibus prætermissis, iudicū tantum meminit, quoniam sub iudicibus libera, suique iuris erat eorum vitæ ratio nec regem alium, præter Deum nouerant*

Isai. 1. n. 26.

Sane Deo regnū semper displicuit. *Dominus,* inquit, Pellagius de planctu Ecclesiæ l. 1. a. 56. *in populo Israel à principio non instituit regem, sed iudicem, & gubernatorem in eorū custodiam, postea vero ad petitionem ipsorum, quasi indignatus cōcessit.* Crassi enim, ac vilis, nō ciuilis ingenij, malo regnante homine, seruos, quam regnante Deo, liberos esse. Pelusiota 13. Epistola 249. *Postea quam, cum carni addictiores, atque crassiores essent, regnum poposcerunt, illud ipsis concessum fuit, quippe quod vilissimum esset. Velut Iudei*, inquit Maldonatus in primum Matthei *sibimet ipsis, non ipsis Deus, regis iugū imposuisse videretur.* Quod iam inde à principio cauerat cū pastores ouium, qui populū pascerent, eligebat Hieron. cap. 4. in lamētationes Hieremiæ. *Antiqui enim patres nostri, non reges hominum, sed pastores pecorum fuisse memorantur. Vnde Noe Dominus, ac filijs eius dixit:*

28. Regnū Deo displicet.

Superiores pastores potius quā Dñi ac reges.

Gen.9. n.2.

dixit: Terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ Geneseos cap. 9. num. 2. quorum videlicet terror ac tremor esse super animalia terræ præcipitur profecto esse super homines prohibetur.

29. Vnde altius quid, augustiusque videtur iudicem esse, quam regem. Certe Christus magis illum, quam istũ reueritus est. Herodi enim Regi ne verbum quidem: Pilato iudici non modo respondit, sed libens etiam obtemperauit. *Etenim ipse,* inquit Pelusiota Epistola 289. *Crucem cum adhuc in eum cõpararetur, detrectabat, at idem iudicis sententia cruce damnatus, eam tanquam victor humeris tollens incedebat.* Quis enim non reuereatur, *iudicis dignitatem cum Romani præsidis potestatem,* inquit Bernardus Epistola 42. *Christus super se quoque fatetur fuisse cælitus ordinatam.* Iobus rex *Quis mihi det*, inquit, *auditorem*, Pagninus legit: *Iudicem, vt in humero meo portem illum, & circundem quasi coronam mihi* cap. 31. num. 36. docens æqui iudicis sententiam, non solum à populo, sed etiam á Principe obseruandam, & coronæ instar capiti imponendam. Adeo æquus iudex regni, & Principis corona est.

Regis nomen improbatur.

Iudicis sententiam obseruent vel reges.

Iob.31. n.36.

Iudex rectus regis corona.

Mittó quod in sacris literis iudices passim Dij vocẽtur. *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes*, Psalm. 81. num. 7. siue quod Angelis dignitate sint pares, vt vult Caldeus, *sicut Angeli Dei Excelsi.* Imo Angelis superiores, vt ille apud Ezechielem in medio Angelorum incedit augustior *Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis* cap. 9. num. 2. In medio eorum, & quia sacerdos, & quia mitior iudex *Non enim*, inquit Theodoretus, *ex ijs erat, qui punirent, sed ex ijs, qui supplicarent pro redimendis salute dignis.* Siue quod Dei vices gerunt in terris: *Non enim hominis exercent iuditium, sed Domini.* Secundo Paralip. cap. 19. num. 6. Vnde Abraham Princeps Dei dicitur â filijs Heth Geneseos cap 23. num. 6. quia vt ait Caietanus: *Fulgebat in Abrahã tanta iustitia, vt vices summi iudicis Dei gerere videretur.* Inde Iacob adorauit fastigium virgæ Iosephi, ad Hebreos capite 11. num. 21. Non vero sceptri Pharaonis, diuinius in virga odorãs aliquid, & adorans.

30. Iudices Dij. Ps. 81. n. 7. Pares Angelis

Ezech. 9. n. 2.

Paralip 19. n. 6

Gen. 23 n. 6. Iustitiæ laus.

Hebr. 11. nu. 21.

31. Non erat igitur cur iudices regio nomine insignirẽtur, cum iudicis nomen regio nomine sit augustius, ijs præsertim qui nihil aliud à regio

Iudicis nomen regio nomine augusti us;

regio munere mutuabantur quam vt de ciuibus bene mereri possent: cætera quæ fastum, dominatumque reciperent abdicantes, vt prodesse tantum viderentur, nō præesse, vt rectores illi, de quibus Hieronymus citatus. *Ne præesse hominibus se gaudeant, sed prodesse.* Et Bernardus, *Non ergo felicem, quia præestis, sed si non prodestis, infelicem putate,* (intelligit altitudinem) Aliæ quæstiunculæ excitandæ erant in hoc titulo, sed eas mitto, seu remitto in alium locum, ne in principio, quā par est diutius immorer. Vnam tantum de autore huius libri, quæ initio præmitti solet, antequam contextū aggrediar, non prætermittā.

Quis autor huius libri, & cur nomen occultauerit?

32. SVnt qui existiment iudices ipsos, vt armis, sic & stylo manus admouisse, singulosque rebus à se gestis, vt ad posteros peruenirent, scribendo, consuluisse; in hanc sententiam ire videtur Abulensis, & alij quos Serarius refert Prologom. 4. Id tamen de istis heroibus, vt credam vix adducor cum heroicum sit res gerere, & non scribere: Vnde Christus Dominus heroum heros cum tot miracula edidisset, nihil tamen á se litteris consignatum reliquit. *Qui per se ipsum,* inquit Salmeron tom. 1. Prolegom. 26. *Redemptionem mundi, & sanctificationem animarum quæ alij præstare non poterant operatus est per alios vero Euangelium literis consignari voluit.* Suppono igitur cum Hebræis, Isidoro, Vatablo, Serario, & alijs, Samuelem fuisse Autorem huius libri, neque in hac re efficacius argumentum, quam scriptorum id, velut per manus, tradentium autoritas.

Reges rere gloriosius, quā scribere.

Samuel autor huius libri.

33. Quæro igitur cur Samuel operi suo nomen non præfigat, præsertim cum transmittendi ad posteros nominis amor, vel sanctos etiam viros tāgere videatur adeo, vt Moyses dirū quiddam, & execrandum sibi imprecans Deo dixerit: *Dele me de libro tuo* Exod. cap. 32. num. 32. id est de libro iustorum, cuius mentio in Scriptura fit, vt Burgensis additione octaua interpretatur, seu *petebat Moyses,* inquit idem, *vt lex non denominaretur nomine suo.* Itaque petebat non vt vita deleretur, sed nomen, quasi nihil ei grauius accidere potuisset, quam si nomē ipsius legis

Cur Samuel nomen suum operi nō scripsit.

Nomen suum æternare hominibus insitum. Exod. 32. n. 32.

legis è libro deleretur. Idem fere alij sentiunt apud Abulensem quæstione 41. quæ sẽtentia vtrum vera sit modo non disputo. Illud certius, ipsum Moysen libris quinque á se scriptis nunquam suum nomen addidisse vt testatur diserte Chrysostomus homilia 1. ad Rom. 1. quin Geneseos librum à Deo maluit, quam à suo nomine auspicari, quod si humilitatis fuit id ipsum assero de Samuele, cui gloriæ fuit, ac nomini nomen abscondere. Quemadmodum, & Euangelistis, qui nomina Euangelijs sua non præferũt, vt autor est idẽ Chrisost.

Nomẽ suum occultare.

34. At Matthæus saltem c. 9. suum nomen euulgat *Mattheum nomine*. Id vero facit quia vt ait Abul. non vult abscondere i nominiã suã, erat enim publicanus, & proprio nomine, inquit Caietanus, officium infame exercẽtem non erubescit describere, *Vt ostendat*, addit Hieronymus, *nullum debere salutem desperare si ad meliora conuersus sit, cum ipse de publicano in Apostolum sit repente mutatus*. Sancti enim viri quæ sibi ignominiosa sunt, & ignobilia prima locant in fronte: quæ grãdia, quæ nomẽ, & gloriã redolẽt, in recessu, ac silentijs tenebris. Vnde cũ Marcus, & Lucas, Mattheum Thomæ vt antiquiorẽ discipulũ præposuerant, ipse postposuit se se, *Thomas, & Matthæus publicanus* Mathei c. 10. n. 3. Euthimius *Se ipsum modestiæ causa deiecit, nam & publicanũ se se rursũ in propriũ contẽptũ appellauit*. Imo nomẽ, Leui, duplici quippe vocabulo fuit, quod erat honorificentius, vt Toletus, & Maldonatus obseruant, nunquã aperuit: aperuerunt vero alij Euangelistæ, vt quod Mattheus texerat humilitate, illi vrbanitate detegerẽt. Ita Abul. quæst. 35. est enim vrbanũ quod alteri ignominiæ est, velare silentio, quod gloriæ reuelare. Deinde, quia par nõ erat humilius iam de eo loqui, quẽ pœnitẽtia, quæ omnẽ ignominiã abolet, decorauerat. Quẽadmodũ D. Paulus post cõuersionẽ dicitur *vir* Actorũ 9. qui ante dicebatur *adolescens* Actorũ 7. propter iuuenilẽ animũ, & immaturitatẽ virtutis, vt ait Ambrosius. Et quæ erat in ciuitate peccatrix, nomineq; indigna, post veniam Maria Magdalena honoris ergo appellatur: Tãdẽ, quia Dei prouidẽtia ita cõparatum est, vt cum quis nomen suum, aut gloriã cõdit, à pluribus alijs prædicetur, ac propaletur; tacita

Matth 9. n. 9.

Salus nõ desperãda.

Se omnibus postponere.

Matth 10. n. 3

Act. 9.
Act. 7.

Quo magis nomen suum occultat quis eo magis pro palam

tacita enim gloria magis clamat, & vel ab ipsis Dæmonijs laudem extorquet, quæ, Christo licet increpante, ac non sinente ea loqui, exibant â multis clamantia; clamātibus etiā alibi pueris, & vel lapidibus, si ipsi tacerēt, clamaturis: Nō mirū ergo si, vno Matthæo nomen gloriosius subticente, plures alij Euangelistæ prædicent, & extollant.

35. Verū nos non agimus de nomine autoris, quod in decursu operis, sed quod initio ponitur; nā in decursu operis solēt quidē sacri scriptores, rerū, quæ narrātur, id serie exigēte, sua nomina interponere, obiter tamē atque in trāscursu, ne videātur suis in laudibus immorari. Præterea de se, tanquā de personis loquuntur alienis. *Vidit hominē sedētē. Discipulus ille quē diligebat* Quod à magistro didicere, qui raro de se, nisi tāquā de tertia persona loquebatur. *Filius hominis* Similiter Moyses de se. *Erat*, inquit, *Moyses vir mitissimus super omnes homines*. Num. c. 12. n. 3. In Hebr, *vir ille*, quasi de alio ageret. Vbi notādū cū Rupert. quia Moyses suū nomē, & laudes tāta breuitate perstrinxerat Deū in easdē lōgius expatiatū. *Audite*, inquit, *sermones meos. At nō talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei, & palā, & nō per enigmata, & figuras Dominū videt* Vides quāto verborū ambitu Moysis laudes, ac nomē Deus ampliet, quas ille duobus verbis cōprehēderat? Ita fit, vt quātū quis de suo nomine detrahit, tātūdē, atq; eo amplius Deus apponat. *Suppleuit ergo Dominus* (concludit Rup. c. 34. in Num.) *quod Moyses de se ipso minus dixerat*.

De se nō multum loquendū

Num. 12. n. 3.

Qui suas laudes sub ticent à Deo laudantur.

36. Objectio. Cur ergo Prophetæ, dicet aliquis, librorū suorū initijs, & sua, & parentū nomina præferunt? cū id, nec Samuel, nec Moyses, nec faciāt Euāgelistæ, cū omnes, aut pene omnes, vel â suo, vel à parentū nomine, vel ab vtroq; prophetias exordiūtur? Isai. *Visio Isaiæ filij Amos* Oseas: *Verbū Domini, quod factū est ad Oseā filiū Beerij* At id cōmendat Maxime scriptores Euāgelicos, *qui*, vt ait Forerius in principio Isaiæ: *Non tantā habebant carnis, & sanguinis* (addo nec nominis) *rationē*. In Euāgelio enim solū Christi nomē prædicādū, propriū nō admiscēdū, nō inculcādum. Ita solet Ioānes Euāgelista, cū silētio nominis, suas laudes obūbrat *Sequebatur*, inquit, *Iesū, Simō Petrus, & alius discipulus*. Ioān. c. 18. n. 15. Chrysost. *Cur se non nomi-*

Isai. 1. nu. 1.

Ioā. 18. n. 15.

Laudes suas prædicare nō licet.

nominatur? cum enim supra pectus I E S V recumberet, merito se silentio præterijt. Sed qua gratia in hoc loco? eadem ipsa, nam & hic quoque rem præclaram narrat, quod, alijs defugientibus, ipse sequeretur, & ideo suum nomen silet, & Petrum sibi præponit.

Hæc enim discipulorum Christi claritas, hæc nobilitas, non suum, sed Dei nomen, & gloriam quærere.

Maior Dei gloria quærenda, non propria Ps. 44 n. 18.

Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui. Psalmo 44. num. 18. Caietanus. *Memoria nominis Christi finis est principatus apostolici.* Et infra. *Christus constituit Apostolos in principes: ipsi efficiunt memoriam, non sui, sed Christi.* Imo in eo humili quadam sanctaque iactitia, gloriabantur, vt monet Psalmista. *Laudamini in nomine sancto eius* Psalm. 104. num. 10. Ex Hebræo idem Caietanus *Gloriamini in nomine sanctitatis eius. Ad laudem,* inquit, *imo iactantiā quandam, non in nomine proprio, sed in nomine diuinæ sanctitatis manifestatæ in eis, eos inuitat.*

Ps 104 nu 10. In nomine Dei gloriari.

37.

Ita vt loquitur Chrysostomus Actorum 2 hom 9. *contempta gloria, magis se ipso glorificabant.* Etiam in hoc sæculo vbi centuplum illis promissum, Rupertus existimat, quod Christi nomē glorificauerint. *Qui reliquerit domum propter nomen meum, centuplum accipiet* Matthæi cap. 29. numer. 29. Rupertus in Mattheum cap. 16. l. 11. *Propter nomen meum liquet plus esse, quam si dixisset propter me, videlicet vt propter nomen meum, id esse intelligas, propter me notificandum.* Et quanuis alia promissa, seu dona de essent, hoc vno potuerunt à Christo discipuli maxime nobilitari.

Matth. 29. n. 29.

Dei nomen in gentes spargere in maxime lucro est.

Ego, inquit *claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis* Ioan. cap. 17 num. 22. Quam claritatem? quod donum? Magnum donum est, vt discipulorum animi, studia, affectus solam Dei gloriam quærerent, sola Dei gloria delectarentur. Hæc enim claritas Christi fuit, hoc stema; charitatem, quam dedisti mihi. Idem Caietanus. *Gloria data à Patre IESV est, quod IESVS venit in nomine Patris sui. Ego,* inquit, *veni in nomine Patris mei, non veni quærens gloriam meam propagaturus nomen meum sed nomen & gloriam Patris mei.* Ita clarior efficitur, qui suum nomen obscurat, vt solum Dei nomen eluceat, quod factum ab Euāgelistis, cum nec scribendo, quidē sua nomina vulgant, vt solum Christi nomen emineat.

Ioā. 17 n. 22.

Quod si aliter factum à Prophetis, idquidem non

38.

studio

studio nominis, aut gloriolæ aucupandæ sed iustis alijs de causis, idcirco enim, & sua, & parentum nomina præponebant, ne viderentur à patria virtute degeneres Et vt fieret eius inquit Rufinus, *cum parentibus suis dignitatis æqualitas*: quorum virtutes imitabantur: propheticæ enim virtutis est, parentes æquare velle, aut etiam superare. quod legimus de Eliseo. *Cuius hæc prima laus est*, inquit, Ambrosius sermone secundo de Eliseo, *quod patrem voluit gratia superare*. Sic, & Aaron gestare iubetur nomina filiorum Israel pretiosis inscripta lapidibus Exod. cap. 28. *vt fidem*, inquit, Beda *vitamq; Patriarcharum meminisset imitari* Et singuli tribuum principes parentũ siue symbola, siue nomina præferũt in vexillis Numerorum c. 2. vt quorum gerebant symbola, gererent vitam, & quorum nominibus gloriabantur, gloriarentur, & moribus Vide Prado de prima visione Ezechielis parte prima sectione secunda. Ita ergo Prophetæ cum suis parentũ nomina præferunt, ne videantur patriæ virtutis obliti, sed eos, quorum referebant nomina, referre virtutibus.

Cur Prophetæ sua nomina scripserint.
Rufin.
Ambr.
Exod. 28.
Beda.
Maiores imitandi.
Prado.

39. Deinde sua, & parentum, nobiliorum præsertim, nomina scribunt, vt maiorem vaticinijs suis authoritatem concilient. Ita Procopius. *Vt fidem*, inquit, *magis facerent*. *Quo enim quisque sanguine clarior*, inquit Basilius, *hoc apud plerosque omnes maiorem impetrat fidem*. Neque enim conuenit cum nobilitate mendatium, vt de alieno existimant Assidæi, cum dicebant *Homo Sacerdos de semine Aaron venit non decipiet nos*. 1. Machabeorum cap. 7. num 14. Nobilem se diffitetur qui mendatio genus polluit, ac bene nata decorat. Vnde Gabaonitæ, qui fefellerant Israelitas, ad vilia lignandi, aquandique damnantur officia, & inter calones, ac lixas, non inter nobiles accensentur. Iosue 9 Ius enim nobilitatis amiserãt, qui à veritate defuerant. Vt ergo Prophetæ vera canere viderentur, nobilitatem suã ostendunt, non ostentant, vt palam fiat à Prophetis adeo nobilibus oriri nõ posse mẽdacium. Lege Ribeiram præludio 4. in Prophetas.

Nobilioribus maior fides habetur.
Proc.
Basil.
Mac. 1 c. 7. n. 14.
Nobilẽ dedecet mentiri
Ios. 9. n. 21.
Ius nobilitatis ammittit qui mentitur.

40. Tandem obijcies. Diuus Paulus in omnibus fere Epistolis Pauli nomen semper inscribit, præterquam in Epistola ad Hebræos, de quo supra; id vero maioris fuit humilitatis, nam Paulum se

Obiectio.

Se verbis deprimeret.

quasi paululum, siue paruulum, humilem, modicũque indigitat. Paulum enim modicum est, inquit, Beda ex Augustino. Ita etiã Ambrosius in primam ad Romanos, & D. Theodoretus c. 2. ad Timotheum nu. 1. Et Augustinus de Spiritu, & litera c. 7. *Non ob aliud*, inquit, *quantum mihi videtur, hoc nomẽ elegit, nisi vt se ostenderet paruulum, tanquã minimum, Apostolorum* Nimirũ vt esset titulo humilitatis augustior, Nam vt loquitur Beda. *In modico isto, grandis erat, in minimo grandis habitabat, & tanto minus à se magnum excludebat, quanto magis minor erat.* Ita Dauid tacito regis nomine, titulo se humilitatis insignit in Psalmo 15. Cuius titulus iuxta Hieronymum, & aliosita habet. *Humilis, & simplicis Dauid.* In Hebræo. *Aurum, siue de auratio Dauid*, humilitas enim sanctos inaurat, siue aureo titulo, & schemate pulchrius ornat; vnde alij legunt: *Corona, seu insignia Dauid*, vt videre est apud Caietanum, & Titelmanum, qui addit hoc: *Titulum tanquã aureum insigne regia nobilitatis indicium, vel signũ militaris dignitatis praposuit. Quare Paulus idem relicto Sauli nomine* inquit, Salmeron tomo 1. in Epist. D. Pauli :. libro disputat 2.

August.

Beda. Apud se paruus magnus erat

Ps. 50

Hbre. Humilitas honor maximus.

Caiet. Titelm.

Salm.

Quod erat in tribu Beniamitica regium, & hominis, ex superbia, & inuidia Dauidem persequentis, in Paulum, idest modicum, mutatũ est. Regio scilicet titulo, titulum humilitatis antefe-rens, humilitas enim titulus est virtutis iuxta illud Ambrosij in Psalmo 118. *Ostende cordis tui humilitatem, vt titulos virtutis ostendas.* Et infra ibidẽ. *Alius in titulis nobilitatis, ac prosapiæ suæ, iustus in humilitate gloriatur. Quæ*, vt ait Bernardus, sermone 34 in Cantica: *Honor est ipsius honoris, & dignitas dignitatis.*

Ambr.

41. Quin etiam Apostoli nomen nonnunquam omisit Pauli nunquam, quia, vt ait Diuus Thomas. *Paulus nomen est humilitatis, Apostolus vero dignitatis.* Et huius quidem obliuiscitur sæpius, illius nũquã. Imo loco Apostoli, serui, ac vincti titulos aliquando adiungit ad Romanos 1. Philemonis 1. *Vt enim dignitatem Epistolæ à se missæ faceret*, inquit Ambrosius, *ab iniuria sua cæpit.* Diuus Anselmus. *Maioris videtur supplitij vinclum IESV Christi se dicere, quam Apostolũ*, vel iuxta Chrysostomum. *Vt fide dignam, & plausibilem reddat epistolam.* Humilitas enim sanctorum scriptis dignitatem, fidem, plausumque cõciliat. Quo etiam consilio

S. Th.

Humilitas cõciliat authoritatem.

Ad Roman. 1. Phil. 1.

Ambr.

Chrys.

factum

factum ab Apoſtolo in Epiſtola ad Hebreos exiſtimat Auguſtinus, & Beda in argumẽto eiuſdem Epiſtolæ. *Sciens, inquit, eorum ſuperbiam, ſuamque humilitatem ipſe demonſtrãs meritum offitij ſui noluit anteferre*; *Nam ſimili modo etiam Ioãnes propter humilitatem in epiſtola ſua nomen ſuum eadem ratione non prætulit*. Vide Salmeron in Epiſtolam D. Ioãnis diſputatione 1. Hæc minutius exquiſiui, & quia Chryſoſtomus homilia 1. in Epiſtolam ad Romanos elaborare nos iubet, atque exquirere, qua de cauſa alij, quidẽ nomen appoſuerint, alij vero non appoſuerint, & vt notum fiat, quod Samuel, & alij ſcriptores ſacri ſua nomina taceant, humilitatis eſſe cuiuis titulo præferendæ: ſed iam ad contextum.

CAPVT. I.

Argumentum.

TErram promiſſam Ioſue ſortibus ſuperiori libro diuiſerat, nunc ſingulæ tribus duce, & auſpice Iuda, ſuas proficiſcuntur in ſortes vi armorum à Cananeis tãquam ab iniuſtis poſſeſſoribus vindicandas.

Poſt mortem Ioſue. Verſ. 1.

1. Cur Ioſue ſucceſſorẽ ſibi nõ prouiderit.

MOrs Ioſue libro ſuperiore narrata infra c 2. recurret vbi paucula perſtringẽtur. Interim quæro cur Ioſue ſucceſſorem ſibi non prouiderit, aut certe à Deo prouidẽdum curauit? Eſt ne veri paſtoris & gregẽ amantis gregi, non ſolum in vita, ſed etiam in morte, conſulere, quemadmodum fecit Moyſes, non tam de morte ſua, non tam de filijs, & vxore, quam de ſucceſſore ſolicitus. *Prouideat*, inquit, *Dominus Deus ſpiritu omnis carnis hominem, qui ſit ſupra multitudinem hanc*. Num. cap 27. n. 16. *Vere paſtor*, inquit Abulenſis, *qui in limine mortis exiſtens de ouibus memoriam agebat, magis vtilitati populi ſuadens, quam ſuæ* Et vt ponderat Oleaſter, cum tria Moyſes audijſſet; quæ vel giganteum poſſent deijcere animum, ſcilicet promiſſæ telluris aditu, vita, principatuque priuandum, nullo tamen horum tangitur ſenſu: ſed ne populus ſine paſtore maneat, huc omnis cura, omnis huc incumbit oratio. Quod euidẽs argu-

Prouidere ſibi in morte ſucceſſorem. *Num. 27. n. 16* *Abul Oleaſt*

argumentum fuit eximiæ erga ſuam gentem charitatis, ac fidei; vt videre licet apud Philonem de charitate Etenim, vt ille alius ait. *Ingens gloria morientis Principis eſt magis rem publicam amare, quam filios.*

Philo. 2.

Cur ergo Ioſue, Moyſis in omnibus veſtigia ſeruans, hanc illius charitatem non æmulatur, præſertim cum mortis ingens ſolatium ſit optimum relinquere ſucceſſorem, in quo is, qui deceſſit videtur propemodum reuiuiſcere. Ita Dauid mortuus in ſucceſſore quodammodo reuocatur ad vitam. *Quis ſuſcitabit eum.* Geneſeos cap. 49. num. 9. Hugo Cardinalis locum de Dauide interpretãs, *Quis,* inquit, *& quantus erit ſucceſſor eius, ſcilicet Salomon Quaſi dicat magnus, & ita magnus, vt Dauid dici poſſit viuere in eo, & quaſi mortuus ſuſcitatus.* Morituro Aaroni Eleaſarum filiũ ac ſucceſſorem adeſſe iubet Deus. *Tolle,* inquit ad Moyſen *Aaron, & filium eius cùm eo.* Numerorum cap. 20. nu. 25. *Voluit,* inquit Oleaſter, *filium adeſſe, vt videns ſe filium in ſua functione, & dignitate relinquere, non eſſe mortuum putaret.* Et Chriſtus Dominus morti vicinus ita virginem ſolatur: *Mulier ecce filius tuus* Ioannis cap 29. num. 26. Quaſi dicat, non morior, qui in Ioanne mei loco ſuccedente tibi viuo. Ita Iacob reuixit ſpiritus Geneſeos cap. 45. num. 29. Cum audijt Ioſeph filium viuere, quem ideo ſupra omnes filios diligebat, *quia,* vt ait Rupertus, *vir iuſtus non lætatur in multitudine filiorum ſi mali ſint, ſed in eo tantum agnoſcit ſe patrem, ſi filium relinquat poſt ſe, qui iuſtitia conſequitur hæreditatem.* Hoc etiã ſenſu noſtrorum iudicum oſſa pullulare dicuntur, ac refloreſcere. *Oſſa eorum pullulent de loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum, permanẽs ad filios eorum ſanctorum virorum gloria* Eccleſiaſtici cap. 49. num. 15. Quomodo regerminabunt, acreuiuiſcẽt? Lyranus. *Per ſucceſſorum bonitatem, qui fuerunt imitatores virtutum paternarum.* Adeo quiè viuis excedunt ſucceſſorum in virtutibus reuiuiſcunt.

Patres in filijs reuiuiſcunt. Geneſ. 49 n. 9. Hugo. Card. Num. 20. n. 25. Oleaſ. Ioã. 29 nu. 26. Geneſ. 45. n. 29. Rupert Patres gaudẽt ſe bonos filios relinquere. Eccleſ. 46. n. 15. Lyran.

3. Deinde, quemadmodum honori eſt Principi bono, parentique ſuccedere (nam Ioſue laudes illud amplificat, quòd fuerit ſucceſſor Moyſi Eccleſiaſt. cap. 46. numer. 1. *IESVS Naue filius,* inquit, Sanctus Ephrem tomo 1. de virtute cap. 2. *perfecta ſua obedientia tantum donum promeruit, vt Moyſi ſucceſſor fieret.* Ita extincti Prin-

Eccleſ. 46. n. 1 S. Eph.

Indignū sortiri succesforē Principem demortuum puder.

ti Principis honor est dignū nāscici successorem: indignū vero sortiri, vituperium: vnde cum degenerem aliquē, qui principem bonum consecutus sit, scriptura commemorat, ac si nullus omninò fuerit, silentio transilit: *Mortuo Sansone*, inquit Rupertus 4 de Victoria cap. 10.

Rup. r.

qui iudi auit Israel 20. annis dignum non existimauit Scripturæ sacræ authoritas, vt diceret. Post hunc fuit, vel huic successit Eli, licet iudicauerit Israel quadraginta annis (subdit rationem) *id nāque est, ac si dicat, qui in diebus illis iudicabat Israel, & si secundū nomen aliquis erat, secundum rem meritumque nullus erat.* Addere possumus, maluisse Scripturam tacere successorem, quam indignum eorum qui præcesserant, in dedecus nominare. Ita Principis nomē successor malus dedecorat, bonus illustrat. Cur ergo Iosue honori suo non consulit successorem erigens, aut postulans, qui sibi esset ornamento, quique ad cætera beneficia à Deo accepta veluti cumulus ingens accederet, qualis ipse Moysi fuit, vt Deus significare videtur *Tolle Iosue filium Num.* Numeror. cap. 27. num. 18. In Hebræó habetur. *Tolle tibi: 70. sume; ad te ipsum*. Quasi beneficium eo ipsi Moysi præstaretur, quod voti compos fieret, & à Domino successor nominaretur. Ita Serarius lib 1 Iosue cap 8. q. 8.

Num. 27. n. 18.

4. Respondetur quæstioni.

Multiplex illum causa ab hac mente deterruit. Primo rei difficultas, quæ vel ipsū Moysem perterruit, de quo Origenes Homilia 22. in Numeros. *Quis ita potuit eligere Principem populi, vt Moyses? poterat, sed hoc non facit, non eligit, non audet. Cur non audet? Ne posteris præsumptionis relinquat exemplum.* Imo nec ipsi Deo cui non est inuenire, sed præuenire, vt loquitur Diuus Bernardus in cantica, Sermone 28 Difficile quodammodo fuit Principem populi inuenire. Cū enim, inquit, Chrisostomus homilia de Dauid tom 1. Examinaret cunctos, plurimosque præuideret, è quorum numero eligeret regem: *Inueni*, inquit, *Dauid seruum meum* Psalmo 88 nu. 21 & Hugo. *Quasi quæsitum in Sanctis Patribus, in regibus, in Prophetis*. Nam inueniendi Verbum, quærendi conatū difficultatemque significat. Vnde Samuel, *quæsiuit*, inquit *Dominus sibi virum iuxta cor suum*. 1. Regum cap. 13. nu. 14 Caietanus: *Quia ad similitudinem quærentis inter tot Israelitas elegit Dauidem*.

Origen. Principem bonum inuenire difficile.

Bern.

Chrys.

Ps. 88. n 21. Hugo.

1. Reg 13. n. 14 Caiet.

Et

5. Honores fugiunt tati.

Et sane difficile inuenitur, non qui quærat honores sed qui fugiat, seque illatebret, ne ipsum quærentes inueniant; dignus enim quæritur, non quærit, sicut ipse David, qui, vt ait Ambrosius in Psalmo 118. *à Sacerdote quæsitus, & accersitus à pascuis prærogatiuam regiæ vnctionis accepit.* Vel Saul, qui cum adhuc melioris esset metalli, absconditus est domi. 1. Regum cap. 10. num. 22. Ne ipsum oblati honores latentē eruerent. *Quærat ergo,* inquit Gregorius in 1 Regum cap. 16. *qui ordinare, imo ornare Ecclesiæ caput cupit, occultos thesauros* (quasi thesaurus abscon ditus sit, qui honorum fugitat lucem) *Christi sponsam ornare gestit, sed non potest, nisi occultos sponsi thesauros producat, & non desistat, donec latentes inueniat. Sed quid hortor pastores quærere, cum nisi Deus occultos proferat, nequeant inueniri.* Quare etiam Christus integram noctem in oratione per noctat Lucæ cap. 6. numer. 11. Dignos Ecclesiæ principes quæsiturus, neque tamen illos nocte, sed cum dies factus esset inuenit, seu elegit num. 13. *Significans*, inquit Toletus, *neminem esse in prælatum eligendum, nisi spectatum, & cognitum sicut in die corpora, quæ nocte occultabantur, discernuntur.* Quærere igitur difficile, difficilius inuenire, quod Paulus significat, cum ait. *Hic iam quæritur inter dispensatores* (id est Ecclesiæ Pastores Rectores) *vt fidelis quis inueniatur.* 1. Epistola ad Corinthios cap. 4. num. 2. Quo alludens Cyrilus Hierosol. Catachesi. 5. *Fidelem*, inquit, *inuenire hoc opus, hic labor est.*

Ambr.

1. Reg. 10. n. 22.

Greg.

Honores qui fugiūt digni sunt illis.

Luc. 6. n. 11.

Tollet. nu. 13.

Prælatus difficenter quærēdus.

1. Ad Corint 4. n. 2

Cyril. Hierosol.

Prælatū probum inuenire perdifficile.

Secundo id non facit Iosue, ne tantum alterius humeris ponderis, ac laboris imponat Ita enim alios existimabat inuitos, & coactos id oneris subituros, quemadmodum ipse coactus subijt, & inuitus, quod significat illud verbum. *Tolle Iosue* Numerorum 27. *Significat enim,* inquit Abulensis, *quandam ductionem non voluntariam.* Et vt conijcio quasi ad mortē. Quo sensu Abrahamo dictum est. *Tolle filium tuum vnigenitum* Geneseos cap. 22. n. 2 Vt enim Isac ad cædem, ita Iosue ad principatum rapiebatur. Quod potuit ab ipso Moyse didicisse, cui intolleranda ea res visa, cum ait: *Cur afflixisti seruum tuum?* Numerorum cap. 11. num. 11. *Seu mala fecisti seruo tuo,* vt habetur in Hebræo. Male enim secum actum existimat cui præfectura data est, vt ibi notat

6. Regere alios onus graue.

Num. 27.

Abul.

Gen. c. 22. n. 2

Num. 11. nu. 11.

notat Oleaſter. Idem alibi: Velut manantibus vbertim lacrimis enixiſſime orat. *Dele me de libro tuo*. Exod. cap. 32. num. 22. Caietanus, *id eſt de libro principatus in hoc mundo, ſignificans per hoc, quod non vult eſſe princeps alterius gentis, ſi gens iſta conſumitur.* Quod ſi lacrimas non profudit, profudit certe Chriſtus cum triũphali pompa ciuitatem ingreſſus, fleuit ſuper illam Lucæ cap. 19. num. 41. Inter lætas regem illum acclamãtium gratulationes, vnus ipſe mærens, ac flens inter honores. Caiet. *Vide quam charã habeat IESVS huiuſmodi gloriã inter tot honores ſedens ſuper aſinum flet, non extollitur, non magni facit honores, qui fletum non continet.* Adeo enim cruciabant illum honores, vt regnum fugerit, non crucem: & inter alia tormentorum genera quibus in cruce fuit affectus, regis etiam titulo torquetur. Sancti enim viri, quibus honor tortura eſt, vel etiam honoris promiſſione torquentur. Qualis Machabæorum ille iunior, in quem tyrannus blandimentorum tormenta conuertit. *Diuitiarum præmijs*, inquit D. Gaudentius ſermone 15. *Et honorum promiſſionibus puerum torquens, quem tamen detorquere nõ potuit.* Adeo graue, qui recte ſentiunt, ſentiunt in honore martyrium.

Exod. 32. n. 32.

Luc. 19. n. 41.

Honores lugendi.

Honor grauis Crux.

Honores sũt tortores.

Sane Moyſes, vt eo reuertamur, perire maluit, quam præire gregi commiſſo. *Obſecro*, inquit, *vt interficias me* Numerorum cap. 11. num. 15. Oleaſter. *Mauult occidi, quam præeſſe. Grauior illi morte præfectura, quæ vt explicetur*, inquit Chryſoſtomus libro 4. de ſacerdotio. *Lubens è viuis exceſſiſſet.* Et quidem ſatius illi videbatur obire ſemel, quã diu imperando ſemper obire. Etenim prælati vita, militia eſt bello periculis, moleſtijs, quæ viua mors eſt aſſuefacta. Ita aliqui explicãt illud Canticorum. *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi* cap. 3. num. 8. ſeu, *bello aſſuefacti*, vt legit Vatablus. Cũ enim quis ad prælaturam euehitur, non ad otium, nõ ad voluptates, ſed ad caſtra, ad bella continua. Vide Legionenſem & Gisler. unde Sponſa conqueritur ſe ad prælaturam quaſi prælia turam euocari *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Canticorum cap. 1. num. 5. Non ſolum quia pugnans, & repugnans præfecta eſt vineis, ſed quia cum filiorum, id eſt ſubditorum ingenijs conflictari perinde eſt, atque aleæ pleno

7. Mori præſtat quam regere. Num. 11. nu 15.

Prælati vita militiæ ſimilis.

Cant. 3. n. 8.

Cant. 1. n. 5

pleno in marte versari. Vide Bernardum in Cantica sermone 30. Vnde Hugo per *virum bellatorem*. Isaiæ cap. 3 num. 2. prælatum intelligit, *qui debet, fortiter præliari prælia Domini subditorum vitia impugnando*. Eodem spectat illud Pauli, *Non secundum carnem militamus* 2. ad Corinthios cap 10. num. 3. Vbi Iustinianus: *Apostolicum* inquit, *munus recte militiæ comparatur, quia arduum, & periculosum*. Et illud *Labora sicut bonus miles*. Epistola 2. ad Timotheum cap. 2. num. 3. *Mala & afflictiones sustine more strenui militis*. Explicat Salmeron ex Græco *Est enim vita hominis militia super terram, maxime ijs, qui vt alijs intendant eliguntur* Nam, & ipsum Episcopi nomen castrense est: Vnde ab Homero Nestor vocatur Episcopus, vt videre est apud eundem Salmeron in 1. ad Timotheum cap 1 Imo idem Paulus de se *Bonum* inquit, *certamen certaui* 2. ad Timotheum cap. 4. num. 7. Quid enim aliud Prælati munus, quā bellū domesticū, & veluti lethale certamen. Vnde Pelusiota lib. 3. Epistola 216. *Si quis ad hūc tronum euehatur, idcirco instituitur vt legitime certet, non autem, vt citra periculum in luxu. aut delitijs versetur*. Et supra, *Pericula conspiciat (aduersus eum enim armis instruuntur inuisibiles, ac plerunque etiam visibiles inimici) ac nō honorem suum animo perpendat: mortes contemplatur, non delitias*. Sed dulce aiunt. bellum inexpertis vt alludit Chrysostomus videndus homilia 3. Actorum 1.

Isai. 3. n. 1.

2. Ad Corin 10. n. 3

2 Ad Timot. 2. n. 3.

Episcopi nomen militare.

2. Ad Tim. 2 n. 7.

8. Certe honor, si mortem vocare nolis, gradus quidam est ad mortem, & valde lubricus ad ruinam. Vnde cordati ab honoris apice sibi metuunt formidantes ruinam: qualis ille, qui dicitur. *Princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua*: Respondet que. *Nolite constituere me principem populi*. Isaiæ cap. 3. nu. 7. Diuus Thomas *Inuitati ad regendum recusant, quasi quoddam ruinosum*. Eodem spectare videtur illud Ezechielis *In ruinis regum suorum* cap 43 nu. 7. vt ibi significat Hieronymus, & Isaiæ. *Filios enutriui & exaltaui* cap 1. num. 2. Zeno Veronensis sermone 3. *Exaltatos appellat, vt ruina timeatur*. Et Psalmo 81. *Sicut vnus de principibus cadetis* num. 7. Augustinus. *Extollimini, vt cadatis*. Et Psalmo 139. *Cogitauerunt supplantare* (Hebraice *impellere*) *gressus meos* nu. 6. Genebrardus. Id est *trudere in varia pericula, & ruinas*. Caietanus. *Per modum impulsionis, quo impelletur*

Honor altus, et tetrigra dus.

Honores ad ruinā lubrici.

Isai. 3. nu. 7.

Ezech. c. 43. n. 7.

Isai. 1. n. 2.

Ps. 81. n. 7.

Ps. 139 n. 6.

tur gradiens ad cadendum Quod tunc contigiſſe ait cum aulici,& ſerui Saulis, ipſo hortante, vrgebant Dauidem regis, vt gener eſſe vellet: *Eſto gener regis* 1. Regum cap. 18. num. 21. Quo facilior per illum honorem Dauidi aditus aperiretur ad mortē, ac ruinam a Philiſtæis imminentem, quod Saul inuidus maxime cupiebat. Lege Caietanum. Itaque honor ille Dauidi per fraudem oblatus lapſus erat ad mortem, niſi Deus auerteret, ac præcipitium ad ruinam.

1. Reg. c. 18. n. 22.

9. Idem Dauid cum Deo quodammodo expoſtulans *Eleuans* inquit, *alliſiſti me* Pſalmo 101 num. 12. Brixianus. *Videris extuliſſe me in altum, vt grauiori caſu in extremas miſerias me deijceres.* Eodem ſenſu accipio illud Dei ad Moyſem. *Dabis ei partem gloriæ tuæ* Numerorum cap. 27. num. 20. Vbi quidam legūt apud Oleaſtrum. *Dabis ei de deiectione, vel proiectione tua.* Seu quia Moyſes in ſolitudine (vnde ad hominum curam auocabatur inuitus, vt loquitur Procopius) ad eo renuit principatum, vt proiectus ad illum videri poſſet, & quaſi violenter impulſus: ſeu quia verebatur eo dignitatis euectus, vt ab irato veluti numine altiori deiectus è loco ruinam traheret grauiorem: cum Deus interdum honores concedat iratus. Sane ijs, qui honores ambiunt honor aliquando conceditur in vindictam, vt ſignificat D. Gregorius ad illa verba. *Nō te abiecerunt, ſed me ne regnem ſuper eos.* 1. Regum 8. Vbi quærens cur Deus, & abiectum ſe in regis petitione conqueratur, & tamen id, quod petebatur fieri decernat? Reſpondet. *An fortaſſe abiectum ſe in regis petitione conqueritur pro reproba voluntate male petentis populi petitus rex, conceditur pro vindicta: & infra. Quæ concedi dignitas pro vindicta potuit, non tranquillæ maieſtate diuinitatis concedi debuit, ſed veluti indignata.* Cur ergo Ioſue relinqueret eum ſucceſſorem, quem ſaluum vellet, non tam dignitatis quam vindictæ, quā ruinæ vel mortis hæredem.

Eleuatio ruina eſt

1. Reg. 8.

10. Quæru[n]t nonnulli, cur Moyſes cum pater eſſet duorum filiorum, neutrum tibi ſucceſſorem optauerit? Reſpondet Hieronymus in cap. 1. ad Titum. Factum id à Moyſe, *vt ſciremus principatum in populos, non ſanguini deferendum, ſed vitæ*, Similia habet Origenes homilia 22 in Numeros, & Philus de charitate, ſic enim, & Actorum c. 1.

Poni ad regē dū eligendū, non conſanguinei.

Matthias

Matthias, non Iosephus iustus eligitur; forsitan, quia hic cognatus erat Christi, & Iacobi frater, vt Lerinus aduertit, & Petrus Ecclesiæ præficitur, non Ioannes, *Ne Christus,* inquit Salmeron tomo 1. tractatu 3. *plus dedisse videretur consanguineo ob humanum carnis affectum.*

Crediderim tamen filijs maxime consultum à Moyse, dum principatum ab eis auertit, nec tanti oneris, aut crucis reliquit hæredes. Cū Petrum Christus præfecit Ecclesiæ, crucē illico subeūdam prænuntiat illis verbis. *Sequere me* Ioannis capite 21 numer. 9. vt sciret humeros, non tam dignitati, quā cruci parandos. *Obserua,* inquit, Salmeron tomo 11. tractatu 31 *eos, qui ad pastorum dignitatem vocantur, simul etiam ad iniunctam cum pastoratu crucem sustinendam assumi.* Eo etiam loco, ac numero imperium Christus habuit, *cuius principatus* (quasi pondus & crux) *super humerum eius:* Isaiæ cap. 9. nu. 6. Quod Tertullianus grauiter ad imperium crucis, alij ad crucem imperij referendum existimant, vt Viegas, Prado, Barradas. & alij; qui etiam centesimam ouē, in qua suus illi principatus, non tam quasi torquem auream, & ornamenta, quo ditatus, & ornatus apparet coram Patre, vt loquitur Salmeron tomo 7. tractatu 15. quam vel vt pondus imposuit. Cuius in typum Aaron 12. tribuum nomina portabat insuper humerali exod. cap. 28. num. 29. *Vt intelligat,* inquit, *Pontifex tanquam bonus Pastor se omnes in corde, & humeris portare debere. Nam rector,* inquit Gregorius in 1. Regū cap. 10. *Et honoratur à subditis, & portat eos, à quibus honoratur; cum honoris ergo principio causa nasceretur oneris: Quia vnde honor à rectore incipitur, inde illud suscipit quo grauetur.* Vnde etiā Paulus, & Barnabas cum illis maiores, quam pro mortalibus conferrentur honores, *concisis tunicis, exierunt in turbas, clamantes* Actorum c. 14 num. 13. Ne tanto onere premerentur. Ambrosius 3. de Virgine. *Paulus & Barnabas putauerunt se grauari, cum cernerent se adorari.* Inde etiam Principes orbem portare dicuntur. *Qui portant orbem.* Iob cap. 9 num. 13. Quasi quidā honoris Atlantes, vt videre licet apud Pinedam. Soli quidem humiles videntur tanto oneri, atque orbi ferēdo pares; *Nam Domini sunt cardines terræ.* (Hieronymus. *Afflicti terræ*) *& posuit super eos orbem.*

11. Imperium. crux est

Ioann. c. 21. n. 19.

Salm. tom. 11 tract. 31.

Pastoratus crux est

Isai. c. 9. n. 6.

Tertul.

Imperium crucis. Crux imperij

Vieg. Prad. Barr aad.

Ornamentū Christi peccator cōuersus.

Salm. tom. 7 tract. 15.

Exod. c. 28. n. 29

Subditi humeris, & corde portandi.

Greg. in 1. Reg. c. 10.

Honor onus est

Act. c. 14. n. 13.

Ambr. 3. de Virg.

Iob. c. 9. n. 13.

Principes honoris Atlātis

Soli humiles mūdū rectores sunt.

1. Reg. c. 2. n. 8. Rup. in 4. Matthei. Humilitas. conſtātes facit.

orbem. 1. Regum cap. 2. nu. 8. Rupertus in 4. Matthæi. *Afflictio hæc, humilitas eſt quæ ad portandum orbem, ideſt Eccleſiam regendam conſtantes eos facit, & fortes*. Verum humilliſſimus Moyſes tanto ſub pondere laborat, ac gemit. *Cur*, inquit *impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me*. Numerorum, c. 11. num. 12.

12. Num. c. 11. n. 12. Honores ipſis Angelis formidabilis. Bern. Serm. de Aſcent.

Quis ergo tantum ponderis non formidet? certe Angeli, ſi in eos formido caderet, formidarent. Bernardus Sermone 2. de Aſcentione *O peruerſitas*, inquit, *ò abuſio filiorum Adam? qui cum aſcendere difficilimum ſit, deſcendere autem facilimum, ipſi etiam leuiter aſcẽdunt, & deſcendunt difficilius, parati ad honores, ad celſitudines graduum Eccleſiaſticorum, ipſis etiã angelicis humeris formidandas*.

13. Honores, vt pote onera, amicis non deferendi

Non ergo mirum ſi Ioſue tantum onus ſuis humeris, alieniſque formidet. Quare eum in hoc maxime credo ſecutum veſtigia Moyſis, qui nec filijs, nec conſanguineis, quibus optime cupiebat tantum ponderis impoſuerat; ſic etiam Samuel filijs, & Chriſtus Dominus Ioanni chariſſimo diſcipulorum non detulit principatum, vt quos plurimum diligebãt, tam periculoſo faſce leuarent. Ea propter Ioãnes cap. vltimo in quo de prima tu Petri agit, bis ſe dilectum diſcipulum vocat, quaſi plus dilectus, qui ad tantum põderis non electus. *Plus enim confertur dilecto* (vt alibi dixit Ambroſius lib. 2 de Iacobo, & vitæ beatitudine cap. 2.) *Cui fratrum amor quæritur, plus autẽ adimitur ei qui prælationis iniuſtæ oneratur inuidia*.

Ille à Leo plus dilectus, qui ad honores, nõ electus. Ambr. lib. 2. de Iac. 1. n. 2.

14. Dignitates pro meritis, nõ pro amicitia, tribuẽdæ

Tertio tandem. Succeſſorem Ioſue non eligit, ne ſi Caleb tribus Iudæ principi, qui illo digniſsimus videbatur honore, principatum relinqueret, familiari quodam ac ſocio ſibi, cum explora tum ierant, coniunctiſſimo, non meritis detuliſſe videretur; atque adeo animos offenderet ſibique conflaret inuidiam. Ita Chriſtus Dominus Petro, non Ioanni diſcipulorum chariſsimo Eccleſiæ reliquit principatum, ne aliqui ſub offenderentur, amicitiæ cau ſa ſucceſſorem, aut prælatum exiſtimantes Hildebertus Epiſtola 12. *Chriſtus Ioannem ſupra Petrum dilexit, non tamen Ioanni conceſſa eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi; qui enim per Iſaiam dixerat Auferte offendicula deuia philoſophi mei; coram diſcipulis offendicula ponere noluit nec maioribus anteponere iuniorem, quamuis eum prærogatiua caſtitatis præ cæteris fecerat*

Vitãda vel leuis iniuſtitiæ ſuſpicio. Hildebertus Ep. 12. Iuniores maioribus nõ anteponẽdi. Caſtitas familiares Chriſto facit.

fecerat familiarem. Eiusdem sententiæ est Salmeron citatus Ea etiam causa, cur Moyses ipse, nec Iosue quidē ausus est principatum committere, (vt loquitur Philo citatus) cum ei amicus, & familiaris pene à puero esset, nō ausus tamen, ne forte opinione falleretur, àddo, & familiaritatis affectu. *Sapiens fuit*, inquit Bernard. Serm. 28. in Cant. *sed tamen errauit in sensibus*. Quando Esau præferre maluit quod victus naturali affectione omnia fecerit, vt ait Chrisostomus Homil. 53 in Gen. In electione Matthiæ, Petrus. & alij statuerūt duos. Actorū c. 1. nu. 24. Vt vnum ex illis Deus eligeret. Chrysost. *Ante non licebat ipsi eligere? licebat, & quidē maxime: verūtamen id non facit, ne cui videretur gratificari*. Sic Deus Samuelem. *Vnges, inquit, quēcumque monstrauero tibi* 1. Reg. c. 16. n. . Neminē illi designās *Ne crederetur*, inquit Abulens. *Hoc factum affectione quadā humana*. Ita ergo nullum Iosue successorem designat, nequo duci videatur affectu, qui vitiaret electionem.

Salm. Philo. Affectus fallit iudicium. Bern. Serm. 28 in Cant. Ipse Deus in eligendo vitat affectū Act. c. 1. n. 23 1. Reg. c. 16. n. 23. Abul.

15 Dices Cur saltē successorē à Deo nō postulauit, quod Moyses fecerat? Respondetur 1. Quia noluit Moysi se adæquare, quia omnia illi referebat accepta, vt conijcit Caiet. ad illa verba: *Iosue filius Num repletus est Spiritu Sapientiæ quia Moyses posuit super eum manus suas* Deut. c. 34: n. 9. *vt intelligamus*, inquit Caiet. *quod quamuis successor Moysis esset non tamen æquabat se illi, sed agnoscebat ab illo etiam internum sapientiæ spiritum*. Secundo quia ne precibus quidem id ambire voluit, sed iuditio Dei totū de successoris electione permittere. Tertio, vt Israelitæ nullum alium ducem, nullum regē, præter Deū agnoscerent, & consulerent. Vnde sequitur.

Obsequium ... iores. Caiet. Deut. c. 34. n. 9. Cōformitas cum Deo. Solus Deus verus dux

(.?.)
(.?.)
.¿.

Cōsuluerunt filij Israel Dominum.

16 Quia recente adhuc Iosue memoria, & doctrina, calebat pietas erga Deū, vt ait Procopius, filij Israel omnes in Siloch, priusquam bellum aggrederentur, Dei scitatum oracula cōuenere. *Antiquitus enim*, inquit Chrysosto-

De oratione. Proc. Memoria iustorum pietatē fouet.

Chryſ. ho. 14 ad Anthi c. Bel' ã iuſti s mate- ria pie tatis eſt

ſoſtomus homilia 14 ad Antiochenum. *Deus erat dux bellorum, & abſque illius ſententia nunquam attingere pugnam auſi, & bellum ipſis pietatis materia fiebat.* Conſuluerunt vero, ſiue interrogarunt Dominũ per Phineem ſacrorum antiſtitem, ac diuinæ voluntatis interpretem. Sic enim Deus præceperat: *Si aliquid agendum erit. Eleazar Sacerdos conſulet Dominum.* Numerorum capit. 27. numero 21. Conſulendi modum latere nos aſſerit Caietanus, ſed de hoc alibi.

Num. c. 27. n. 21. Caet.

17. Res à Deo auſpicandæ.

Cauſæ cur Deum conſuluerint plures. Prima, vt rerum agendarum, quo feliciter caderent primordia, ducerentur à Deo. *Optimus hic ordo eſt*, inquit Nazianzenus oratione prima, *vt qui rem aliquam auſpicatur, à Deo initium ducat.* Vnde Chriſtus *principium* dicitur, *& finis.* Apocalipſis capit. 1 & 8. quia ab illo principium illi deſinendum. Vt apud Nazianzenum exponit Helias aſſerens illud Poetæ. *Ab Ioue principium.* Ita Iudith. priuſquam facinus illud ſupra fæminam aggrederetur, ingreſſa eſt oratorium ſuum capit. 9. numero primo. *Bona oratio*, inquit Ambroſius de inſtitutione Virginis, *quæ ordinem ſeruat, vt primo à diuinis inchoemus laudibus:* Quia vero Cain confudit hunc ordinem, vt loquitur Diuus Ambroſius. Omnia ei ſiniſtra contigere, audijtque: *Non ne ſi bene egeris recipies* Geneſeos cap. quarto numero ſeptimo, ſeptuaginta habent: *Non ne ſi recte offeras, non autem diuidas, peccaſti.* Ambroſius libro ſecundo de Abel, & Cain capit. 6. *Non recte diuiſit, quia ante omnia, Deo debuit deferre primitias, vt à gratia inchoaret autoris.* Quæ enim à Deo non ducuntur exordia exitus habent infelices. Eliſæus *percuſsit aquas, & non ſunt diuiſæ.* 4. Regum cap. 2. numero 14. Cur primum ad percuſſionem non diuiſæ? quia non præmiſit orationem. Abulenſis, *Vt compelleretur orare non ſunt diuiſæ prima vice.* Iacob ingreſſurus Ægyptum prius venit ad puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo Patris ſui Iſac, audiuit eum. Geneſcos capit. 46. numero 7. Ioſephus 1. Antiquitat. *Ne inconſulto Deo migratione præſenti facta, familia ipſius clade aliqua afficeretur.* Idcirco Saul, Ieroboam,

Naz. Orat. 1

Apoc. c. 1. & 8.

Iudith c. 9. n. 1.

Ambr. de inſt Virg.

Bona orat. à diuinis laudibus inchoatur.

Gen. c. 4 n 7 Septu.

Ambr. l. 3. de Ab. & Ca c. 6

Reg. 4. c. 2. n. 14.

Negat Deus vt oremus.

Gen. c. c. 46. n. 7.

Ioſeph. 1. Ant.

Rebus oratio præmittenda.

Infelix regnũ, quod non ex Deo est. Oz. c. 8. n. 4 Ribe.

eiusque successores regnarunt infelicissime, quia Deo inconsulto regnarunt iuxta illud: *Regnauerunt, & non ex me.* Ozeæ cap. 8. nu. 4 Idest, *me inconsulto*, vt videre licet apud Riberam, & alios; ecõtra vero Dauid regnum felicissime auspicatus, quia regnandi initia positurus de consulendo Deo prius, quã de solio cogitauit. *Consuluit Dauid Dominũ* 2. Reg c. 2. n. 1,

Reg. 2. c. 2. n. 1.

18.

Sed in bello præcipue cõsult oprius numine felix, faustusque plerumque exitus. Idem Dauid. Deiecit exultationem Goliæ, vbi inuocauit Dominũ omnipotentẽ Ecclesiast. cap. 4 n. 6. Chrysostomus Homilia vltima de Dauid, & Saul. *Priusquã enim mitteret lapidem, eum præcationis robore fuerat aggreßus.* Ambr. 1. Officiorum cap. 35. *Nũquam nisi consulto Domino bellũ adorsus est, ideo in omnibus victor prælijs.* Idem accidit alijs iustis regibus Abiæ, Azar, Iosaphath. Esechiæ vt adnotat Caietanus ad illud Psalmi 131. *Inimicos eius induam confusione* num. 18. Caietanus *solus*, inquit, *Iosias videtur inter reges iustos succubuisse inimicis quia non consuluit Dominum in illo bello*: sic etiam Christus Dominus felicissimum passionis suæ certamen aditu

Ecclesi. c. 47. n. 6. Chrys. hom. vltima Ambr. 1. Offic c. 35. Oratio vires addit. Oratio parit victorias. Caiet. Ps. 131 n. 18.

rus, Deum prius consuluit, neque in loco conuiuij, siue cænaculo, sed in loco orationis capi voluit. Iansenius cap. 137. Concordiæ. *Ne tanquam splendidus conuiuator, sed vt deuotus precator ab inimicis raperetur.* Et Diuus Paulus, Thimotheum, quem paulo supra bonam militiam militare iusserat, ad Deum ante omnia precibus consulendum, quo felicius militet exhortatur. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes.* 1. ad Timotheum cap 2. num. 1. vt ibi Iustinianus, & Cornelius explicant quæ enim á Deo incipit oratio, desinit in victoriam. Vnde multi Psalmi in finem, id est in victoriam dedicantur. Contra vero victoriæ non consulit, qui Deum non cõsulit. Cur tam infeliciter pugnatum ad vrbem hai, vt tria millia pugnatorum terga verterint, & corruerint triginta sex homines? Iosue cap. 7. num. 5. Quia Deum ante initum prælium non adierant: Ita Hugo, & Lyranus, hic, dum ait, Idcirco Deum post mortem Iosue consultum ab Israelitis, *Quia*, inquit, *experti fuerant male eis accidisse, quandò Iosue in consulto Deo misit bellatores contra vrbem Hai.*

Iansf. c. 137. Conc. Inimici oratione excipiendi. Paul. 1 ad Thi. c. 2 n. 1.

Iustin. Corn.

Victoriæ nõ consulit, qui Deum non cõsulit. Iosf. c. 7 n. 5. Hugo. Lyran. Calamitatibus docemur

Vtergo

Vt ergo feliciora contingāt Deum nunc ante omnino consulunt.

19. Colloquio Dei vires adduntur. Secundo Deum consulūt vt maiores à Dei colloquio vires, animosque resumant, quibus hostes vincant, ac terreant. Ita Dauid 1. Regū cap. 30. vbi Deum consulit, confortatus dicitur in Domino Deo suo num 6. Abulēsis. *Quia non recurrit ad fortitudinem bellicam sed ad Deum suū consulens.* Vt enim Nissenus de oratione: *Oratio corporum robur, regni vires, belli tropheum.* Ideo Moyses Iudæ benedicens. *Audi*, inquit, *Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum*. Deuteronomi cap. 33. num. 7. id est Audi preces Iudæ cum ad bellum ierit: Non precatur, vt manus Iudæ roboret aut dirigat, sed vocem, vt audiat. Oleaster: *Ne glorietur fortis, in fortitudine sua, sed sciat, plus precibus esse bellandum.* Sic enim manus docentur ad præliū, quæ cum ad Deum eleuantur, armantur. Iuxta illud fatidici ducis. *Qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum* Psalmo 143. cap. 1. Hieronymus. *Cum leuauerimus manus nostras, orationes nostræ arma sunt contra Diabolum.* Et Psalmo 17. *Posuisti vt arcū æreum brachia mea* num. 36.

1. Reg. c. 30. nu. 6. Abul. Nissen. Oratio nis laus. Deut. c. 33. n. 7. Oratio verum robur. Oleast. Ps. 143 c. 1. Hier. Orationes arma. Ps. 17. n. 35.

Sāctus Ephrē de panoplia spirituali: *Vere enim arcus æreus est contra inimicos expansa in oratione manus, sicut est sagitta directe emissa, ab eo qui arcū vibrat.* Adeo hostiles animos frangit, ac terret, & prosternit exercitus. Et cum apostoli orassent, *motus est locus, in quo erant congregati* Actorum cap. 4 num. 31. Terræ motu vim orationis significante, qua terrendi erant aduersarij, vel etiam Christi iugo subijciendi, vt Lyranus explicat. Inde est, vt Iacob vna cum filijs Bethel Dei domum ascendente, timor Dei incesserit omnes per circuitum ciuitates, & non sint ausæ persequi recedentes, Geneseos cap. 35. num. 5. vt videre est apud Chrysostomum. Id facturum Deus promiserat ijs, qui ter in anno templum ascenderent: *Nullus insidiabitur terræ tuæ ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui* Deuteronomij cap. 34. nu. 24 Abulensis, *licet enim alijs temporibus hostes Hebræorum inuaderent illos vt expugnarent terram eorum, tamen his temporibus non inuadebant.* Armatas scilicet precantium in templo manus formidabant, vt supra dixerat Moyses. *Videbunt omnes terrarum populi, quod nomen Domini inuocatum sit super te, &*

Eph. Manus expāsæ arcus in inimicos. Act. c. 4. n. 31. Vis orationis. Oratio terret hostes. Gen. c. 35. n. 5. Chrys. Deut. c. 34. n. 24. Abul.

Deut. c. 28. n. 1. Oleast.

timebunt te. Deuteronomij c. 28. num. 1. Oleaster. *Quanta orationis efficatia ad hostes deterrendos, quoniam scientes nos inuocare nomen Domini deterrentur.* Iure igitur filij Israel in Silo, vbi arca, & tabernaculum, tanquam ad armentarium confluunt, vnde hostibus terrorem, sibi arma, sibi animos comparent, & virtutẽ. Vnde Arca Hebræorum virtus dicitur á Scriptura *Tradidit in captiuitatem virtutem eorum*, Psalmorum cap. 77. nu. 61. Augustinus. *Ipsam arcam, vnde sibi videbantur inuicti*. Et confluunt omnes, vt explicat Abulensis: Quo efficacius diuinam opem alliciãt, imo extorqueãt. Multorum enim oratio vim quodamodo infert Deo, vt inquit, Tertulianus in Apologia c. 39. *Coimus in cætum, & congregationem, vt Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes; hac vis Deo grata est, &c.*

Ps. 77 n. 61. Augus. Abul. Multorum oratio vim Deo infert. Tert. in Apolog. c. 39.

20.

Obijcies non omnes filij Israel sed vnus tantum sacerdos consuluit Dominum vt Iosephus, Vgo, Caietanus & alij docent. Respondetur Primo orãte sacerdote omnes, qui assistunt, orare censeri. Secundo vnum, vel alterum qui orat, multorum millium instar esse. Vnde Eliseus ad ministrum suum, *Noli*, inquit, *timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis* 4. Regum cap 6. num. 16. Quõ modo plures, qui duo tantũ erant: plures scilicet oratione, quam hostes multitudine *Qui quo sanctior*, inquit Ambrosius, lib. 1. de Virginibus, quisque eo *munitior* Quo satellitio? orationis. *Audiant verba mea, quoniam potuerunt* Psalmo 140 Genebrardus. *Idest apud Deum efficatia*. Chrysostomus legit: *Quoniam munita sunt satellitibus*. Nam Eliseus oratione munitus multorũ agminum instar erat. Ita loquitur idem Chrysostomus de comparatione Regis, & Monachi. *Iudæorum*, inquit, *Reges sæpe misso exercitu, missis peditibus sagitarijs, equitibus, ducibus ad Elisei precesse receperunt. Existimabant enim Dei seruum sibi multarum myriadum instar fore. Et in fra, Ezechias rex bello Persico conflato Isaia preces multis personarum millibus opposuit.* Hinc illud populi ad Dauid in bellum egredi cupientẽ. *Non exibis, quia tu vnus pro decẽ millibus computaris: Melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio.* 2. Regum cap 18 nu. 3. Caldæus *Tu potes roborare sicut nos decem millia; & nunc bonum est quod ores pro nobis ex vrbe ad roborandum.* Quibus consonat Naz: illud Nazianzeni de pace *pace orat.*

Ioseph. Vgo. Caiet.

Vnus, qui orat, multorũ milliũ instar est.

Reg. 4 c. 6. n. 16. Ambr. l. 1. de Virg. Ps. 140 n. 6. Geneb. Chrys. Chrys. Reg. 2. c. 18. n. 3

ora-

oratione I *Pugnātibus manuū extensio innumerabilium copiarū instar erat orationis opera trophea erigens* Et Chrysostomus Actorum 3. Homilia 8. *Vis discere, quod turba sancti sunt non multi? Educere in bellum centum myriades, & vnum sanctum, si in iis quis plura operetur. Exijt IESVS Naue in bellum, & solus omnia operatus est strenue & ita alij nihil profuerunt.* De illo enim Ecclesiasticus. *Inuocauit altissimū potentem in oppugnando inimicos vndique* cap. 46. nu 6 Quo Chrysostomus respicit. Quid plura? Vnus Elias dicitur currus Istael, & duriga eius 4 Regum cap 2. num 12. in Hebreo. Currus Israel, & militia eius. *Israelita enim*, inquit Abulensis quæstione 19. *habebant Eliam dum inter eos viueret loco curruum ac militiæ, quia preces eius erant sufficientes magis, quam arma, currus, & milites.*

Chrys. Act c. 3. h. 8.

Eccles. c. 46. n. 6.

Reg. 4. c 2 n. 12. Abul. q. 19.

24 Et sponsa terribilis dicitur, vt castrorum acies ordinata, Canticorum cap. 6. num. 9. Propter studium deuotionis, vt videre est apud Glislerium, tantus scilicet in precibus vnius orantis exercitus, qui vel in ipsum Deum gratam illi vim faciens, vt ex Tertuliano diximus, aciem dirigit. *Mane,* inquit Dauid, *astabo tibi* Psalmo 5. num. 5. in Hebræo *ordinabo*, vel *disponam, quasi aciem precem scilicet matutinam*. Et Deus ipse ad Iob *Aduersum faciem meam consiste* cap. 33. num. 5. Ex eodem Hebræo *ordina*, *instrue*, scilicet orationem; verbum sane bellicum, vt ibidem notat, Pineda, apud quem alij legunt: *Acie directa mecum congredere.* Quasi Iob aduersus Dei faciem aciem orationis militarem in modū instrueret; hac enim arte, seu marte tantum vinci Deus potest, iuxta illud Hieronymi ad Damasum. *Deus ipse qui nullis contra se viribus superari potest publicani precibus vincitur.* Quare nihil mirum si vnius, vel paucorum oratio multorum millium vincat exercitus, cum diuinam opem vel vt auxiliarem sibi adiungat, qua sine magni licet exercitus nihil sunt, vt docet Dauid Psalmo 7 num. 3. cū ait, *dum non est, qui redimat, neque qui saluum faciat* Chrysostomus. *Atqui colligit exercitus, & multos secum habuit: Quomodo ergo dicit non est qui redimat? Quoniam ne vniuersum quidem orbē terrarum auxilij loco habuit, nisi opem diuinam fuerit assecutus: nec se esse ducit in solitudine licet solus sit, si sit illius auxilij particeps*

Cant. c. 6 n 9. Oratio Deo gratam vim facit.

Ps. 5. n. 5.

Iob. c. 33. n. 5.

Pined.

Hier. ad Damasc.

Sola Oratio Deum vincit.

Ps. 7. n. 3.

Chrys. Nō solus, qui cū Deo est.

22 Sapienter igitur Israelitæ ad bellum ituri Sacerdotē

vnum, qui Deum consulat ac manus extollat: quasi primam aciem, ac robur exercitus multis Cananæorum millibus obijciunt, velut palmam certo laturi, quam vel ipse orantis habitus pollicetur, vnde sponsæ dicitur. *Statura tua assimilata est palmæ* Cāticorum cap. 7. num. 7. vbi palmam in palmis ad cælū sublatis Caldæus agnoscit. *Tempore*, inquit, *quo Sacerdotes tui extendunt manus suas in oratione similes sunt digiti manuum eorum extentiramis palmarum, & statura eorum est sicut palma.* Et Canticorum cap. 3. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi* num. 6. in Hæbræo. *Sicut palma fumi*, sacrificij scilicet & orationis quæ dirigitur sicut incensum in conspectu Dei vt videre est apud Ghislerium, & Pinedā in 1. Iob. vers. 5. num. 8. Vnde etiam viginti illi quatuor seniores habebant singuli phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum Apoc. 5 n. 8. Cæteri beati palmas habebant, *& palmæ in manibus eorum* cap. 7. num. 9. illi phialas odoramentorum pro palmis opinor, quas de hostibus reportarunt, vt significarēt victorias à se partas non tam gladijs, quam phialis, oratio nibusque deberi.

Cant. c. 7 n. Cald. Oratio palmata.

Cant. c. 3. n. 6

Ghisl. Pined. in 1. Iob. vers. 5 nu 8. Apoc. c 7 n. 9.

Tertio Deum consulunt, vt belli ducem ipse eligat, ipse declaret, quæ causa mox exprimitur. *Quis ascendet ante nos* Cur vero ipsi non eligūt aut nominant? vt tolleretur inuidia, ac seditiones, quæ gliscerent singulis tribubus ad se principatum ambitiose trahentibus: Consulto vero oraculo sedarentur. Ita Abulensis hic quæstione secunda. Quando enim electio diuina est, nec humano vitiatur affectu, seditio cessat, cessat inuidia. Vnde tam acerba odia, atque diffidia Dathan, Abironis, & aliorū aduersus Moysen, & Aaron, cum Pontifex creatus est Numerorum cap. 16? Nisi quia putarunt id factum à Moyse affectione cognatorum, non Dei iussu, vt loquitur Abulensis quæstione 10. vbi vero floruit virga tumultus omnis conquieuit quia florens virga diuinæ erat electionis inditium, vt Deus significat illis verbis. *Quem ex his elegero, germinabit virga eius, cohibebo à me querimonias filiorum Israel Numerorum cap. 17. num. 5.* Inde etiam cum Deus Samueli iussit Dauidē vngere, nomen occulit. *Vnges, quemcumque monstrauero tibi.* 1. Regum cap. 16. nu. 3.

23. Iud. c. 1. n. 1.

Abul. q. 2. Electiones ab hominibus factæ seditiosæ

Num. c. 16.

Abul. q. 10.

Num. c. 17. n. 5. Inuidia in electionibus vitanda

Reg. 1. c. 16. n. 3.

Ne si

Aulq. 15. *Ne ſi* (vt loquitur Abulenſis quæſtione 15.) *Fratres eius putauiſſent illam vnctionem factam humana affectione, inſurgerent cōtra eum. Si enim,* inquit Theodoretus quæſt. 37. *Etiam ſui facta electione aperuerunt fratres ſuam inuidiam, quid non feciſſent ſi non facta eſſet hoc modo?* Idem Samuel cum Saulem vnxiſſet, iuſſit tribubus mittere ſortes *Cecidit ſors ſuper tribum Beniamin.* 1. Regum cap. 10 nu. 20. Theodoretus q. 25 *Ne coniicerent homines eſſe humana gratiæ electionem.* D. Gregorius libro 4. in 1. Regum. *Sorte quæritur vt eum, quem propheta eligeret diſpenſatione diuina prouiſus populus non poſſet dubitare.* Eodem conſilio vſi Apoſtoli, cum in eligendo Matthia dederunt ſortes Actorum cap. 1. num. 26. Chryſoſtomus, *Quia nondum idoneos ſe iudicarunt, vt ipſi ex ſe facerent electionem, eoque cupiunt ſigno aliquo* (diuino ſcilicet) *edoceri, vt ſe liberarent inuidia, quæ poterat oboriri* vt ſupra loquitur idē Chryſoſtomus, ideoque ſtatuerunt duos qui vt ait gloſa ordinaria, *alterum alteri præferre non hominum erat, ſed Dei.* Cum ergo vnus dux, vel vna tribus cæteris eſſet præferēda, merito diuinum conſulunt oraculum dicentes,

Theod. q. 37. — Reg. 1 c. 10. n. 20 — Theod. q. 25. — D. Gr. lib. 4. in 1. Reg. — Act c. 1. n. 26 — Chryſ. — Gloſ. Ordin. Alium alii præferre non hominū. ſed Dei

Quis aſcendet ante nos contra Cananæū, & erit dux belli?

Conſultum ſuper vno aliquo duce, qui, mortuo Ioſue, ſuccederet, bellique ſummam adminiſtraret exiſtimat Abulenſis quæſt. 2 & 4 cum aliis. Veroſimilius eſt quæſitum, quænam tribus bello daret initium. Ita Lyranus hic cum Hebræis, Auguſtinus quæſtione 2. Hugo, Richardus, Procopius. Caietanus. Neque enim de communi aliquo bello, ſed de bellis ab vna quaque tribu faciendis agebatur. Ita colligitur ex Hebræo, *Quis aſcendet nobis ad Cananæum in principio ad bellandum in eum.* id eſt explicat Vatablus *Quis primus noſtrum parabit expeditionem in Cananæos, magni enim re ferebat,* inquit Caietanus, *primos aggreſſores vincere, vel perdere, quoniam fama primæ victoriæ multum conferebat reliquis tribubus.* Nam plerumque à dextro belli initio totius victoriæ pendet euentus. Vnde Chuſai ad Abſalonem. *Cum ceciderit vnus quilibet in principio audiet quicumque audierit, & dicet*

24. — Abul. q. 2. & 4. — Lyran. — Aug q. 2. — Hugo. — Rich. — Procop. — Caiet. — Vatab. Magni ponderis eſt opprimi in initiū. — Caiet.

Reg.2. c. 17. n.9.

cet facta est plaga in populo 2 Regum cap. 17. num.9. Ideſt á læuo pugnæ principio victũ populum arguet, & evulgabit, & Achab prophetam illi victoriam Dei nomine pollicentem ſtatim rogat. *Quis incipiet præliari* 3. Regum cap. 20 num. 14. Quaſi de victoria non deſperaret, ſi eſſent qui belli primas animoſe ſuſciperent. Tantum ad victoriam momenti eſt in principio rei gerendæ robur oſtédere. Dauid rex nuper creatus ſumma opum vi enixe contendit, vt caperet ſionis arcem propoſito etiam prætio ei qui prior hoſtem inuaderet 2.Regum cap.5. Interlinealis gloſa, *Vt in principio regni fortitudinem demonſtraret.* Certa enim illi corona eſt, qui in principio ſtrenue certat. Neque enim felices modo exitus, ſed etiam animoſa principia coronantur. Inde Eccleſiæ in capite corona ſtellarum Apocalipſis 12 num. 12. ideſt in principio. Caput enim Ribera interprete, ſumitur ibi pro initio naſcentis, ſeu militaris Eccleſiæ, quæ tam feliciter, ac ſtrenue cæpit, vt eius fuerint coronanda principia. Vbi etiam Apoſtoli corona dicuntur Eccleſiæ, quia prima fidei bella pugnarunt feliciter. Vnde Eccleſiæ dicitur.

Reg. 3 c. 20. n 14.

Reg. 2. c 5. Inter.

Optima principia magni facíéda imo coronáda

Apoc. c.12.n 12.

Riber

Apoſtoli coronæ Eccleſiæ.

Coronaberis de capite Amana Canticorum cap 4 n.8. Septuaginta *A principio fidei.* Philo Carpath. *A principio fidei.* Procopius in Iſaiam cap.26 *fuerunt enim Apoſtoli Eccleſiæ primitiæ iuxta illud* Iacobi 1. *vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.* Caietanus. Id eſt *primitiæ quædam creaturarũ.* Quia primi in Euangelio prædicando, vel martyrio ſubeundo. Vere enim coronat Eccleſiam imo etiam Chriſtum quiſquis ardua fidei cauſa primus aggreditur, iuxta illud Iſaiæ. *Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui* cap.26.num 3 Procopius *quidam,* inquit, *per Regni ipſius diadema eos intelligũt qui eundem ſanguine ſuo teſtati ſunt, quos ſua ipſe manu ſeligens Pater filio adiungit velut coronã apponens* Quid enim aliud martyrium, niſi roſeum diadema? iuxta illud Iſaiæ (quẽadmodum legit, & intelligit Tertulianus libro 4. contra Marcionem) *Si fuerint delicta veſtra tanquam roſeum, velut niueum exalbabo, & ſi tanquam coccinum, velut lanam cap.*1. *num* 8 *In Roſeo,* inquit Tertulianus, *Sanguinem oſtendens prophetarũ, in coccino Domini vt clariorem.* Vnde *pulchrum, dictum á patribus,* inquit Hieronymus *quia ſancta*

Cant. c.4.n. 8.

Septu.

Phil. Carp.

Procop in Iſa. c. 26.

Iacob. c.1.18

Caiet.

Primi fidei prædicatores Chriſti corona

Iſai. c. 26. n. 3.

Procop

Martyriũ roſeum diadema.

Iſai. c. 1. n. 8.

Tert. l. 1 cont Mar.

Hieron

Primitiæ martyrum gratiores.

ſancta Eccleſia electorum floribus vernans in pace habet lilia, in bello roſas. Licet ergo Martyres omnes coronent Eccleſiam, qui tamen primi fuere, tanto gratius ornant, quanto primitiæ ſunt gratiores. Hinc iam liquebit, quo iure martyrum ille anteſignanus Stephanus, ideſt corona appelletur, quia tot coronas accepit, quot Martyribus poſt ſe reliquit exempla, vel quia illorum omnium, ipſe corona fuit: de quo Auguſtinus ſermone 95 de diuerſis. *Quando Beatus Stephanus pro Chriſto primus ſanguinem ſuum fudit quaſi corona proceſsit de Celo, vt eam ſumerent ſequentes in præmio, qui præcedentis pietatem imitarentur in prælio: impleuerunt poſtmodum terram crebra Martyria quicumque poſtea ſanguinem pro Chriſti confeſſione ſuderunt impoſuerunt coronam illam capiti ſuo.* Itaque Stephanus in Martyribus, & Martyres in Stephano coronantur. In eo igitur qui difficiliora prior aggreditur totus coronatur exercitus. Vnde nihil mirum ſi Iſraelitæ nō tam de victoria, quā de belli principio Deum cōſulant, vt qui ſcirent victoriam, & coronam, aut certè dimidium facti, quibene cæpit, habere: ſed de hac re infra ſermo recurret.

Stephanus corona martyrum

Aug. 95. de diu.

In eo, qui difficiliora prior aggreditur totus coronatur exercitus.

Dixitque Dominus Iudas aſcendet. Verſ.2.

I. De inuidia.

IVdas, ideſt tribus Iudæ, vt citati volunt Autores, quaſivero tātus, ac talis Ioſue fuerit, vt ei non niſi vna tribus, vnus ſuccedere poſſet exercitus, cum vnus ille agminis inſtar eſſet, vt ſupra ex Chriſoſtomo indicauimus. Sed cur Deus non vnum aliquem ducem ex illa tribu nominat nominatim? Anne locus datur mærori atque inuidiæ, quæ vno cæteris prælato ſolet acrius irritari? Ita Abulenſis infra cap 20.q. 19 Eapropter Chriſtus Dominus de quibuſdam diſcipulis, qui cæteris præferendi erant, cum loqueretur, nullius nomen expreſſit, ſed tātum *ſunt quidam,* inquit, *de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem.* Marci cap. 8 num. 39. Euthymius cap. 37. in Mattheum num. 7 *Horum occultauit nomina, ne cæteros contriſtaret, nam indignos ſe arbitrati doluiſſent ſe deſpici.* Adeo humaniſſimus Dominus honori conſulit, etiam cum nomen occultat: qui vel Iudam proditorem ne deſpici, aut excipi videretur, eodem cum cæteris Apoſtolis æquabat hono-

Dux egregius inſtar agminis eſt *Chryſ.*

Ita vni tribuēdus honor, vt alius non doleat.

Abul c 20. q. 19.

Marc. c 4. n. 31.

Euth. c 37. in Matt. n. 17.

Impiorum famæ cōſulit Deus.

honore. *Sedebitis, & vos super sedes duodecim iudicantes* Matthæi cap 19. num. 28. Idem Euthymius. *Quid ergo Iudas ne etiam sedem habebit, & condẽnabit nequaquam, cõmunis enim facta est promissio ad duodecim discipulos, ne per hoc Iudas in vllo cæteris deterior.*

Matt. c. 19. n. 29. Euth.

2\. Eadem de causa, præter assignatas, Apostolus in Epistola ad Hebræos nomẽ suũ silentio texit, ne pateret inuidiæ, *quia Iudæus erat*, inquit Diuus Thomas; *& domestici non bene sustinent excellentiam suorum*. Ita ergo Deus neminẽ hic sigillatim nominat, ne inuidiæ obijciat, quæ nomen illius, qui sibi præfertur, audire respuit, ac nominare. Vnde fratres Ioseph, tacito illius nomine, somniatorem tantũ nominãt. *Ecce somniator* Geneseos cap. 37 num. 19. Saul de Dauide ita loquitur *Cur nõ venit filius Isai?* 1. Regum cap. 20. num. 27. Iudæi de Christo. *Quis est ille homo?* Ioannes cap. 5. num. 12. *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Ioannes cap. 11. Ne proprio quidem nomine Christum dignati, vbi Chrysostomus, Cyrilus, & apud Maldonatum obseruant. Contra vero Matthæi in eo maxime virtus enituit, quod eos, qui sibi prælati videbantur, nominatim expressit. *Assumpsit IESVS Petrum, & Iacobum, & Ioannem* cap. 17, num. 1. Euthymius *Vide quomodo Matthæus nõ occultauerit illos qui sibi præpositi sunt. Hoc autem, & Ioannes plerisque in locis facit præcipua Petri encomia libenter describens, Apostolorum namque chorus expers erat inuidiæ.*

D. Th. Inuidia in uiij nomen occulit

Gen. c. 37. n. 19. Reg. 1 c 20. n 27 Ioann. c. 5. n. 12 Ioann. 11. n. 47. Chrys Cyril. Mald. D. Mathæus, Matt. c. 17. n. 1. Euth. Apostoli inuidiæ expertes.

3\. Sane quidquid sit de Apostolis, quos iam ignis Spiritus sancti ad purum excoxerat, adeo grauiter ferunt multo quempiam sibi præferri, vt vel sanctis heroibus, ab inuidia Deus timeat. Moysi Septuaginta illos seniores electuro, ait Deus. *Auferam de spiritu tuo, tradamque eis* Numerorum cap. 1. num. 17. Abulẽsis quæst. 43. *Cur non dixit: dabo de spiritu meo? propter honorem Moysis ne alicui inuideret. Qui enim inuidet, vt ait Chrysost. Sibi quidem ignominiam facit.* Qui non inuidet, honorem sibi, opinionemque cõciliat. Vnde cũ Pharisæi, visis Christi miraculis, inuidia rumperentur, vnus tantum illorum Princeps Christum inuitauit, vt domi suæ panem sabbato manducaret Lucæ c. 14. num. 1. Euthymius *Opinionem venari cupiens, quod ipsi non inuideret.* Principem enim pudebat inuidiæ. Hinc vt vel Saul maxime inuidus, inuidus

Sanctis etiam timet Deus ab inuidia. Num. c. 11. n. 17. Abul, q. 43. Ch Qui inuidet ignominiã qui non inuidet opinionẽ sibi conciliat. Luc. c. 14. n. 1 Euth.

dus videri nollet. Cum enim ſpiritu Dei malo, vt videbatur, inuadente, lanceam, vt Dauidem transfigeret, vano ictu contorſiſſet *Fecit eum tribunum ſuper mille viros* 1. Regum cap. 8. num. 13. fingẽs ſe non odio, non inuidia, ſed à Demone agitatum lanceā coniecisse, vt Lyranus aduertit, quaſi minus puderet Demone, quam inuidia correptum videri. Tantum in inuidia dedecoris, & ignominiæ Si ergo intelligeretur nouũ aliquem ſpiritum, vel maiorem quam eſſet in Moyſe, ſenioribus illis attribui, anſam Moyſes haberet inuidiæ atque adeo magni dedecoris, quod ab illo Deus auertit quemadmodum cum illi Aaronem ſocium addidit *Aaron*, inquit, *frater tuus erit propheta tuus* Exodi cap. 7. num. 1 Idem Abulenſis non dixit. *Erit propheta meus, vt intelligeretur; quod eſſet minor eo, ſicut propheta eſt minor Deo*. Itaque vel Moyſi ſanctiſsimo timendũ fuit ne ſiquem ſibi prælatum videret, inuideret. Hic eſt enim lapis veluti Lydius quo auream fratrum ſuorum charitatem probauit Ioſeph, cũ maiorem in conuiuio partẽ Beniamin minimo fratri iuſſit apponi *Maiorque pars venit Beniamin*, Geneſeos cap. 43. num. 34 Benedictus Pereyra ex Lyrano. *Vt exploraret, vtrum inuiderent ei, ægrêque ferrẽt ſibi prælatum eſſe in conuiuio, ſicut inuiderunt ſibi*. Vnde illis tandem ſe videndum præbuit, & agnoſcendum, cum expertus eſt inuidos oculos non habere, neque enim viderent, ſi inuiderent; vt de Iudeis, qui Stephanum Ieſũ videntem videre non poterant, loquitur Auguſtinus Sermone 94 de diuerſis. *Vidit IESVM ſtantem ad dextram Patris, vidit, vt non taceret: non illi videbant, ſed inuidebant, & ideo non videbant, quia inuidebant*. Cautiſsime igitur Deus neminem ex illa tribu nominatim præfert, ac profert vt occaſio tolleretur diſſenſionis, atque inuidiæ, quæ vt ſcribit Hieronymus ad Celantiam, vel maxima, vel ſola ſemina ſunt nocendi.

[Margin: 1. Reg. c. 8 n. 13. — Lyran. — Minus pudet demone, quã inuidia corripi — Exod. c. 7. n. 1 — Abul. — Gen. c. n. 43. 34. — Bened. Pereira — Inuidia cæcat. — Auguſt Serm. 94. — Diſſenſio, & inuidia ſola nocendi ſemina. — Hieron ad Celant.]

Obijcies. At reliquæ tribus tribui Iudæ quæ illis præferebatur, inuiderent? Reſpondetur, facilius vni, quam pluribus inuideri. Cũ Chriſtus Dominus Petro iuſſit inuentum ſtaterem pro vtroque rependere, ſtatim inter diſcipulos orta eſt contentio, quis maior eſſet in regno Cælorum. Mattæi cap. 18 num. 1. *Quia viderant*, inquit Hieronymus *pro Petro, & Domi*

[Margin: 4. Facilius vni, quã pluribus inuidetur — Matth c. 18. n. 1. — Hieron]

Domino idem tributum redditum ex æqualitate prætij arbitrati sūt Petrum omnibus Apostolis esse prælatum. Cum vero cæteris relictis, tres tantum assumpsit, quibus se transfiguratum ostenderet, nulla orta est contentio, nulla inuidia: Chrysostomus hoc loco. *Quando tres illos præferre conspexerunt, nihil tale passi sunt, cum vero ad vnum delatus est honor, tunc nimirum doluerunt*. Ita igitur prælata vniuersa Iudæ tribu sedaretur inuidia cum neminem singillatim constaret. Deinde, quia tribus Iudæ reliquas excessu manifesto superabat, vt mox videbimus, atque adeo extra omnem inuidiæ aleam erat.

Chrys.

5. Quæres cur Iudas reliquis præferatur? Respondetur, primo, quia fortior, & constantior. *Inde catulus leonis* Genèseos cap. 49. num. 8. *Et leo de tribu Iuda* Apocalipsis c. 5. appellatur. *Erat enim fortissimus inter fratres suos* 1. Paralipomenon cap. 5. num. 2. Et vt tradunt Hebræi apud Hieronymum in Oseæ. 11. *Hæc omnium tribuum prima cæteris restitantibus, ac renuentibus mare rubrum ingredi ausa, vnde, & meruit principatum*. Quare prima semper est, & honoris causa seorsim ab alijs nominatur, cū reliquæ tribus confuse, atque aceruatim numerētur, vt notat Caiet. in 2 Reg. cap 2. & Abulens. ad illa verba *Israel, & Iuda habitant in papilionibus* c. 11. n. 11 q. 13. Abulens. *Vnus enim fortis, & constans pro multis censetur*. Inde Moyses dicitur *vir magnus valde in terra Ægypti*. Exodi cap 11 nu. 13. Lyran. Idest *Reuerendus, & timendus propter quod coram Pharaone loquebatur constanter, & sine timore* In Caldeo habetur. *Vir multus*. Constans enim multus est, ac multiplex.

Gen c. 49. n. 8. Apoc. c. 5. 5. Paral. 1. 5. n. 2. Primi in laboribus primos consequuntur honores. Hieron in Os. 11. Caiet. in 2. Reg. c. 2. Abul. c 11. n. 11. q. 13. Constātia parit reuerentiam

6 Idcirco primam in albo Dei, vel etiam vnicam paginam facit, aliorum multitudine prætermissa. Vnde quid quid est sexus masculini á vigesimo anno, & supra, numerari iubet Deus. Numerorum cap. 1. Semota ætate tam immatura, quam pro vectiore, & genere fæmineo vt loquitur Theodoretus q. 1 Quem morem seruauerūt etiam Euangelistæ *Discubuerunt ergo viri quasi quinque millia* Ioannes cap. 6. num. 10. Cur fæminæ, ac pueri, qui plures fortassis erant non recensentur? Cyrillus lib. 3. c. 16. Secutus est vt puto *Euangelista Scriptura consuetudinem, in qua nec fæminæ, nec puer aliquis numeraretur* (citatque dictum Numerorum locum)

Constans primā habet paginā in libr. Dei. Num. c. 1. Theod. q. 1 Ioann. c. 6. n. 10. Cyril. l. 3. c. 16.

ita veritas, atque constantia, quæ nullam habet puerilem ac muliebrem in bonis leuitatem, in libro Dei conscribitur. Et infra. *De viris solum mentionem fecit ænigmatice monens omnibus, qui viriliter probitatem, ac fidem amplectuntur, non imbecillibus, aut mollibus cælestem á saluatore cibum præberi.* Loquitur de Eucharistia, quæ panis Angelorum (in Hebræo fortium) appellatur Psalmo 77. num. 30. vt videre licet apud Genebrardum. Hinc Paulus ad Corinthios. *State inquit in fide, viriliter agi te* cap. 19. num. 13. Ambrosius. *Muliebris enim omnis inconstantia, & varietas indicatur.* Quare indigna quæ in Dei cathalogo reponatur, vbi tantum nomina fortium Dauid reponuntur 2. Regum cap 23. num. 8. Inter quos ipse Dauid fortissimus, constantissimusque describitur, quod tribus viris fortissimis facto per hostes itinere aquam illi optatissimam afferentibus, & offerentibus noluit bibere 2. Regum cap. 23. numer. 16. Glosa Ordinaria ex Angelomo. *Exemplum fortitudinis, & constantiæ militibus præbuit vincens naturam ne biberet* Quod facinus Diuus Ambrosius videndus 1. de Iacob. Et vita beata capit. 1. super illud trium fortissimorum eleganter extollit, quasi maioris fuerit fortitudinis appetitum vincere, quam Philisthinorum exercitum per summum vitæ discrimen, quod illi tres ausi fuerant, perrupisse.

Constantes cibat Deus Eucharistia panis fortiũ. *Ps 77 n. 30. Geneb. ad Corinth. c. 16. n 13.* In cõstantia muliebris. Incõstantia indigna Dei cathalogo. Constãtia in minimi. laudata. *D. Ambros. 1. de Iac. c. 1.* Fortior est, qui se, quam qui exercitũ vincit.

Dices in eo Cathalogo Ioab, cuius nota fortitudo, inter fortes, non recensetur. VgoCardinalis. *Indignus erat, quia in dolo duos viros fortes, & strenuos scilicet Abner, & Amasam occidit.* Neque enim fortitudinis est dolo agere, & occidere: Cæteri non tacentur, maxime qui de tribu Iuda. Imo cum Scriptura non soleat genus mulierum recensere, vt Damascenus, & alij passim docent, matrum regum Iuda nomina commemorat, cum tamen matrum regum Israel nomina sileat. Huius differentiæ causas plures assignat Abulensis quæstione 2 in quartum Regum cap. 14. quibus addere possumus, ideo illarum fieri mentionem, vel quia tam fortes, generososque filios ediderant, vel quia tam constantis, masculæque virtutis erant, vt virorum in numerum, atque album fuerint referendæ. Rarior enim ac pretiosior in hoc

7 *Vgo Card.* Dolus fortitudinem maculat. *Dam.* *Abul. q. 2. in 4. Reg c. 14.* Fortiũ matres fortes habentur.

in hoc sexu constantia. *Mulierem fortem*, in Græco virilē, *quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius*. Prou. 31. num. 10. in Hebræo. *Longinquum ab vnionibus pretium eius, &c.* Quia vt magis explicant Septuaginta, pretiosior est lapidibus pretiosis. Hæc est inuenta vna illa pretiosa Margarita (ita Salmeron tom. 7. tractatu 11. Virginem Beatissimam vocat) seu vt loquitur Diuus Bernardus super missus est homilia 2. *Virgo illa regia gemmis ornata virtutum, quæ quia manum misit ad fortia* idest vt loquitur Carthus. *ad arduissima meruit regnum misericordiæ super genus hominum*. Quæ sola concusso ac luctante orbe *stabat iuxta Crucem* Ioannes 19 nu. 25 de qua Ambrosius in Lucam cap. 23 *Nec Maria minor, quam vt Matrem Christi decebat fugientibus Apostolis ante crucē stabat*. Erant, & illic mulieres quæ secutæ Christum à Galilea Matthæi cap. 24 nu. 49 Chrysostomus. *Quanta illarū constantia est, sequebantur ipsum, ministrantes ei vsque ad pericula. Quare primæ quoque ipsum, cum surrexisset, viderunt, & sexus, qui maxime fuit cōmendatus, primus bonorum contemplatione perfruitur, quod maxime fortitudinem illarum significauit*. Nihil ergo mirum si Iudæ tribus, quæ fortior, & constantior, prima sit, ac reliquis præferatur, & exaltetur quemadmodum, & Iosephus, cui pater benedicens, *sedit*, inquit, *in forti*, seu vt in fortitudine, arcus eius Geneseos cap. 49. num. 24 Caietanus. *Num ex constantia virtutis suæ meruit exaltari à Pharaone*.

Fœmineacō stantia gēmis pretiosior.

Septu.

Salm. tom. 7. tract. 11.

B. Virgo pretiosior Margarita.

D. Ber. ho. 2. sup. missus est.

Carth.

B. Virgo Regina misericordiæ

Ioān. c. 19. n. 25.

D. Ambr. in Luc. c. 23

B. Virginis constātia.

Matth c. 24. n. 49.

Secundo Iudas ideo præfertur, quia cum regia tribus esset, ac posset præferre se, noluit, Petrum Christus præpositurus Ecclesiæ prius explorat, an alijs se præferret. *Diligis me plus his* Ioannes cap. 21 num. 15 Toletus *vt humilitatem eius alijs manifestaret, quod iam cæteris non se præferre, nec comparare ausus esset*. Ita præfertur omnibus, qui ne ouibus quidem se confert. Iosephus cum se præferre, vel per somnium videbatur à fratribus proditus, & subditus est Ægyptijs. Cum vero nulli prætulit, & fratres, & Ægypti regem sibi subdidit Ambrosius in Psalm. 118 *Sciuit sibi ipsi obfuisse, quod prælatus erat fratribus: Etiam pius amor miseriam prælationis inuenit: prælatio armauit fratres, humilitas conciliauit externos: prælatio concitauit germanos, humilitas regem subditum fecit*. Quid Danielem eo gloriæ duxit, vt sub-

Chrys.

Mulierum in Christi Passione constantia.

Ob cōstantiā primæ resurgētem viderunt.

Genes. c. 49. n. 24.

Caiet.

Ioseph. propter cōstātiā exaltatus.

8

Illi præferūtur à Deo qui se nō præferunt.

Ioān. c 21. 15

Tolet.

Propter humilitatē præfertur Petrus. nec per somniū se quisque præferat.

subditū Babiloniæ rex, captiuum dominus adoraret? Animi demissio, qua nunquam se cùm posset, extulerat. Chrysostomus homilia 26 in Epistolam ad Hebræos. *Dauid habebat innumeras sui extollendi occasiones, sed sciebat, quod hæc omnia ei aderant, eo quod non extolleretur*, & á fratribus adoratur iuxta illud: *Adorabunt te filij fratris tui* Geneseos cap. 49 nu. 10. Quod etiam de Christo dixit Ambrosius. *Quanta fecit Dominus audeo dicere, & non flexi ei genu? Sed flexi ei postquam se humiliauit*. Posset quidem Iudas suo quasi iure primatum ascissere, iam inde à paterna benedictione multis nominibus sibi debitum, sed maluit expectare: noluit præripere, ne amitteret. Quod primo parenti contigit de quo Bernardus. Sermone 1. de festo omnium sanctorum. *Quoniam expectare noluit, vt de manu Dei, vnde iam cætera acceperat, perfectionē quoque beatitudinis mereretur; sed præripere illam serpentis consilio attentauit, per hoc paradisum perdidit.* Et quod in eo Iudas leonem se generosum probauit, quod nec augebatur, nec angebatur imperandi cupiditate *Requiescens occubuisti, vt leo* Geneseos capit. 49. num. 9. Caietan *Ad commendandum regnum Iuda, quod non augebatur cupiditate propagandi imperium, sed quantum in eo erat quiescebat*. Dauidem intelligit, de quo Ambrosius Apologia prima pro Dauid cap. 6 *Dauid debitum sibi imperium diu distulit, quod sciebat Dei authore deberi, docens non præripiendum regnum, etiam si debeatur, sed expectandum, vt suo tempore deferatur* Ita hic Leo Iuda, cuius catulus Dauid, quieuit ab ambitione scilicet, quam inquietum, & inquietans malum, imo crucem vocat Bernardus 3. de considera- tione. *O ambitio*, inquit, *ambientium crux quodammodo omnes torquens omnibus places? Nihil acerbius cruciat, nihil molestius inquietat.*

Chrys. h 26 in Ep. ad Heb.

Genes. 49. n. 10.

Christus ideo adoratur, quia humilis.

Res amittimus, cū eas præripimus

D. Ber. Serm. 1

Generosus, qui regnū nō ambit.

Ge 49 n 9.

Caiet.

Ambr. apolog. 1. pro Dauid c 6

Imperiū nō præripiendum & si debeatur.

Ambitio malum inquietū.

Ambitio crux ambiētium.

Tertio præfertur hæc tribus quia sanctior ac religiosior: Hæc enim prima Deū sāctificauit iuxta illud. *Facta est Iuda sanctificatio eius* Psalm. 113. num. 2 vt aliqui legunt, & explicant apud Genebrardum Hæc tribus in dedicatione tabernaculi prima obtulit oblationem Num cap. 7. num 12. Hæc sanctior, hæc Dei partes neglectas à cæteris semper secuta *Iudas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis fidelis* Ozeæ cap. 11. numer. 12. vt ibi Ribei-

9. Sanctitas omnibus præferenda.

Ps. 113 n. 2. Geneb.

Num. c. n 12

Fidelitas erga Deū neglectum on

ra interpretatur, cui propterea dictum à Iacob. *Ad prædam fili mi ascendisti* Geneseos cap. 49. nu. 9. Septuaginta. *Ex germine fili mi ascendisti*, quia vt explicat Benedictus Pereira. *Nihil degenerauit à maioribus suis, sed dictis, & factis ostendit se ex sanctorum stirpe generatum.* Vbi aduerto Iacob, cum filijs benediceret, solum Iudam, atque Iosephū semel, & iterum filios appellasse: quasi in sanctioribus tantummodo filijs se parentem agnouerit.

Genes. 49. 9. Septu. Bened. Pereir. E filiorum factis parentum sanctitas esse ditur. Pater so lū in filijs sanctis gloriandus

Itaque Iudas eximias ob virtutes, Ruben etiam, qui primogenitus erat post habito, semper præfertur, vt sciamus, non tam naturæ, quam virtutis dotibus primatum deferri Quod ex pluribus licet discere primogenitis. *Fuit Abel pastor ouium, & Cain Agricola.* Geneseos cap. 4. n. 2. Cum ante generatus sit Cain. Cur Abel præfertur, hoc loco. Ambrosius de Abel, & Cain cap. 3. *Vbi exprimitur disciplina viuendi seniori iunior antefertur, quia etiam si tẽpore iunior, virtute præstantior.* Sic, & Ismael domo eijcitur, quia ludebat cum Isac, siue persequebatur eum. Ad Galatas c. 4. n. 29. Sed quænam huiusmodi persecutio. Hieronymus *scurrilem eam, & le*

10. Primatus non annis, sed virtutibus deferẽdus.

Gen. 4. n. 2. Ambr. de Abel c. 3. Seniori præfertur, quia virtute præstantior.

Ambitio insi diosa.

uem, sicut ipse erat. facere cupiebat, ne illi posset in hereditate præferri; ac si is tantum præferendus esset, qui morum maturitate præiret. Quid profuit Esau natum primum esse si moribus erat Iacobo posterior. *Ille enim* vt loquitur Chrysostomus in Genesim homilia 53. *Et ob ætatem, & ob primogenituram, & ob patris erga se affectionem primatum se habere putans, simul destitutus omnibus inuentus est, quia quæ in erant, afferre noluit; hic autem quia domestica erat virtute præditus, etiam inuito patre benedictionem arripit.* Non tamen inuita bona matre. *quæ* vt addit Ambrosius Epistola 5. *Non filium filio, sed impigrum otioso prætulit, fidelem infido.* Hos omnes Procopius in 1. Isaiæ paucis cõplectitur. *Ne superbiant*, inquit *Iudæi, cum illud, Filius primogenitus meus audiant Cum sit, & Cain primogenitus, sed maledictus. Abel autem affectus honore: & Ismael primogenitus, sed non hæres, & Esau quoque primogenitus, sed odio habitus. Ruben etiam primogenitus, sed reiectus, & Iudas promissione Christi honoratus.*

Præfertur, qui moribus præit.

Chrys. in Gen. hom. 53. Omnibus deseritur, qui virtute destituitur.

Ambr. Epist. 5. Bonæ matres natos diligũt sanctiores.

Vltimò, quia ex hac tribu Christus erat nasciturus: Idcirco prima omnium plerumque ponitur. *Ex tribu Iuda duodecim millia signati* Apocalipsis cap. 7. num. 5. vt ibi

12.

Tribus Iuda ho notat. quia ex ea Christus nasciturus Nu. 2. c. 3. Theod. q. 3.

ibi Ribeira ex Beda, & alijs animaduertit Iudam, & fratres eius Matthæi cap. 1. nu. 2. vt notat Euthym. Ea de causa prima iubetur ad Orientē castrametari. *Ad Orientem Iudas figet tentoria.* Numerorum cap. 2 num. 3. Theodoret. quæst. 3 *Iustissima de causa concesserunt Iudæ plagam Orientalem, quoniam de ipso Christo Domino diuini vates inclamant. Ecce vir Oriens nomen eius.*

Vexillum Iudæ spei symbolum.

Ideoque fortassis viridis coloris, qui spei simbolum est, præferebatur vexillū depicto leone hieroglyphico illius, qui ea de tribu nasciturus expectabatur. Leo in quam non hominum vorator, sed saluator, vt loquitur Cyrillus Cathechesi 50. *Non mutans suæ naturæ mansuetudinem sed tanquam leo fortis de tribu Iuda seruans quidem credentes, conculcans autem aduersariū.*

Leo stēma tribus Iudæ. Cyril. Cath. 10. Christus leo credentes defendit, aduersarios conculcat.

Huius muneris, ac doni spe pascebatur, donec veniret, qui mittendus erat, Geneseos cap 49. num. 10. seu vt alij legunt apud Caietanum *Vsquequo veniet munus ei*. Sic enim Deus dilexit hanc tribum, vt ei peculiarius filium suum vnigenitum daret: Quare merito nascituri leonis stēmate nobilitatur, ac sanguine.

12. Quæ tanta gloria fuit, tanta nobilitas, vt vel duo gemelli infantes Zaram, & Phares iam inde ab vtero contendere viderentur Geneseos cap. 38. Vter primogenitus, & Christi parens futurus esset, vt loquitur Maldonatus ad illa verba Matthæi. *Phares, & Zaram de Thamar* numer. 3. Ipse Iacob eorum auus, quem lapidem nō mouit, vt Christi parens esse mereretur, nobilis ac diues, alioqui adolescens in eas se spontaneæ paupertatis redegit angustias, vt baculo Iordanem transiret, & lapidi cap. dormiturus imponeret. Qua spe? vt habitu pauperis Christi consanguinitatem emendicaret. Rupertus lib. 3. in Geneseos cap. 21. *Fide paterna expectans, quod de semine suo salus mundi, & omnium gentium benedictio nasceretur. O profugum cælestis asylli protectione dignum, qui sola fide, absque scripturarum lectione doctus erat, quod ad possidendum benedictionis hæreditatem, ad seminandam beati seminis expectationem, non pompatice, sed humiliter, & conscientia supplici ingrediendum erat.* Humiles enim ac pauperes Christus, & natus voluit, & nasciturus. Inde est, quod pastoribus primum se videndum offert *Hoc vobis signum.* Lucæ cap. 2. nu. 12.

Zaram, & Phares cōtendūt, quis parens Christi futurus sit.

Iacob habitu pauperi, Christi consanguinitatem mendicat.

Rup. l. 3. in Gen. c. 21.

Paupertas, & humilitas consanguineos Deo facit.

Luc c. 2. 12

Aug. Augustinus *Vobis inquam pauperibus*. Cyprianus de Natiui tate *Electa est humilium personarum simplicitas, vt poneretur regula quod non nisi pauperibus spiritu Christi pateret humanitas, nec superbos ad intuitum sui posset admittere.*

Cypr. de Natiuit.

Paupe ribus patet Chris tus, nō superb:

13.

Iure ergo Iacob cognationem ambiens totis illam eruit diuitijs paupertatis; neque enim aliter posset sanguinem miscere cum Deo, qui pauperes gloriatur habere propinquos, propterea que propinquus illorum dicitur. *Ne attingas paruulorum terminos, propinquus enim illorum fortis.* Prouerbiorum 23. Septuaginta. *Qui enim redimit eos Dominus validus est*, idest *consanguineus*, vt Iansenius interpretatur. Quid prius miror, Deum paupertatis titulos ambientem an superbam, vt ita dixerim, Dei sanguine paupertatem? Nobilis re vera titulus paupertatis, vt loquitur Bernardus Epistola 2;,q æChristi sanguine no bilitatur.

Deus paupe res glo riatur habere propin quos.

Prou. 23. Sept. Lans.

Deus paupertatis ti tulos ambit. Paupertas Christi san guine nobilitatur.

Ezechias sanctissimus rex quas lacrimas non profudit, vt Christum sanguinis propinquitate contingeret. *Fleuit Ezechias fletu magno.* 4 Regum capit 20. numer. 4. Non tam quod moreretur, sed quod Christi successione fraudaretur: *pulsabat enim*, inquit Caietanus ex *regali illa linea nasciturum promissum Abrahæ, & Dauidi Messiam, & valde tristabatur, quod ipse ex cluderetur ab hac genealogia, qui vere erat filius Dauidis non solum genere, sed imitatione*. Votis, ac fletibus Deus annuit. *Audiui*, inquit Deus, *orationem tuam, & vidi lacrimam tuam* ibidem numeró 5. Ita lacryma sanguinem Christi, ac genus extorsit. Quemadmodum, & Dauid cuius lacrymis irrigata virga illa de radice Iesse florem parturijt: *Lauabo*, inquit, *per singulas noctes lectum meum*, virgam meam posset quis legere ex Hebræo Psalmorum 6. numero septimo. Ambrosius. *Ideo tantam gratiam meruit, vt ex eius familia virgo eli geretur, quæ nobis partu proprio Christum ederet*. At idem quoniam doluit, quoniam timuit, vt peccato illo suo Christi aduentus impediretur, vt docet Ambrosius capitul. tert. ad Romanos. *Ignobilem, atque inutilem duceret sanguinem suum, nisi Christi sanguine iungeretur. Quæ vtilitas*, inquit, *in sanguine meo, dum descendo in corruptionem.* Psalmo. 29. numero decimo.

14.

4. Reg. 20.4.

Christi consan guinitas multum optata Regibus Israel.

4. Reg 20.5. Vna lacryma Christi meruit consan guinitatem.

Ps. 6. Ambr. Lacrymarum vis.

Ambr. 3. ad Rom. Tota Dauidis nobilitas in Christi consanguinitate.

Ps. 29 10.

Quæ

Caiet. Maximũ ſupplicium Christi generatione priuari. 2. Reg. c. 12. 16.

Quæ verba Caietanus intelligit de pæna, quam Deus illi per Nathan fuerat interminatus. *Non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum.* 2 Regum cap 12. num. 10. *In qua pæna*, inquit Caietanus *clauditur priuatio generationis Meſsiæ ex domo Dauid, & intendit proponere Deo, quod ſi pæna huiuſmodi haberet locum, ad nihil eſſet vtilis progenies ſua.* Vbi aduertendum quam nobilis ſit Christi naſcentis humilitas cum Regiam ſtirpem ſic nobilitet, ac venuſtet, quæ ſi ab eſſet omnis illa regum progenies ignobilis informis, inutilis, atque omnis eſſet trunca nobilitas. Quod pene contigit tempore Natiuitatis iuxta illud Iſaiæ. *Egredietur virga de radice Ieſſe* cap. 11. num 1. apud Hieronym. *de trunco Ieſſe Erat enim*, inquit Procopius, *tribus ipſa, illaque adeo, vnde Christus prodijt familia non minus, quam truncus aliquis ramorum honore ſpoliatus.* Vide Hieronymum in locũ Iſaiæ citatum. Itaque quidquid floris quidquid honoris Iudæ tribus, atque genus habet humanum, totum id debet Christi naſcentis humilitati. *Egredietur virga. Virgulam* transſtulit Aquila, *vt Christi* addit Procopius *in carne ſubmiſsionem, & abiectionẽ ſignificaret.* Vt enim ait Auguſtinus Sermone 1. de Natiuitate. *Tantum te preſſit humana ſuperbia, vt te non poſſet niſi humilitas ſubleuare diuina.*

Christi naſcentis humilitas regiam ſtirpem nobilitat.

Iſai. 11 n. 1. Hier.

Proc.

Christi humilitas flos Ieſſe.

Aquil. Proc.

Aug. Serm. de Nat.

15. Humanæ ſuperbiæ damna reſarcit diuina humilitas.

Sed in eadem virga humili licet, & abiecta regiam licet agnoſcere dignitatem. Idem Procopius. *Virgæ nomine, eius, de quo vaticinium eſt, dignitas ſignificatur, quia regiæ maieſtatis ſimbolum virga continet.* Quid enim non regiũ, quid non ſublime in illo puero, cuius principatus ſuper humerum eius cui præſepe tronus, palea ſceptrum, purpura panni, ſpelunca palatium Bethlem Metropolis, vt dicitur á Nazianzeno oratione 9. Cyprianus. *Tale elegit fabricator mundi hoſpitium, huiuſmodi habuit delicias ſacræ Virginis puerperium, pãniculi pro purpura, pro byſſo in ornatu regio laciniæ congeruntur*, in his enim pãnis complacet ſibi his ſericis delectatur inuolui, vt loquitur Bernardus Sermone 1. in vigilia Natiuitatis Salmeron tom. 3. tract. 34. *Noluit palatium ſuperbum, & magnificum, à quo honoraretur, ſed ſtabulum quod honoraret* Ita egreſſus eſt vt virga, ſiue vt ſceptrum, quia puer is totus ſceptrum, totus decor mundi eſt Ambroſius 3. de Offitijs cap. 4. *Virga eſt verbum directum regale*

In ipſa humilitate Chriſtus rex dignoſcitur. Christi natiuitas,

Pauperitas præſepij.

Bern. Serm. 1. in vig. Salm. t. 3. tr. 34.

Puer in præſepio orbis ſceptrũ, & decor.

 plenũ

16.

plenum potestatis, insigne imperij.

Quid vilius, quid humilius spelunca? Hæc tamen, vbi amore imaginis suæ coactus in infantem vagijt in illa Deus, vt loquitur Zeno Veronensis quam excelsa fuit, quam gloriosa? Eius vmbram captasse videtur Isaias cum ait *Vmbra petræ prominentis in terra deserta* cap. 32. nu. 2 In Hebræo *Quasi vmbra rupis magnæ*, idest, *honoratæ, gloriosæ, grauis diuitijs, & honore* vt videre est apud Forerium, & cap. 33. num. 16. *Iste in excelsis habitabit, monimenta saxorum sublimitas eius.* Septuaginta. *Hic habitabit in excelsa spelunca* Excelsa nimirum propter nasciturі regis gloriam, ac decorem, subditur enim *Regem in decore suo videbunt.* Tūc enim in decore suo visus est cum in spelunca, humanitatis diademate coronatus, apparuit. Cuius in typum Dauid in spelunca Odolam cōuenientibus illuc, *qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, factus est eorum princeps.* 1. Regum cap. 22. num. 2. Hanc enim etiā ob causam Dauidis sedes Christi regnum adumbrasse dicitur iuxta illud: *Et dabit illi Deus sedem Dauid Patris eius.* Lucæ cap 1. num 32. Quia in spelunca imperium auspicatus, vt videre est apud Salmeron tomo 3. tractatu 6. Quare gratias Deo agens. *In petra*, inquit, *exaltasti me* Ps. 60. num. 2. Qui Psalmus de promissione Messiæ regis, vt Autor est Caietanus intelligendus est; quasi in petra exaltatus sit Christus cum in spelunca natus rex Iudæorum. Vnde Caietanus Idem legit. *In petra, quæ eleuabitur, nomine scilicet, & fama.* Quibus apte cōcinūt supradicta, vt ex Isaia. *Habitabit in excelsa spelunca.* Vbi, & Leo Castrensis ex Hebræo. *Retia saxorum sublimitas eius.* Saxa enim speluncæ arcte tegentis infantē sed illius decorata fulgore sic corda illexerant, sic animos irretiuerant, vt *ornamenta quæ deerant* (Cypriani nota sunt verba) *etiam si adessent. nō haberent occultos inspectores.*

Spelunca excelsa. Pueri vagitibus

Isai. c. 32. n. 2

Laudes rupis Bethlemiticæ. *Forer. Isai. 1. 33. nu. 16.*

Christi decor est humanitatis diadema.

Spelunca Odolam Bethlemiticam adumbrat.

Luc. 1. n. 32.

In spelunca. Christus auspicatur imperium.

Christus in petra exaltatus, cū in spelunca natus.

Leo Castr. Saxa præsepij retia.

17.

Eandem ob causam Palestinam opinor à Moyse vocari terram excelsam. *Constituit eum super excelsam terram:* Deuteronomij cap. 32. num. 13. Non tam quia montibus ardua, situque sublimis, quā quia hospitio Dei in ea nasciturі futura sublimior. Sic enim Capharnaum, in qua frequenter versatus est Christus ad Cælum dicitur exaltata. *Et tu Capharnaum nūquid vsque in Cælum exaltaberis.*

Deu. 32. n. 13. Palestina hospitio Dei sublimis.

Mat-

Matth. 11.23. Matthæi cap 11. num. 13. seu vt est in alio exemplari. *Et tu Capharnaum, quæ vsque in Cælum exaltata es. Hieronymus exaltata vsque ad Cælum meo hospitio.* Quanto proprius cælum attingeret illa terra, quæ Deum prima nascentẽ excepit, vagientem adijt, ac vere patria illius fuit? Certe in Christi Natiuitate terra iũcta est cælo, ac terræ cælũ iuxta illud Iacobi vaticiniũ *donec veniret desiderium collium æternorum* Geneseos cap. 49. num. 26. Hugo Cardinalis legit ex Hæbreo. *Donec iungãtur colles Cælo.* Quibus verbis licet aliter illa explanet, viã ad hũc sensum aperiunt illa eiusdem Iacobi. *Terribilis est locus iste: Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta Celi* Geneseos cap. 28. num. 17. Rupertus lib. 7. in Genesim cap. 23 *Per humanitatem Christi aperta est porta cæli, & cælestia iuncta sunt terrenis.* Hoc enim præuidit cum *vidit schalam stantem super terram, & cacumen illius tãgens Cælum.* Num. 12. Idem Rupertus cap. 22. *Tali figura præuidit sibi innixum Dominum generationem suam, idest de se incarnatum habituram, per quam cælos attingeret.* Eoque alludens Zeno Veronensis Sermone 1. de Natiuitate. *Exultate, inquit, fœminæ promotionẽ quæ vestri Sexus agnoscite. Culpa deleta veteri, ecce per vos iungitur cælo* Et Bernardus Sermone 3. in vigiliam Natiuitatis. *Nihil Deo sublimius, nihil vilius limo, & tamen tanta dignatione Deus descendit in limum, tanta dignitate limus ascendit ad Deum, vt quidquid in eo Deus fecit, limus fecisse credatur.* Dicta sufficiant, vt intelligatur, quo iure Deus tribum Iudæ, quia ex ea nasciturus supra cæteras, vt ita dixerim exaltauit, cum speluncam, ac terram ipsam in qua, & de qua natus vsque ad cælum exaltauit. Hæc in gratiam temporis natalitij fusius, quam erat in animo, breuiori deinceps calle pergendum, ac festinãdum presertim libri finem spectantibus.

[Margin: Terra Christi hospitio cælum. — In Christi natiuitate terra cælo iuncta. — *Genes. 49. 26 Hug. Card.* — *Gen. 28 n. 17. Rup. l. 7 in Gen c. 23.* Christi humanitas cæli portam aperuit. — *Genes. 12. Rup. c. 22.* — *Zeno Ser. 1. de Natiuitat.* — Fæmineus sexus Christi ortu excelsus. — Descensus Dei in limũ ascẽsus limi ad Deum.]

Et ait Iudas Simeoni fratri suo, ascẽde mecũ in sortem meã. Vers. 3.

TRibus scilicet tribui, ait, vt explicat interlinealis, neque enim priuatus quispiam, sed tribus vniuersa belli vocatur in societatẽ, vt. patet ex ipso contextu; sed cur Simeonẽ potius fratrẽ appellat, quam aliam tribũ?

[Margin: 1. *Interl.*]

Omnes quidem tribus vno progenitæ à parente fratres dici consueuere, vt Scripturam legentibus obuiam erit. Hic tamen Iudas, & Simeō fratres peculiarius nuncupātur, ob arctius amoris vinculum,& auxiliares operas, quas sibi mutuo præstitere, neque enim fratrem sanguis tantūmodo, sed amor præcipue efficit, atque opera veri, germanique amoris indicia Ita Simon, acLeui fratres Dinæ vocantur Geneseos cap. 34. num. 25 ac si fratres alios haberet nullos, quia plura erga sororem amoris præbuerant argumenta,dum eius honori præ cæris fratribus audentius consulunt, iniuriamque propulsant vt in eo capite videre licet. Ita hic Abulensis q. 5. & Exodi 15,quæst.6. *Fratres*, inquit,*dicuntur,quia pro ea specialiter laborauerunt*. Itaque duo tantum fratres, cum plures fuerint. Dina dicitur habuisse,quia duorum tantum beneuolentiam operibus experta est. Eandem ob causā Maria dicitur soror Aaronis tantum, cum esset, & Moysis. *Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum* Exod, cap. 15 num. 20. Lyranus. *Cur non dicitur soror Moysi sicut & soror Aaron: quia Aaron ostendit se multum pro ea zelare, quādo fuit percussa lepra, vt habetur,* Numerorum 12. Vide etiam citatum Abulensem. Non absimili loquendi formula dicuntur proximi qui de aliquo benemerentur. Quo sensu Dauid misit dona de præda senioribus Iudæ proximis suis 1 Regum cap. 30. num. 26. Abulensis quæst. 19 *Vocantur proximi, quia benefecerant ei*, vt enim ait Ambrosius libro de viduis. *Proximus est, qui misericordiam facit, non sanguinis necessitudo, sed virtutis cognatio facit proximos.* Cōtra vero fratres dici nequeunt, qui licet sanguine sint tales, se amore ac re ipsa nō exhibent. Inde sponsa fratres suos, non fratres, sed quasi alienos matris filios vocat. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me*. Canticorum cap. 1. num. 5. fraterno nomine indignos iudicans, qui fraternum sanguinem hostili violauerant opere, alieno negauerunt animo. *Propterea non dicit fratres*, inquit Bernardus Sermone 29 in Cantica Hic etiam Iacob obuiā præcedens Esau, Dominum maluit appellare, quam fratrem, quia adhuc de fraterno animo dubitabat vtrum antiquum illud retineret suum. *Præcedat*, inquit, *Dominus*

Verum fratrem efficit amor, non sāguis.

Genes. 34. 25.

Ille verus frater, qui fratris honori cōsulit.

Abul. q 5 & Exod. q. 6.

Exod. Lyran.

Bona ōpera fraternitatis indicia.

Proximi dicūtur ex bonis operibus.

1. Reg. 30. 26 Abul. q. 19. Amb. lib. de Viduis.

Cant. 1 n. 5. Indigni fraterno nomine, qui fratres nō diligūt.

Bern. Ser 29 in Cāt.

nus meus ante ſeruum ſuum, & ego ſequar. Geneſeos cap. 33. num. 14. Lyppomanus, *Perſeuerat vocare Dominum, & nunquam fratrē, ſortaſſis enim ex integro non fidebat.* Et Dauid Zipheos, cum tribu, & cognatione fratres eſſent, vt narrat Caietanus, alienos vocat, quia ipſum prodiderant vna cum Saule perſecuti. *Filij alieni inſurrexerunt aduerſum me.* Pſalm. 55 num 4. Ideſt. *Extranei, alienigenæ, imo barbari,* vt explicat Genebrardus. Parū enim homines, quia mali fratres, vt loquitur Tertulianus in Apologetico cap. 39. *Sunt enim,* inquit Niſſenus in vita Moyſis *nonnulli fratres, amici, proximi, qui quaſi alieni, ita inimici nobis aduerſantur:* Qualis Ioab, qui Amaſiam fratris nomine ſalutans interimit. *Salue mi frater* 2 Regum cap. 20. num. 9. *Fratrem te vocat, & quaſi hoſtē te occidit, vt aliud agens,* loquitur Chriſoſtomus Sermone de fide, & lege naturæ. De quibus Deus per Iſaiam. *Dixerunt Fratres veſtri odientes vos, & abijcientes propter nomen meum* cap. 66 num 5. Hieronymus. *Multi fratres vocant, & in corde non retinent charitatem, ergo dicere* (concludit inferius) *non ſermone, qui facilis eſt, ſed affectu, & operibus comprobatur.*

Gen. 33 n. 14.

Frater proditor barbarus, & alienigena.

Pſ. 53. n. 4.

Geneb.

Fratres mali parum homines ſunt.

Niſ. in vita Moyſis.

Verba fratrem vocant. Opera hoſtem

2. Reg. 20 n. 9

Chryſ. Ser. de Fide.

Iſai. 66 n. 5.

Multi fratres vocant ore tenus.

2. Iudas ergo Simeonem potiore iure fratrem vocat, quia non verbo, nec ſanguine tenus, ſed re, atque omni officij genere fratris nomen impleuerat, cum illum intra ſuæ hæreditatis ſortem, ſinū que recepit. Ioſue, 19. Quod non leue fuit argumentum animi fraterni, cuius vinculum hæreditas, qua fraternitatem ſolet dirimere, nō diſſoluit; quod in Chriſtianis maxime comendat Tertulianus in Apologetico cap. 39. *Nulla,* inquit, *de noſtra fraternitate tragedia exclamat, vel quia ex ſubſtantia familiari fratres ſumus, quæ penes vos fere dirimit fraternitatem.* Contra quem prodigus ille filius, cuius animum à Patre diuiſit, & fratre diuiſa ſubſtantia Lucæ cap. 15. Chriſologus Sermone 1. *Facultates,* inquit, *vnitatem ſcindunt, fraternitatem ſeparant, cognationem ſpargunt, parentum perdunt, & violant charitatem.* Non ita Iudas & Simeon, vtrumque eadem cæpit hereditas. Ille huic partem ſortis, hic illi ſuppetias tulit; alter igitur alteri, non verbo ſolum, ſed animo, & re, vel vt loquitur Ambroſius Luc 18. *Foris, intraque frater.*

Ioſ. 19

Hæreditates fratres diſſociant.

Tert. in Apol. c. 39.

Prodigum à fratre diuiſit diuiſa ſubſtantia.

Diuitiarum vitia.

Ambr. Luc. 18

3. Fratres etiam dicuntur ob viciniam quod proprius ad lit.

Fratres in Scriptura ob viciniá dicútur

ad literam accedit. & Abulensi, Seratio, alijsque plus probatur. Simeon enim in Iudæ viciniam comigrauerat, *fuitque hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Iudæ.* Iosue cap. 19 num. 1 Quare vtriusque intererat belli societatem inire, cum ob viciniam comodius possent in vicem se iuuare, hostesque vtrique imminentes delere: Neque nouum, aut insolens est vicinos appellari fratres, nam Laban assumptis fratribus, persecutus est Iacob Geneseos cap. 31. num. 23. idest vicinis, vt explicat Lippomanus, & vicinia fraterni cuiusdam amoris est conciliatrix. Ideo Benjamin dicitur amantissimus Domini, & inter illius humeros requiescere Deuteronomij cap. 33. n. 12. Quia templo vicinior cuius vtroque latere habitabat Vnde Oleaster. *Si vicinus*, inquit, *vicinum iuuat, solatur, malestum protegit à periculis, quãto magis Deus.* Vnde fit, vt (quemadmodum loquitur Ambrosius 1. Officiorum cap. 34.) Vicinum quis interdum magis, quam fratrem adiuuerit: Quoniam. & Salomon dicit *Melior est vicinus in proximo, quam frater longe habitans.* Id expertus Abraham cum, Loth fratre (vt ipse vocat) aliorsum discedente habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Escol, & fratris Abneth; *hi enim pepigerant fædus cum Abraham* Geneseos cap. 14. num 13. Nam cum in ea regione ne passũ quidem pedis possideret, vicinorum tamen amicitiam, quo pacto, vel pretio comparauit? Maiores diuitias, feliciorem que possessionem existimans viciniæ beneuolentiam, vt videre est apud Lippomanum. Ita Iudas fratris viciniam maluit, quam hæreditatis terminos ampliores, cum, vt fratres reciperet, angustiores in terminos se collegit.

Iosf. 19 n. 1.

Vicini se inuicem iuuare debent.

Genes. 31. 23.

Lypp.

Vicinia fraterni amoris conciliatrix

Deut. 33. 12.

Téplorum vicinitas Deo grata.

Melior vicinus Deus.

Amb. 1 Offic. c. 34.

Vicinus charior fratre.

Genes. 14. 13

Maxima diuitiæ vicinorum amicitia.

Fratris vicinia ditior hæreditate.

4

Hinc iam licet Iudæ virtutem, atque indolem admirari, quia cum inuidus sit vicinorũ oculus, vt est in prouerbio, Simeoni communionem adeo non inuidit, vt vltro vocarit in societatem spoliorum, & gloriæ, ne solus ijs perfrueretur, hoc enim fraterni amoris est, bona sua, gloriamque communicare cum alijs, atque eo maiorẽ credere, quo socios eiusdem plures habuerit, quemadmodum Christus Dominus cum dicebat. *Ascẽdo ad Patrem meum, & patrem vestrum* Ioannes cap. 20. nu. 17. Cyprianus Sermone de Ascen-

Bona indoles inuidia nõ tangitur.

Vicinorũ oculus inuidus

Fraternus amor bona communicat,

Gloria eo maior, quo communicatior

Ioã. 20. n. 17.

Aſcenti one. *Hoc gloria vnigeniti, dilecti acumulat quod beatitudini ſua non patitur eſſe ſolitariā magnitudinem; ſed adſit, fratres, non qui minuant quaſi in plures diuiſam excellentiam, ſed qui altitudinem diuitiarum eius exornent participes, & conſortes.* Et Ambroſius in Pſalmo 118. *Viſitatos maieſtatis tua conſortijs honoraſti dicens. Narrabo nomen tuū fratribus meis: ſuſcepto enim corpore factus eſt frater, nec Dominus eſſe deſiſtit.*

Optat Deus gloriæ, ſuæ ſocios. Sancti Chriſti excellētiā exornant. Chriſtus fratris nomine gloriatur.

5. Ipſe Chriſtus, cum dediſſet diſcipulis *poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcerent eos, Et curarent omnem langorē* Matthæi cap. 10. num. 1. *Tranſijt inde, vt doceret, & prædicaret in Ciuitatibus eorum* cap. 11. n. 1. Ne ſolus miracula facere, aut turbam ad ſe omnem allicere videretur. Theophilatus. *Miſsis diſcipulis, ipſe ceſſat facere miracula, & ſolum docebat in ſinagogis: nam ſi ipſe præſens curaſſet, nulli tunc acceſsiſſent diſcipulos: vt igitur, & illi habeant locum ſanandi ipſe progreſſus eſt. Quia nimirum* vt loquitur Bernardus Epiſtola 23. *cum ſit mirabilis in maieſtate ſua, etiā in ſanctis ſuis glorioſus apparere dignatur, ne ſolus habeat gloriam.* Eandem ſociandi, & regni, & gloriæ voluntatē ſignificat illis verbis. *Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim* Matth. cap. 19 num. 28. Chryſoſtomus ideſt *conregnabitis ſcilicet, & illius gloriæ participatione fruemini.* Vnde Chryſologus ſermone 23. ad illa verba: *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Lucæ cap. 12. num. 32. Exclamat in hunc modum. *Bonitas effuſa, ineffabilis affectio in ſocietate cenſus, paſtor oues aſſumit, atque ad conſortium dominationis ſeruos Dominus aſciſcit, ad participatum regni rex gregē populi totius admittit: Sic ſic dat, cui deficere ca ſus, cui regnum minui, vacuari poteſtas non poteſt largiendo.*

Matth. 10. n. 4. Vult Chriſtus ſocios in miraculis. D. Ber. Ep. 23. Nō vult Chriſtus ſolus eſſe glorioſus. Matth 19. 28. Chryſ. Regni ſocios Chriſtus affectat. Chryſolog. Ser. 23 Luc. 12 n 32. Chriſti poteſtas conſortis amans.

6 Idem videre licet in ſanctis hominibus, quos inter Daniel, poſtulauit à rege, & conſtituit ſuper opera prouinciæ Babilonis Sidrach. Miſſach. & Abdenago Daniel cap. 2. num. 48. Theodoretus *Hic honore ſolus perfrui nō ſuſtinuit Propheta, verum precum ſocios honoris etiam ſibi ſocios aſciuit.* Et Dauid cum ait. *Me expectant iuſti donec retribuas mihi* Pſalmo 141. num. 9 Ex Hebreo. *In me coronabuntur iuſti.* Caietanus. *Tunc non ſolum coronabor ſed in me coronabuntur iuſti*: Et Abraham, de quo Chryſologus ſermone 121. *Parum ſe beatum credidit ſi in ipſa ſuperna gloria ab hoſpitalitatis pio ceſſaret officio, & ſolus donis frueretur, diuinis, qui hic humana bona*

Dan. 2 n 48. Theod. Doloris ſocij ſocij honoris habendi Pſ. 141 n. 9. Caiet. Hoſpitalitas beatitudinis Abrahami cōplemētum.

bona crudelem se credidit cuiquam si negaret. Ac denique Moyses, cui gloria fuit Iosue gloriæ habere participem. *Dabis ei partem gloriæ tuæ*. Numerorum cap. 27. num. 20. idest, vt explicat Augustinus *facies eum socium gloriæ tuæ*. Neque enim gloria communicata minuitur, sed augetur. Vnde Cassiodorus 10. variarum c. 21. ad Theodoram Augustam *Quid enim*, inquit, *gratius, quam si vestra gloriæ videatur charitatis participatione sociari, vt quia vos abunde fulgetis, nobis libenter de proprio splendore impertiamini, cum damnum non est lumini alteri de sua claritate largiri*. Bernardus Epistola 103. præsulem quendam alloquens. *Quam beatitudinem*, inquit, *non inuidens tibi, nec communicata tibi, nobis minuitur, nec nostri proinde termini restringuntur si & tu regnaueris*. Quænam vero inuidiæ causa post esse vbi sortium magnitudini, consortium multitudo nihil detrahit?

Glorię socius illam auget. Num. 27. 20. Aug. Cassi. 10. var. c. 21. Lumē cōmunicatū augetur. D. Ber. Ep. 103.

Contra vero superbus, aut inuidus solitudinem amat consortis impatiens. Vnde errare dicuntur in solitudine. *Errauerunt in solitudine* Psalmo 106. num. 4. D. Bernardus sermone de fallacia præsentis vitæ. *Solitudo hæc superborum est, quia solos se reputant, solos appetunt reputari: literatus est, odit socium, astutus negotijs secularibus, neminem vellet sibi similem inueniri, pecuniosus est, si ditescere viderit alterum cruciatur: fortis est, aut formosus, dari parem contabescit: solitarius est sed erroneus. errat in solitudine sua*. In qua errare visus, & Petrus, cum nesciens, quid diceret. *Domine*, inquit, *bonū est nos hic esse* Matthæi cap. 17. Abulensis quæst. 72. *Errauit Petrus, quia ab hac societate felicitatis cæteros discipulos excludebat: nam si in monte illo semper manerent, ipsi soli claritatis Christi gloria fruerentur*. Sed nihil iniquius Saulis inuidia, qui audito fœminarum choro præcinentium: *Percussit Saul mille, & Dauid decem millia*. 1. Regum cap. 18. num. 7. cum nullum nomen, decusque gessisset, indignatus est, quod sibi gloriæ socium addidissent. *Nam si indignandum erat*, inquit Chrysostomus homilia de Dauid, & Saule. *Dauidem potius conueniebat indignari. quod cum solus totum gessisset, alterum haberet laudis participem*. Saulis vestigijs ingressi Caldæi, qui inuidentes gloriæ, & scientiæ triumpuerorum eo tempore, quo Rex præmia, & dona, & honorē maximum promittebat Daniel cap. 2. nu. 6. Soli ingressi sunt

7 Inuidus cōsortis impatiens. Ps. 106 4. Ber.

Superborū solitudo qualis. Aliorū bona inuidū distorquent. Errat, qui solus glo riosus optat esse.

1. Reg. 18. n. 7 Inuidi alienā sibi arrogant laudem Chrys ho. de Dauid. & Saul. Dan. 2. n. 6

Inuidi in periculis ſocios, nō in præmijs quærũt

ſunt, quaſi ſoli præmia recepturi, & poſtea in periculo voluerint pænæ habere conſortes, quos in ſpe gloriæ refutauerant. Ita Hieronymus ex Hæbreorum traditiene Melius igitur Iudas Simeonem vocat in partem, & gloriæ, & victoriæ, ne ſuperbus videatur, & inuidus, quia inuidus non patitur habere parem etiam ſi ſit frater, vt loquitur Oleaſter Numerorum cap. 12.

Inuidus nec fratrem parem patitur. *Oleaſt. Nu. 12*

Et ego pergam tecum in ſortem tuam. Ibidē.

8 *Abul. q. 5*

QVidam apud Abulenſem hic quæſt. 5. Exiſtimant nullam Simeoni vt neque Leui, ſortem obtigiſſe, vt impleretur illud vaticiniũ *Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael* Geneſeos c. 49 num. 7. Sed obſtat hic locus, & quē ſupra citauimus ex Ioſue cap. 19. Habuit ergo Simeon ſortem, non quidem propriam, non diſtinctam, non ſeparatam, ſed tantum propheticam Patriarchæ, inter alias diſperſam, vel de tribu Iuda quidem, vt diximus, mutuantem. Ita Theodoretus in Geneſim quæſt. 109. Hieronymus, Auguſtinus, & alij. Quod ei cō

Geneſ. 49. 7. Ioſue. 19. Quæ nā ſors Simeonis. *Theod. in Gen. q. 109.*

tigiſſe in pænam odij, atque inſidiarum, quas molitus fuerat in Ioſephum, Autores ſunt nonnulli apud Lyranum in Geneſim loco citato: Vnde & in Deuteronomio cum reliquis tribubus benediceret Moyſes, vni Simeoni non benedixit. Theodoretus quæſt. 46. *Ego, inquit arbitror, eum autorem fuiſſe præcipuum ſtructarum in Ioſeph inſidiarum. Quod inde coniicere licet, quia vir ille admirandus alios omnes fratres dimitti iuſerit: hūc autem ſolum comprehendi, vinciri, & in carcerem trudi.* Quod etiam docet quæſt. 102. in Geneſim, & Philo libro de Ioſeph quem affert Pereira in Geneſim cap. 42. verſ. 17. num. 12. Itaque Simeon exiguus numero & honore, nec propria ſorte, nec benedictione decoratur, quia fraterno ſe odio infamauerat.

Pænas luit odij in fratrē. *Lyr. Deut.* Benedictione caret. qui fratri inſidiatur. *Id q. 102. in Gen. Phil de Ioſeph.* Fraternum odium ſpoliat hæreditate.

Hinc apparet, quantum opprobrij ſit fratrem odiſſe Merito, vt Deuteronomij 25. Conſpui iubeatur facies illius qui non ædificat domum fratris ſui defuncti. Vbi Theodoretus quæſt. 32 *Neceſſitatem diligendi fratris affert ab infamia, ſatius enim erat affectione naturali permotum cōſulere mortuo, ſed quia non omnes naturæ legem reuerentur, infamiæ pænam neceſſario ipſis imponit.*

9. *Deut. 25.* Cōſpui iubetur, qui fratri non cōſulit.

Quare

Quare, & illius propinqui, qui noluit suscitare nomen fratri suo Ruth. 4. Nomen tacetur omnino, *ad ignominiã* inquit Abulensis quæst. 4. *Non debebat nomen eius exprimi in scriptura, erat enim vir ignominiosus, & nomine indignus.*

Indignus nomine qui fratris nominũ consulit.

Quo spectat illud Dei Amalec prorsus delere iubentis. *Delebis nomẽ eius sub cælo.* Deuteronomij cap. 25. num. 19. Theodoretus quæst. 33. *Erãt impij, & fratres oderant, nam cũ ab Esau genus ducerent; primi susceperunt bellum aduersus Israelem*

Deletur nomen odientis fratrem Deu. 25. 19

Inde est vt in genealogia Christi Domini, quam Lucas ad Adam vsque retroagit Cain nomen sileatur, ne fratris parricida inter Christi proauos censeretur Ambrosius in Lucam cap. 3. *Siletur plane parricida fratris, Neque enim rationabile erat, vt, is qui percußerat fratrem inter Domini numeraretur autores; cum seruulos ille seruauit, vt fraterni eos nominis honore donaret.* Eundem Cain, vel ipsa mater etiam nominando, infamauerat: cum enim Seth filiũ peperisset. *Posuit*, inquit, *mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Caim.* Genesеos cap. 4. Chrysostomus *Appellando puerum, quasi infamat Caim.* Grauioris tamẽ ignominiæ stigma Deus inurit, cum eum probrosa illa perculit maledictione, *Nunc igitur maledictus eris super terram* Geneseos cap. 4. Vbi Chrysostomus fraterni odij fæditatem ex diuersitate maledictionum, quibus Adam, & Cain fuerant maledicti, iubet expendere, illa enim maledictio terram, hæc ipsum Cain vulnerauit. Verba Chrysostomi ita habent. *Quanto maius sit peccatum hoc præuaricatione protoplasti, ex maledictionis varietate scire volenti licet: illic enim*, inquit, *maledicta terra in operibus tuis: & in terram effusa est maledictio, ostensa sua in hominem cura, hic vero, quia res perniciosa, facinus iniquum, & inexpiabile flagitium, ipse pœnam luit, & nũc maledictus*, inquit, *tu de terra.* Itaque grauius maledicitur, qui Abel, quam qui Deum offenderat: qui fratrem, quã qui mundum perdiderat vniuersum: Vnde, & ab ipsa tellure maledicendus fuit, & execrandus. *Maledictus eris, & terræ illi*, Chrysostomus enim sic legit.

In Christi genealogia fratricida tacetur Amb. in Luc. c. 3.

Seruos fratres reddit Christus.

Fratrũ percussores ipsis matribus odibiles.

Genes. 4. v. 11

Diuersitas maledictionũ Adam, & Cain

Grauius punitur qui fratrem quam qui Deum offendit.

10 Pessimum illud crimen filiorum Iacob delatum à Ioseph. *Accusauit fratres suos de crimine pessimo.* Geneseos cap. 37. Odium inter fratres, ac iurgium fuisse existimat Rabbanus, & alij apud Lorinum, Actorum cap. 10. versu

Odiũ inter fratres crimen pessimum. Act. c. 10. v. 15.

Noluit Scriptura fraternũ odiũ nominare vt potē rem fœdam. Qui fratrem odit, honorem suum odit. Fraternus amor ignominiam abstergit. *Amb. lib. de Ioseph. c.*. Primā accipit benedictionē fraternus amor.

versiculo 15. & Abulensis in Genesim loco citato; sed cur sacer textus illud non exprimit. Adeo fœdum, atque ignominiosum est, vt scriptura nominare noluerit. Itaque, qui fratrem odit, honorem suum odit: hunc amat, qui illum amat. præsertim cum omnem ignominiam, & maledictionem fraternus amor abstergat. *Viuat Ruben, & non moriatur.* Deuteronomium cap. 33. num. 6. Theodoretus q. 44 *Soluit paternam maledictionem, opponens fraternũ amorem sceleri in patrem admisso* Iudam adiungit Ambrosius, quem cæteris fratribus hac de causa in benedictione prælatum existimat: hic enim loquitur lib. de Ioseph cap. 3. *Ruben, & Iudas germanitatis pia iura seruantes, de manibus cæterorum eum liberare cupiebant: Meritoque Iudas paterna benedictione præfertur, cum ei dicitur: Adorabunt te fratres tui.* Sed nulla felicior benedictio, quam fratri amorem ostendere, ac morem gerere.

Optima benedictio fratri seruire.

Isac in loco benedictionis dedit Esau filio suo, vt seruiret fratri suo (inquit idem Ambrosius de paradiso cap 14) *Nunquid vna benedictio tibi est pater* Geneseos 27. *Per hanc igitur seruitutem ille, qui per gulam primitias suas ante vendiderat, & studio venationis agrestis gratiam benedictionis amiserat credit se eo futurum meliorem, si typum Christi veneraretur in fratre.* Crediderim ergo Simeonem, qui propter odium in Ioseph. (vt illi Authores volunt) & sortem, & benedictionem parentis amiserat, nunc propter amorem, & obsequium erga Iudam, sortem, & benedictionem recuperasse, cum nulla maior, quam fraternis seruire commodis, benedictio.

Christi typum venerari amissam benedictionem Esau cōpensat.

Et abijt cum eo Simeon; ascenditque Iudas, & tradidit Dominus Cananeum, ac Pherezæum in manus eorum.

Vers. 4.

1. Hoc principium expeditionum, & victoriarum, quas cum Simeone Iudas reportauit. Octo, vel eo plures hic numerantur. In illustrioribus tantum immorabimur. Ac duas tribus Deo com litante victrices lentius spectabimus, quia fortius, feliciusque pugnarunt. Sed quænam tot palmarum radix, & origo? Mutuus opinor amor, & societas, qua se casus in omnes complexi Iudas,

Mutuus amor palmarum radix.

Maxime interest societas in bello.

das, & Simeon obarmarunt. In bello enim, rebusque gerendis mirum, quantum valet ad victoriam, & coronā mutua societas, & concordia. Ideo filij Salma scribūtur coronæ domus Ioab. 1. Paralipomenon cap. 2 *Hieronymus propter societatem, qua mutuo in prælijs vtebantur. Frater* enim *qui adiuuatur à fratre quasi Ciuitas firma.* Prouerbiorum cap. 18, num. 19. Vnde Agesil. Lacedæmonum rex interrogatus, cur Sparta mænia non haberet: ciues ostendens vnanimes. *Hi,* inquit, *sunt Spartæ Ciuitatis mænia.* Eadem Christus mundo opposuit vniuerso. *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem* Ioannes cap 15. Theodoretus apud Maldonatum. *Si vultis,* inquit, *mundo resistere, qui odio vos habiturus est hæc mando vobis, vt mutuam habeatis charitatem.*

Paral. 1. c. 2

Hier. Fratres sociati ciuitas firma.

Agesil. Ciues vnanimes vrbis mænia.

Charitas fidelium mænia.

Ioann. 15

Theod. Mald.

2. Ad bellū pauci sed vnanimes.

Abrahamus quatuor reges, quos debellauit, aggressurus, non copiosam, non externam cogit militum manum, sed vernaculam, sed vnanimem, atque eadem in familia educatam. *Numerauit expeditos vernaculos* 318. Geneseos cap. 14 num 14. Chrysostomus *quia cum Loth. educati erant, nempe vt vltionem spōte, & beneuole facerent.* Vt enim, ait Ambrosius 1. Officiorū 33. *Habet in se beneuolentia etiā fortitudinem; nam cum amicitia ex beneuolentiæ fonte procedat, non dubitat pro amico grauiora sustinere pericula.* Paruo igitur sed vnanimi satellitio stipatus Abraham, & clarissimā victoriam, & Loth reduxit incolumen. Quod tandem magno suo malo expertus est idem Loth. ab illis Regibus in captiuitatem nuper correptus; victus enim est, quia diuisus ab Abraham. *Diuisus est ab eo Loth* Geneseos cap. 1. num. 4 Idem Chrysostomus, *Quanto melius erat cum Patriarcha viuere, & omnia ferre, vt nec concordia solueretur, quam separatum, & electis potiori bus, in tanta repente pericula incidere, & in barbarorum venire potestatem. Ita* (quod Thiresias dux Scipioni respondit) *concordia victoriam, discordia exitium præbuit.*

Genes. 14. n. 14.

Chrys.

Ambr. 1 Offi. 33.

Beneuolentia fons amicitiæ

Diuisū imperium dissipatur.

Genes. 13. n. 14.

Chrys.

Thires. Cōcordia victoriam discordia exitium affert.

Nescio enim quid bellicum, atque hostibus formidādum habet concordia, vt propterea tubæ comparetur *Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ* Psalm 46, n. 6. quæ verba de Apostolis Christi, Ascensionem, aliaque mysteria toto orbe predicantibus atque eum concordi, vnanimique doctrina fidei iugo submittentibus intel-

3. Cōcordia tubæ cōparatur

Ps. 46 n 6.

Apostoli in cōcordia mundū submittunt.

ligit

Chryſoſ. ligit Chryſoſtomus. *Et cur,* inquit, *non dixit in tuba, ſed in voce tubæ. Significans eorum cõcordiam, & animi conſenſionem.* Fidei nanque extentio, atque victoria plus debetur diſcipulorum cõſentioni, quam prædicationi: ideo Chriſtus cum oraret. *Omnes vnum ſint Sicut tu pater in me, & ego in te* ſubdidit, *vt credat mundus quia tu me miſiſti.* Caietanus. *Vnde intelligimus extentionem fidei non tam fieri prædicatione, quam virtute vnitatis Chriſtianorum.* Adeo fidelium vnitas Chriſto militat, vt loquitur Drogo lib. 1. de Sacramento dominicæ paſſionis.

Fidei extentio cõcordiæ debetur.

Caiet.

Drogo lib. 1.

4. Hanc victoriam ſignificare viſa eſt, Hiericho, cum *tubis clangentibus, atque vniuerſo populo voci erante,* ſeu vt alij legunt iubilante, æquata ſolo eſt Ioſue 6. 20. Origenes homilia 7. *Mihi videtur,* inquit, *iubilatio indicare quendam concordiæ, & vnanimitatis affectum.* Qua velut perſonante, totus mũdus intremuit, ac duodecim Apoſtolis manus dedit, cum omnem in terram exiuit ſonus eorum. Id enim protendit *factus ille de Cælo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis.* Actorum cap. 1. num. 2. Idem Origenes. *Si vniuerſus populus compos & vnanimis maneat, fiet illud, quod ſcriptum eſt in actibus Apoſtolorum, quia terraemotus factus eſt magnus, vbi tunc vnanimes orabant Apoſtoli: & terraemotu facto, deſtruentur, & cadent omnia, quæ terrena ſunt, ac mundus ipſe ſubuertetur.* Eandem ob cauſam curribus, equitatui aſſimilatur Eccleſia quia triumphalibus quibuſdam euecta quadrigis, aurigante concordia ad cæleſte quodammodo capitolium triũphato mundo ſublimis aſcendit *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te.* 1. Canticorum 8. equi enim iuncti concorditer trahunt iugum, vt loquitur Ambroſius in Pſalmo 118. *Vbi caput ſponſa Chriſti concordia, & manſuetudine populorum, eſſe ſublimis, & toto circumferri orbi tanquam currus equis velocibus ſupra mundum rapta, aſcendit ad ſponſum.*

Hiericho mundi ab Apoſtolis ſubacti figura.

Ioſue 6. 20.

Orig. hom. 7.

Act. 1. n. 2.

Orig.

Vis concordiæ.

Eccleſia cõcordia aurigãte triũphat.

1. Cant. 8.

Curruicõcordia aſſimilatur

Ambr. Pſ. 118.

5. Felix hæc mundo vis, atque victoria, gehennæ tamen infeliciſſima, nihil enim humani generis hoſtem ſic perrefacit, ac concordia, Quid cauſæ eſt cur Dauid Cytharã percutiẽte cedebat, atque recedebat à Saul ſpiritus malus 1. Regum cap. 16. num. 23. An Cy-

Diabolũ terret cõcordia.

1. Reg. 16. 23.

Cythara charitatis & cō cordiæ symbolū Chryso. hom. 14. in act. c. 19.

Cytharam charitatis & cō cordiæ symbolū pertimescebat. Ita significat Chrysostomus huc alludens homilia 4 in Actibus Apostolorū cap. 19. *Cythara, inquit, est charitas ipsa, voces loquentes verba, quæ ad charitatem conciliandam pertinent, omnes in vnā suauem conspirant consonantiā.*

Dæmonis furorem compescit.

Et infra *Hoc dæmonum furorem compescit, affectionum demulcet impetus.* Vnde Diuus Ignatius Epistola 14. Concordiam, quæ inter Episcopum, ac Sacerdotes esse debet Cytharæ confert. *Memorabile*, inquit, *Sacerdotum vestrorum Collegium dignū Deo, cooptatum est, consentitque Episcopo, vt cordæ ipsæ Cytharæ: ita colligati sensu, & concordi charitate.* Scilicet estis. Quibus concinit illud senioris fratris, qui audiuit simphoniā, & chorū Lucæ c. 15 n 23. Euthimius. *Audit musices concentum propter filij erga parentem concordiā.* Vna enim hæc musica, vna hæc Cythara Dei domū mulcet, ac recreat.

D. Ign. epist. 14

Luc. c. 15 n. 23 Euth.

Concordiæ musica Deūm mulcet.

6. At quā non imbellis hæc Cythara. Nihil terribilius tartareo illi, vt sit dixerim, Cananeo. Diuus Bonauentura. 1. pharetræ cap. 28. ex Bernardo. *Parū timet Diabolus ieiunantes, vigilantes, continētes, quia tam de istis, quam de illis multos traxit in laqueum ruinæ; sed concordes, & vnanimiter viuentes in domo Domini, coniuncti Deo, & sibi per vinculum charitatis, hi dolorem, hi timorem, hi liuorem diabolo ingerunt.* Similiter habet Gregorius homilia 8. in Ezechielem explicans in hunc sensum illud Canticorum 6 *Terribilis vt Castrorum acies ordinata. Electorum*, inquit, *multitudinem eo maligni spiritus pertimescunt magis, quo eos per charitatis concordiam munitos contra se, & congl[o]batos aspiciunt.* Quare Tertullianus Martyres aduersus dæmonis insidias exhortans. *Inueniat*, inquit, *munitos, & concordia armatos quia pax vestra bellum est illi.* Quia ergo Iudas, ac Simeon fratres mutua, & armorum, & animorum concordia bellum inierant, tradidit Deus Cananæum, Pherelæū, atque adeo victoriam in manus eorum: concordibus enim Deus commilitat, ac socia quodammodo agmina iungit.

Nihil Dæmoni terribilius cōcordia

D Bon 1 phar. c. 28.

Dæmoni dolorem ingerit.

Gregor. hom. 8. in Ezech. Cant. 6

Concordia castrorū acies.

Tertul. Cōcordibus Deus commilitat.

(⁎?⁎)

Inuent-

Inueneruntque Adonibezec. Verſ. 5. *Quē perſecuti comprǽhenderunt. cæſis ſummitatibus manuum eius, ac pedum.* Verſ.6.

1. Bezec id eſt fulgur.

PRima victoria parta de vrbe regia, cui nomen Bezec, ideſt fulgur, ſeu coruſcatio, vbi cæſis decē hoſtium millibus, maxima res effecta, & de rege ſuperbo primitiæ, quē de multis tumentē victorijs, ita crudelitas efferauerat, vt reges, ſiue dinaſtas ſeptuaginta amputatis manuum, pedúmque ſummitatibus ferali ludibrio ſub menſa habuerit, qui obiectas ciborum reliquias hiantium more canum corriperent, ſed tandem ex fuga captus talionem perſoluit: amputatæ igitur ei manuum, pedumque ſummitates, ſiue pollices, vt eſt in Hebræo: tū ne arma, fugā ve capeſſere poſſet: tum præcipue vt genus crudelitatis, quod in alios exercuerat, ſicut ipſe mox fatetur, experiretur: neque enim iuſtior illa pæna, quā

Adonibezec feritas.

Per quæ quis peccat, per hæc torquetur.

vt, *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* Sapientiæ cap. 11. n 17. cuius rei innumera ſunt exempla in Scriptura, quorum nonnulla hic aceruatim congeram.

2. Capite punitur, qui capite peccat 2. *Reg.* 18. *n.* 9. *Chryſoſ. in Pſ.* 3.

Capite Abſalam quercui adhæſit 2. Regum cap. 18. n. 9. quia parentis caput auferre moliebatur. Chryſoſtomus in Pſalmum 3. *Vinctus erat à ramo ramus, qui erat à paterna affectione abruptus, & capite tenebatur, qui genitoris caput auferre contendebat, & tanquam fructus pendebat ab arbore qui natura agricolam volebat abſcindere,* & infra. *Coma tenebat, coma tyrannum illic eum contundens vbi diadema paternum geſtare contendebat, &c.* Ita ſerpentis caput conteritur, quia illud per tumorem erexerat. *Ipſa conteret caput tuum*: Geneſeos cap. 3 n 15. Moyſes Barſepha. *Quia per ſuperbiam elatum fuit caput tuum, & improba locutum eſt, qui ex fæmina naſcetur conculcabit caput tuum. Sic Deus confringet capita inimicorum ſuorum, verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.* Pſalm. 67. n. 22. Auguſtin. ideſt *Nimis ſe extollentium, nimis ſuperbientium in delictis.*

Gen. c. 3. *n.* 15. *Moyſ. Barſeph.*

Superbi in capitibus elatis puniūtur. *Pſ.* 67. *n.* 22. *Aug.*

3. Reuerentia Sacerdotis.

Fronte punitur Ozias, quia frontē nō habuit, cum ſūmā per impudētiā Sacer-

1. Paral. 26-19. Frõs impudens lepra tacta.

dotis partes occupare ausus. *Orta est lepra in fronte eius.* 2. Paralim cap. 26. nu. 19. Chrysostomus. *Immisit illi Deus lepram in fronte, hoc modo impudentem faciem puniens.* Vel vt ait Rupertus. *Vbicumque est impudentia illic est vltio.* Ibidem percussus Dauidis manu Philistæus. *Percussit Philistæum in fronte.* 1. Regum cap. 17. nu. 49. Augustinus. *Euacuata est frons, quæ habebat impudentiam superbiæ, vinit frons, quæ habebat humilitatem crucis.* Quo et iã allusit Ambrosius. *Gentilis, & sacrilegus homo ibi percutitur à Christo, vbi deerat Christus, & ibi etiam infertur mortis exitium, vbi signum salutis nõ inuenitur.*

Chryso. Rup. Impudẽtia punitur. 1. Reg. 17. 49. Aug. Euacuatur frons superbia tumens: Humilitas vicit Philistæum. Ambr. Frõ. Goliat ideo vulnerata, quia crucis signo nõ armata.

Oculis priuatus est Sanson, quia illis ad concupiscentiam abusus. *Eruerunt oculos eius.* Iudic. cap. 16. n. 21. Brixianus. *Sanson oculis fuit priuatus, quod à concupiscentia oculorum sibi non temperasset.* Iisdem orbatus, & Sedechias. 4 Regum cap. 25. n. 7. Hieronymus in Ezechielem c. 23. *Visu,* inquit, *quo male fuerant abusi Sanson, & Sedechias priuantur.* Quanto salubrius Dauid, qui, vt numinis vindictam aueteret, vindicabat lachrymis concupiscentiam oculorum, vt loquitur

4. Iudic. 16 21. Eruũtur oculi cõcupiscentes. Brix. 4. Reg. 25. 7. Lachrymis oculi cõcupiscentibus medimur.

Cyrillus cathechesi 2. Lingua cruciatur auarus Lucæ cap. 16. num. 24. seu quia linguæ procacitate peccauerat, vt Patres multi volunt apud Maldonatum, seu quia pauperi insultauerat misericordiam intercludens. *Vnde merito,* inquit Chrysologus sermone 121. *prima est in gehenna in cruciatu prauia, dux pœnarum, quia ipsa interdixit misericordiam, cui datum fuerat, vt iuberet.* Scilicet misericordiam. Seu quia ciborum lautitijs nimis indulserat: vnde Tertullianus. *In diuite quidem conuiuia cruciantur, in paupere vero ieiunia recreantur.* Linguæ vsu Zacharias multatur. *Ecce eris tacens, & non poteris loqui,* Lucæ cap. 1. num 20. Titus Bostrensis. *Vocem dedisti plane incredulam, propterea voce tantisper orbatus.* Tacere à Christo spiritus iubetur immundus. *Obmutesce* Marci cap. 1. nu. 20. *quia Euam lingua sua fefellerat, lingua punitur.* Hoc Beda. Diuus Paulus mulierem docere non permittit. 1. ad Timotheum cap. 2. n. 12. Chrysostomus. *Semel mulier docuit, & cuncta peruertit, vtrũque inobedientiæ fecit obnoxiũ, idcirco vltra non doceat.*

Cyril. c. th. 2. Linguæ procacitas vlta. Luc. 16. 24. Mald. Chrysol. ser 121. Lingua pauperibus non fauẽs, cruciatur. Lingua misericordiã intercludit pauperibus. Tertul. Diuitis conuiuia cruciãtur pauperis ieiunia recreantur. Luc 10. n. 20. Tit Bost. Male loquens silẽtio multatur. Marc. 1. 25. Bed. Mulier non doceat. 1. ad Timoth 2. n. 12. Chryso

Gut

5. Act. 1. nu. 18. Vox proditoris laqueo interclusa. Eucharistiæ indigne sumptæ supplicia. Eucharistia sceleratos torquet.

Gutture extinguitur Iudas. *Suspensus crepuit medius.* Actorum cap. 1. num 18. Beda *vt Guttur, per quod vox proditionis exierat, laquei nodus necaret.* Seu quod potius reor, quia indigne sumpserat Eucharistiam, fauces illi præclusæ; vt illa fæmina apud Cyprianum de Lapsis *Quæ non cibum, sed gladium sibi sumens, & veluti quædam venena lethalia inter fauces, & pectus sanguinem admittens, angi, & anima exæstuante concludi postmodum cæpit.* Eli quoque cadens de sella retrorsum fractis ceruicibus mortuus est 1. Regum cap 4. n. 18. vel quia filios non increpauerat, vel quia iudex cum esset, sententiam iuste non tulerat. Vnde Rupertus 4. libro victoriæ cap. 10. *Sic moriendo palam fecit, quod neq; sedile, neque coronam auream mereretur habere inter iudices alios*

1. Reg 4. n. 18 Filios in crepent parentes Iniustus iudex emoritur

6 Humeri arcã non portãtes percutiũtur.

Humeris, brachioue percutitur Oza, quia cũ Deus iussisset, inquit Theod, in 2. Regum quæst. 20. *Vt Sacerdotes arcam suis humeris ferrent, præter legem eam tulit in plaustro* Contristatus est Dauid eo quod diuisisset Dominus Ozam. 1. Paralipomenon cap. 13. nu 11. Hieronymus. *Diuisio Ozæ traditur quod aruisset brachium eius, & humerus, vbi arca portanda erat, & in illius loco diuisio quædam facta est.* Deo nimirum, vt ait Nazianzenus Apologia. prima. *Hoc animaduersionis exẽplo arcæ suæ venerationem sartã, tectamque iubente.* Vel, vt ait Pacianus. *Tanta fuit cura diuinæ reuerentiæ, vt audaces manus, nec ob auxilium sustineret.*

1. Paralipomen. c. 13. 11

Veneran dæ res sacræ. Naz. Apolog. 1.

7 Cor mala machinatum traijcitur

Corde trãsfigitur Absalõ a Ioab tribus lãceis. *Infixit eas in corde Absalon.* 2. Regum cap. 18, num. 14. Diuus Ignatius Epistola 6. *Absalon parricida factus, cum ex arbore penderet, per cor praua illa consilia machinatum lanceis traiectus est* Vel vt loquitur Chrysostomus citatus. *In corde iaculo confossus est; illic occisus, vbi cædem parabat.* Viscera omnia Iudæ diffusa Actorum cap. 1. num. 18 Vel quia pecuniæ viscera sunt auari, vt ait Drogo; vel quia viscera pietatis exuerat, vt videre est apud Lerinum.

Viscera auari pecunia est

8 Pigræ manus in supplicium ligantur.

Manibus, pedibusque ligatur, qui vestem nõ induerat nuptialem Matthæi cap. 22 num. 13. Cyrilus in præfatione cathechesion. *Ligate pedes illius confidenter intrantes. Ligate, & manus ipsius quæ splendido illum nescierunt ornare vestitu.* Mitto manum Ieroboã arefactam 3 Regũ cap. 13 num. 4. Suspensam

Sacrilegarum manuum supplicia

E 3 Nica-

Dominus in horto solos Principes, ac Magistratus arguerit, exprobrás illorũ crudelitatem, tãquam principibus viris indignissimã, quos non puduerit carnificum socios venire, atque eo descendere vilitatis. Dixit IESVS ad eos, qui ad se venerant, Principes Sacerdotum, & Magistratus templi & seniores. *Quasi ad latronem existis cum gladijs, & fustibus* Lucæ cap. 22. num. 52. Caietanus. *Tanta enim erat istorum cæcitas vt incredibile non sit ex quolibet ordine primorum scilicet Sacerdotum, & Magistratus templi, & seniorum aliquem personaliter aduenisse, & non horruisse talem vilitatem.* Ad hos saltem dignatus est alloquio, Herodi vero, quẽ vt pote regem crudelitas minus decebat, nullo modo respondit. *Nihil illi respõdebat.* Lucæ cap. 23. num. 9. Iansenius in Conc. c. 142. *Quia eius crudelitas non merebatur videre, audireue diuina.* Qua etiam ratione Deus olim filios Israel alloqui noluit, quia fratres suos adeo atrociter occiderant, vt crudelitas ad cælum vsque pertingeret. 2. Paralipom. cap. 28. Nam cum Oded Propheta illos argueret, imminentemque Dei furorẽ denunciaret, non dixit cõmuni prophetarum more. *Hæc dicit Dominus.* Hieronymus in Hebraicis. *Quia non erant digni sermone Prophetæ, iratus enim erat Deus illis.* Adeo viles, atque ignobiles ea se crudelitate reddiderant, nam parta victoria dum crudeliter sæuiunt, vsi captiuis, tanquam barbaris, & alienigenis, obliti sunt nobilitatis, vt ibi explicat, & loquitur Theodoretus.

Vilitas in principibus viris.

Luc. 22. n. 52. Caiet.

Rex sæuus Dei alloquio indignus

Luc. 23 n. 9. Ians. in Conc. c. 142.

Crudelitas in fratres cælum pertingit.

2. Paral c. 28.

Victoriã deturpat crudelitas.

Iam vero regem nihil æquè dedecorat: propterea qui sæuire amant, fædissimis, ac vilissimis bestijs assimilantur. Quid aliud virga illa Moysis in colubrum versa Exodi cap. 4 num. 3. Nisi crudelem in Hebræos Pharaonem significabat. Theodoretus quæst. 9. *Quia Pharao cum natura esset animal rationale, crudelitate vsus est cõtra Hæbreos, & quod in ipso diuinum erat, belluinum esse declarauit. Ideo præcepit Deus virgam qua illum flagellauerat, in serpentem mutari ad conuincendam illius feritatem.* Et Nabucodonosor ferinam deformatus in faciem cum bestijs, ac feris habitat. Daniel cap. 4. num. 29. Idem Theodoretus. *Quorum enim feritatem imitatus fuerat, eorum vitam excepit.* Feram igitur, & quidẽ igno-

2 Sæuientes feris assimiles

Exod 4 n. 3. Theod. q. 9. Pharao serpens quia sæuus.

Nabucodonosor ferino animo assumit ferinam faciem.

Dan 4. n. 29. Theod.

celebritatis occasionem faciens, ita bibent, & insultabunt tibi omnes gentes Tu autem repu:abe ris in ijs, quæ non sunt, sic enim peribis, vt deinceps ne extitisse qui dem videaris. Ita Deus in nihilum vertit, qui proximorum iniurias in risum, ac ludibrium vertunt, & ab exteris per irrisionem absorbentur, qui fratrum ærumnas, tanquam dulce quid hauriunt, & absorbent, pestifera sane voluptas quæ cũ aliena captatur iniuria.

In nihilum vertentur afflictorũ irrisores.

Pestifera voluptas ex aliena iniuria orta.

6. Quanto lautius epularetur Adonibezec, si reges illos honoris, ac mensæ participes faceret. Quemadmodum Dauid qui Miphiboseth Saulis sui hostis nepotem mensæ adhibuit. *De mẽsa Regis iugiter vescebatur, & erat claudus vtroque pede*. 2. Regum cap. 9. num. 13. Quod factum Chrysostomus mire extollit homilia de Dauide, & Saule *suæ mensæ fecit participem summo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultauit, nec arbitratus est regiam mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari potius, ac laudatiorem fieri*. Et infra. *Quid illius mensæ sanctius quam cingebant filij hostis occidere conati. Quid illo conuiuio spiritualius, in quo tam multæ abundabant benedictiones, angelo potius, quã*

Hostes honorare pulchrũ.

Claudus regiæ mẽsæ accumbens.

2. Reg. 9. n. 13.

Chrys. hom de Dauid.

Angelis dignum conuiuiũ hosti de beneuole auxiliari.

homini erat plausibile: Adeo non pascebatur inimicorũ opprobrijs, vt eorum calamitatibus subleuandis epularetur.

Regiæ epulæ calamitosis auxiliari.

7. Idem ex morte Saul tãtum concepit doloris vt allato nuntio, vna cum suis ad vesperam vsque ieiunauerit 2 Regum cap. 1. n. 12. Ne si cibum caperet, inimici morte, atque ærumna delectari, seu pasci videretur; neque enim existimabat viri esse, nedum regis, alienorũ quamuis inimicorum iniurijs oblectari, & lætari: vnde cum eiusdẽ Saulis mortem deploraret. *Nolite*, inquit, *annuntiare in Geth. Neque annuntietis in compitis Ascalonis, ne forte lætẽtur filiæ Philisthim, ne exultent filiæ incircumcisorum*. 2. Regum cap. 1. nu. 20. Cur fæminarum tantũ meminit, nõ virorum, quia virile non est vel etiam inimicorum calamitatibus insultare, nec exultare: dolere fortius, ingemiscere Christianum. Vt enim ait Ambrosius in Psalmo 118. *Qui fortior est, non propriam contumeliam dolet, sed aliena peccata, & in sua iniuria lapsum alterius ingemiscit*. Non sic Adonibezec, qui memor iniuriarum, reges misere deformatos in conuiuium proferebat,

2. Reg. 1. n. 12.

Viri non est hostiũ cladibus delectari.

2. Reg. 1. n. 20.

Fæmineũ est hostium cladibus insultare.

Amb. in Ps. 118.

De illis dolere Christianum.

Fortis nõ de sua, sed de aliena iniuria dolet.

bat, vt illorum pœnis, tanquam epulis, pasceretur: vt illorum calamitates veluti quædam sæuitiæ bellaria deuoraret. Quales ij, de quibus Deus *deuorant plebem meam sicut escam panis* Ps. 13. num. 9. idest *auide, & cum voluptate* vt explicat Genebrardus, quos Chrisostomus appellat crudeliores feris, quibus cibus non sapit, nisi crudelitate conditus.

Calamitates sæuitiæ bellaria.

Ps. 13. n. 9.
Genebr.
Chryso.

8.

Quarto, quod illos non occidit, sed crudelius vitã dedit, cũ manus, pedesque mutilauit (quod erat ludibrij, dedecoris, & ignominiæ, vt videre licet apud Pradum Ezech. 23. vbi citat hunc locum) & præterea sub mensa, veluti canes habuit, vt factis, & verbis illuderet. Itaque eripuit occisioni, vt seruaret illusioni. Quod nobilibus, præsertim ingenuis, morte ipsa grauius est. Vnde Sedechias grauissimam obsidionem, atque adeo mortem sustinere maluit, quam ludibria Iudæorum. Sic enim Ieremiæ vitam illi, si exiret ad principes Babilonis, Dei nomine, pollicenti respondet. *Solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Caldæos, ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi.* Ieremiæ cap. 38. n. 19. Vbi Abulensis quæst. 3. *Viri*, inquit, *qui sunt in magno honore, potius vellent sustinere mortem, quam illudi.* Affertq; exemplum Saulis, qui mori maluit, quam illudi. *Percute me, ne forte veniant incircumcisi isti, & interficiant me illudentes mihi.* 1. Regum cap. 31. n. 4. Graue quidem erat crucis suppliciũ, sed grauior Christo Domino fuit illusio. Ideo enim Ioannes Euangelista iniurias illi post mortem illatas diligenter enarrans, plura Scripturæ congerit testimonia. *Os non comminuetis ex eo*, Ioannes cap. 19 num. 36. Vbi Chrysostomus. *Vides quantam adhibet diligentiam, vt credatur, quod turpe, & ignominiosum videbatur? illudere enim mortuo, quã crucis suppliciũ longe peius est.* Quod si mortuo illudere tam graue est, quanto grauius erit viuenti illudere, quod regibus faciebat Adonibezec grauior illudendo tyrãnus, nec tam homicida, quam, vt ita dixerim, honoricida. Viderint ergo illusores quanto se piaculo polluant, siquidé grauius est illudere, quã occidere. Qui enim illudũt viuum faciunt homicidiũ, fundentes sanguinem, non corporis, sed honoris. Idcirco enim dicitur *lingua eorum*

Vita calamitosa morte crudelior.

Prad. Ezec. 23

Illudi morte atrocius.

Ludibriorum timor in rege.
Ier. 38. n. 19.

Abul. q. 3.

Facilius mori, quam illudi

1. Reg. 31 n. 4.
Grauior Christo D. illusio quã crux

Ioann. 19. n. 36

Irrisor honoricida est.

Illusio viuũ homicidiũ.

Linguæ irriden tes gladij acuti.

rum gladius acutus Psalm. 56. num 5 vt explicat sanctus Optatus mil libro 2 Sic inuectus in Donatistas *Linguas vestras acuistis in gladios, quas mouistis in mortes, non corporũ, sed honorum: iugulastis non mẽbra, sed nomina, quid prodest, quia viuunt homines, & occisi sunt honores à vobis: valent quidem membris, sed erepta portant funera dignitatis.*

9 Quintum, quod mensæ lautissimæ cum accumberet, miseros illos reges fame torquebat; quod tormentũ manuum, pedumque vulneribus grauius erat; vt videre est in Lazaro mẽdico, qui iacebat ad ianuam illius diuitis (cuius nomen vt loquitur Paulinus Epistola 31.) auaritia deleuit) *vlceribus plenus cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa* Lucæ cap. 16. num. 21. Chrysostomus. *Quanta in isto pœna est? inter tanta vulnera non eminit doloris plagarum, sed famis.* Eadem morte ipsa grauior illis erat, qui vt loquitur Tertulianus *allium potius, & cæpe quam cælum fragrare mallebãt* cum quærebantur. *Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium* Exodi cap 16. num. 3. & Ieremias suorum ciuium nomine *melius fuit occisis gladio quam interfectis fame.* Lamentationum cap. 4. nu 9. Vide Diuum Hieronymum ibi.

Diuitis nomen deleuit auaritia. Plus torquet fames, quã vulnera.

Fames morte grauior.

Aliquibus gratior fætor mundi, quã odor cæli.

Exod. 16 n. 3.

Lam. 4. n. 9.

D. Hier.

10 *Vnde facile iudicabis*, inquit idem Paulinus, *parricidali crimine contemni pauperes, cum eos terrenæ possessionis, ac mensæ socios dedignamur* Quos tamen Deus mensæ socios esse voluit Dixit enim Leuit. 7. vt qui hostiam sponte offerrent, de illa ederent prima, atque altera die: siquid vero in tertiam diem superesset, igni mandaretur, alioqui irritam futuram, nec profuturam; *quidquid autem tertius inuenerit dies ignis absumet* num 7. Theodoretus quæst. 6. *Vt necessitate compulsi pauperes conuiuij sui socios habeant.* Ita hostia qua Deus quodãmodo pascitur, Deũ non reficiebat; nec delectabat, nisi pauperes haberet eiusdem participes. Vna enim mica pauperi communicata Deum reficit, vna vel gutta refrigerat. *Caput meũ plenũ est rore & cincinni mei guttis noctium* Canticorum cap. 5. num. 2. Idem Paulinus Epistola 4. *Guttis noctis nostræ crines suos gaudet esse perfusos, quia ipsius refrigerium, & refectio est illa fidelium operatio, à quibus, vel fratres iuuantur, vel inopes consouentur. Operibus*

Paul. Pauperis contemptus crimen parricidale.

Leuit.

Pauperes mensæ socij habendi.

Ibid. n. 17. Theod. q. 6. Pauperes conuiuas suos vult Deus.

Cant. 5. n. 2.

Paul. Ep. 4. Refectio Dei: mica pauperibus attributa.

enim pietatis, & misericordiæ, & serenatur, & pascitur Christus. Deliciæ igitur nostræ sint (monet Diuus Leo sermone 2. de quadragesima) *Opera pietatis, & illis cibis, qui nos ad æternitatem nutriunt impleamur: lætemur in refectionibus pauperum, quos impendia nostra satiauerint.*

Operibus misericordiæ pascitur Christus. D. Leo. serm. 2. quadr. Eleemosinis nutrimur ad æternitatem 11.

Quàm longe ab his delicijs Adonibezec, qui pauperibus illis, ac miseris regibus non modo ciborum partem non posuit, sed ne reliquias quidem, nisi ipsi raptim colligerent. Plane de illorum numero, qui, vt ait Ambrosius Lucæ cap. 16. *Ita conditionis immemores humanæ sunt, vt tanquam supra naturam sui, de miserijs pauperũ incentiua suarum capiant voluptatum, rideant inopem, insultent egenti.* Sed meritas tantæ crudelitatis, ac luxuriæ pænas dedit delitijs spoliatus & mensa; quo nullum grauius luxurioso supplicium Quemadmodũ de illomet epulone Lucæ cap. 16. dixit idem Ambrosius. *Cur*, inquit, *cruciatur ante iuditium? quia luxurioso carere delitijs pæna est* Ita, & punitus Adam, qui gula peccauerat, de quo Tertulianus de ieiunijs. *Teneo à primordio homicidam gulam tormentis, atque supplitijs inediæ puniendam.* Fortasse victoria non cecidisset Adonibezec, si delitias non amaret: quemadmodum tres illi pueri, queis cibus olus, & legumina 1. Dan. 12. qui victis delitijs, flammas quoque vicerunt. *Alioqui*, inquit Fulgentius sermone 7. *Nũquam vincerent flammas, si vellẽt amare delicias.* Sed quia amauit, ideo victus, & regno pulsus: quemadmodum Saul de quo Pelusiota. Epistola 69. *An non superfluus boum, ac pecudum esus Saulem, & regno, & vita exturbauit, &c* Et Balthazar, qui eadem nocte qua grande inibat conuiuium interfectus est Danielis cap. 5. num. 30. In tãtam enim venit amentiam, quod ex Iosepho tradit Hieronymus, vt obsessus vacaret epulis.

Amhr. Luc. c. 16. Naturæ immemores pauperibus insultant. Luxuriosus delicijs spoliatus, torquetur. Luc. 16. Ambr. Tert de ieiun. Tortor gulæ inedia.

Victoriã amittit deliciosus. 1. Dan. 12. Victis delicijs, vincuntur flammæ. Pelus. Epist. 69. Deliciæ regnum adimunt. Dan. 5. n. 30. Hieron.

Alio mensæ genere victoria felicius comparatur: parcæ nimirum, sobriæ, ac ieiunæ: qualem Dauid hostibus suis opponens, tropheum statuit. Chrysostomus homilia 57. Ad Antioch. *Quis est igitur inimicos tã facile vincens, vt prandens trophæum erigat?* Propter hoc, & Propheta dicit *Parasti in cõspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me* Psalm. 22. n. 5. Quæ verba ibi, & Matth.

12. Chrys. hom. 57. ad Antioch. Ieiuniũ, & sobrietas pariunt victoriam. Ps. 12. cap. n. 5.

Mat. 22 hom. 71

cap. 22. homilia 71. intelligit de mensa ideo victrice, quia parca, quia ieiuna. Cui concinit illud Hieronymi in Psalmo 108. *Annona nostra, & esca ieiunium est. Quare? quia in ieiunio victoria est, & in victoria triumphus.* Quare Saul, antequam prælium cum Philisthæis iniret, abstinentiam suis indixit. *Maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperam.* 1. Regum cap. 14. numer. 24. Ambrosius Epistola 36. *Vnde intelligimus, quod Saul hostes, non tam virtute militum, quam abstinentia superabat.* Vt enim ait Chrysostomus homilia 5. *Ieiunium habemus auxiliatorem, & commilitonem maximum.* Imo Deum, quia ieiunantibus militat. Cum enim Israelitæ ieiunassent Philisthæos adorti. *Intonuit Dominus fragore magno in die illa super Philisthæos, & exterruit eos, & cæsi sunt à facie Israel.* 1. Regum cap. 7. num. 10. Tertullianus de ieiunijs. *Ceciderunt, pastos impasti, armatos inermes: hæ erunt vires ieiunantium Deo, Cælum pro huiusmodi militat.*

Hiero. in Ps. 108. In ieiunio victoria. 1. Reg 14 n. 24 Ambr. epist. 36 Abstinentia hostes superat. Chrysos. hom. 3. Ieiunātibus militat Deus. 1. Reg. 7 n. 10. Tertul. de ieiun.

13. Iā vero aduersus hostes quāta abstinētia exercitus, quam firma castra ieiunij. Ambrosius Epistola 36. *Castra enim nobis sunt nostra ieiunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt.* Et infra. *Murus quidam est Christiano ieiunium, inexpugnabilis diabolo in transgressibilis inimico. Quis vnquam Christianorum ieiunauit, & captus est? quis solutus mansit, & victus est.* Cum propter inediam, vt loquitur Tertullianus, *Sola, & arida sit cute loricatus.* Inde Dauid. *Operui,* inquit, *in ieiunio animam meam.* Psalmo 68. numer. 11. Ambrosius Epistola 7. *Ergo qui non ieiunat intectus est, & nudus, & patet vulneri.* Ieiunans vero panoplia obarmatur. Nam vt ait Basilius. *Ieiunium armatura est ad confligendum cum impijs spiritibus. Vnde Dominus,* inquit idem Basilius de laudibus ieiunij, *non prius in carne quam assumpserat diaboli insultus excepit, quam eam ieiunio communijsset.* Imo addit Tertullianus. *Nouum hominem in veteris sugillationem virtute fastidiendi sibi initiabat, vt eum diabolo rursus per escam tentare quærenti fortiorem fame tota ostentaret.*

Ambr. epist. 36 Ieiunia castra sūt. Ieiuniū murus inuictus. Tertul. Ieiunio cutis arida lorica est. Psal 68 n. 11 Ambr. epist. 7. Ieiuniū panoplia est. Basil. Ieiunio diaboli insultus excipit Christus D. Tertul.

14. Quare nihil mirum si Adonibezec voracissimus helluo, eiusque exercitus vtrique succubuerit hosti. *Defi-*

cit

cit enim virtus in exercitu, inquit Ambrosius sermone 7. *vbi deficit in obseruatione ieiunium.* Saturitas ipsa, cum alia deessent, rationem eneruat, oppugnat, occidit. V*nde Deus Iudæis iratus misit saturitatem in animas eorum*, Ps. 105. n. 15. *Cædem alij legunt.* Chaldæus, *maciem*, quasi aciem qua eos perderet: *Nã & humanæ naturæ hostis*, inquit Nissenus in vita Moysis, *voracitatem ventris quasi equitatum populo misit; eumque victum ægyptiarum epularum auiditate illigauit.* Vere enim Tertullianus, omnem disciplinam victus, aut occidit, aut vulnerat.

Ambr. ser 7. Saturitas eneruat rationẽ. Saturitas maximũ supplicium. Ps. 105 n. 15. Nissen. in vita Moys. Voracitas dæmonis equitatus. Tertul.

15. Sed ne longius à re proposita reuertamur, ad illam mensam, non tam miserorum fame, quam suo luxu crudelem: nam præter causas commemoratas barbarus iste reges sub mensa habuit, vt eos regifici luxus, atque adeo felicitatis suæ torqueret intuitu, ne oculis deesset inuidiæ tormentũ. Sic spectata est patientia Lazari iacentis ad ianuam diuitis Lucæ cap. 16. num. 20. Theophilatus. *Ecce alius dolor videre alios in delicijs, se vero fame premi.* Sic auari punita luxuria, cuius oculi ab alijs tormentis immunes, ac liberi erant, vt visa Lazari felicitate cruciarentur. *Eleuãs autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius* c. 16. n. 23. Chrysostomus. *In tormentis erat oculos solos liberos habebat, vt alterius lætitiã posset aspicere. Propterea dimittuntur oculi liberi, vt magis torqueatur.* Vnde cernere licet, quanta fuerit virtus illius Cananeæ, quæ vidẽs iudæos tanquam filios mensæ accumbere: *Non est bonum*, inquit, *tollere panem filiorum, & mittere canibus* Matthæi cap. 15 n. 26. Sed ego catelli instar vix micas allambere audeo; non inuidit illorum felicitati, vt quos Christi filios, ipsa maiorem laudem adijciens, dominos appellauerit. *Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum* n. 27. Chrysostomus. *Adeo procul aberat, ne liuore alienæ laudis contaminaretur, vt maius adiecerit, atque dominos nuncupauerit.*

Miseros cõspecta felicitas torquet. Lazari patientia. Luc. 16. n. 20. Theoph. Torquetur auarus gloria Lazari. Luc. 16. n. 23. Chrysos. Maxima virtus felicitati non inuidere. Matt. 15 n. 26. Ibidem n. 27. Chrysos.

16. Tandem illud monstri huius crudelitatem acerbat, quod non modo crudelissimum erat, sed crudelitate ipsa gloriabatur: reges, vt ait Abulensis hic q 7. ad inanem gloriam mutilatos in mensam, publicumque producens, vt totã illam

Summa crudelitas crudelitate gloriari. Abul. q. 7.

illam ſæuitiæ pōpam magnificentius oſtentaret, ac propalaret. Ita Phariſæi crudelitatis ſuæ ſoliti captare gloriam, quam Chriſtus illis exprobrat: *Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ qui ædificatis ſepulchra prophetarum & ornatis monimenta iuſtorum.* Matthæi cap. 23. n 29. Id faciebant non prophetarum, atque iuſtorum, qui occiſi fuerant, honoris gratia, ſed potius quo illorum cædes omnibus innoteſcerent, ne quando tanti facinoris, atque audaciæ memoria deperiret. *Id enim* addidit Euthimius. *De ea gloriantium eſt, eamque approbantium.* Illud etiam fœdam Ioab crudelitatem amplius fœdauit, ſed poſuit cruorem belli in baltheo ſuo, & in calceamento. 3. Regum cap 2. n. 5. Hoc eſt, vt explicat Pradus in 21. Ezechielis. *Tantum abfuit, vt ſepeliri curauerit mortuum, vt potius illius ſanguine cruentatum baltheum, & calceos publice geſtauerit, & palam oſtentauerit pro gloria.* Ideoque principatu, & vita priuatus eſt.

Matt. 23 n. 29.

Crudelitas velata pietate.

Euth.

Crudelitas eſt occiſorum ſpolijs ornari.

3. Reg. 2 n 5.

Prad. in 21. Ezech.

17. Ex his patet, quam iuſto Dei iuditio Adonibezec punitus fuerit, ac regno ſpoliatus, tum ob alia ſcelera, tum ob crudelitatem regno indignam. Carnifex illa fœmina, quæ prophetam, non tam gladio, quam ſaltatione poſtrauit, dimidium regni promiſſum non petijt, ſed caput Ioannis Baptiſtæ Marci cap. 6. num 25 quia crudelitas illam ab imperio longe arcebat. Vnde Fulgentius ſermone 7. *Elegit contemnere honorem, vt lucri ſaceret ſanguinem: vere, quia nō cogitat de imperio, cui charior eſt turpitudo.*

Crudelitas regno indigna.

Mar. 6. n. 25.

Fulgent. ſer. 7.

Sicut feci, ita reddidit mihi Deus.

18. IN Hebræo nomen eſt, *Elohim*, quod Deum iudicem, memorem fandi, atque nefandi ſignificat. Ipſe ergo accuſat ſe ſe Adonibezech. Ipſe condemnat, ac iuſtiſſimam Dei ſententiam ſuo calculo approbat, conſcientia ſcelerum arguente, quod ſero faciunt malis edocti peccatores ſui teſtes, ſui iudices, ac vindices acerbiſsimi. *Quam diuinæ habet conſuetudo ſententiæ*, inquit Ambroſius, *vt qui geſſerunt impia, ipſi propria confeſſione ſe damnent.* Lamec, qui virum occiderat, nullo alio quam conſcientia ſua teſte, vxorum concilio aduocato ſen-

Peccatores ſui iudices acerbiſsimi.

tem-

sententiam, & quidem grauissimam, cōtra se ipsum pronuntiat. *Septuplam vltio dabitur de Caim, de Lamech vero septuagies septies.* Geneseos c. 4 num. 24. Chrysostomus. *Quasi carnificem gestaret se lancinantem, ita post absurdum facinus obambulat, nullo conscio, sustinens illas intolerabiles pœnas & iudex ipsius factus, & accusator.* Ecquis Iudam accusauit? Ecquis ad suspēdium condemnauit? suo ipso iudicio perijt. *Peccaui tradens sanguinem iustum*, Matthæi cap. 27. n. 4. Diuus Ambrosius sermone 2. in Danielem. *Domini traditorem non inuenio à iudice damnatū, nō enim damnat Pillatus, nō dānat populus, sed quod maius est, se ipse condemnat; quem enim alter iudicat, potest vtcumque esse excusabilis: reus autem sine excusatione est; qui conscientiæ suæ iuditio condemnatur.* Et merito (addit Leo serm. 16. de Passion. ipsum alloquens *tibi tua pœna cōmissa est, quia in suppliciū tuū nemo te sæuior potuit inueniri.*

Gene. 4. n. 24
Chrysost. Peccatoris carnifex peccatum.
Mat. 27 n. 4
D. Amb. ser. 2. in Dan.
Conscientia iudex peccatorum.
D. Leo ser. 16 de Pass.

19. Achab post occisum Naboth: viso tantum, ne dum audito Elia, qui Dei sententiam laturus aduenerat suo se præiuditio damnans. *Nū*, inquit, *inuenisti me inimicum tibi.* 3. Regum cap. 21. n. 20. Chrysostomus 2 ad Corinthios cap. 12. homilia 28. *Solo videlicet illius conspectu cōuictus, ac silente accusatore sententiam, qua facinus ipsū damnabatur, ferebat.* Herodes Ioannem in carcerem conijciēs. Quid metuit, ac tremuit? Num Ioannes eum traderet in iuditium? Num adulterij pœnas expeteret? Idem Chrysostomus: *Non eum ad iuditium, sed ad conscientiæ tribunal pertrahebat. Non licet tibi. Hoc enim vnum*, inquit Nazianzenus, *tribunal ineuitabile, atque in nobis ipsis fixum est, vt nemo illud effugere possit.* Quare Deus peccatorem, vt conuincat, nullum alium testem adducit. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Psalmo 49. n. 21. id est tuam ipsius conscientiam, vt alij explicant. *Hoc enim*, inquit Ambrosius, *sacrilegi solet esse delictum, vt impietatem suam ipse dum recordatur & puniat; scelus suum dum recognoscit, & vindicet. omnium enim supergreditur sententias, qui a satis conscientiæ suæ sententia condemnatur.*

3. Reg. 21 n. 20.
Chryso.
2. ad Corinth. c. 12. hom. 28.
Solo iudicis aspectu rei cōuincuntur.
Chrysost. Conscientiæ tribunal ineuitabile
Naziāz.
Psal. 49. n. 21.
Ambr. Scelera recordatio punit.

20. *Huic securitatis profectus est nullus*, addit Zeno, *& si contingat ei, accusatore carere teste conscio, cum se ipso carere non possit, quia violentior omni tortore conscientia nunquam suum deserit peccatorem, &c.* Vnde colli-

Zeno. Conscientia violentior omni tortore.

D. Proſper. D Aug. in Pſ 45. Maxima tribulatio conſciẽtia delictorum. Leo ſer. 5. Epiph. Amb. in Pſ 118.

colliges, quo iure Diuus Proſper, & Auguſtinus in Pſalmo 45. dixerit: *Inter omnes tribulationes humanæ animæ nulla eſt maior tribulatio, quam conſcientia delictorũ,&c.* Nam, vt ait Leo ſermone 5. Epiphaniæ. *Mens dura, & ingrata iam ſibi ipſi ſupplicium eſt & in conſcientia ſua patitur, quidquid Dei bonitate differtur.* Atque ideo addit Ambroſius in Pſalmo 118. *Differtur diaboli iudicium, vt ſit ſemper in pœnis reus, ſemper improbitatis ſuæ innexus catenis conſcientiæ ſuæ, vt in perpetuum ſuſtineat ipſe iudicium.* Eſt enim conſcientiæ pæna grauior gehennali, vt docet Chryſologus ſermone 125. ad illa verba. *Mendicare erubeſco. Confuſionẽ futuri iudicii pertimeſcit, in quo iã nõ pœnitendi tempus eſt, ſed pœnarũ, & vbi reus plus de conſcientia, quã de gehennæ erubeſcit incendio.*

Cõſcientiæ pæna grauior gehennali. Chryſol. ſer. 125

21. Conſciẽtiæ pæna peccatores terret Deus. Gen 4. n. 7. Lippom. Conſciẽtiæ timor à peccatis deterret.

Hanc Deus pænã intentauit Cain, quo eũ á peccato deterreret. *Statim in foribus peccatũ aderit* Geneſ. c. 4. n. 7. Nimirũ in cruciatu cõſcientiæ, quæ ad cordis fores ſẽper excubat, ſicut explicat Lippomanus, vt qui Deum non timebat, cõſcientiã perhorreſceret. Certe Dauid ab occidẽdo Nabal ea cauſa deterruit, monẽte Abigail. *Non erit tibi hoc in ſingultũ, & in ſcrupulum cordis Domino meo* 1. Reg. c. 25. n. 31. Lyranus. *Allegat pacem conſcientiæ ipſius Dauid futuram &c.* Cuius verbis ſtatim acquieuit Dauid: maluitque iniuriam, quam ſcrupulum pati, lædi honore, quam lædere conſcientiam. Quod conſilium, & ſi dare prudẽtis fuit Abigail, Dauid tamen prudentioris fuit accipere: nã prudentiorũ, ac ſeniorũ eſt conſcientiã reſpicere, atque vereri. Accuſantibus adulterã Phariſæis reſpondebat Chriſtus. *Qui ſine peccato veſtrum eſt, primus in eam lapidem mittat. Audientes autem hæc, vnus poſt vnum ibant, incipientes à ſenioribus*, Ioannes cap. 8. n. 7. Quibus verbis ſuam cuique conſcientiã obijcit cordium, & conſcientiarum ſeruator, & inſpector Chriſtus, vt videre eſt apud Toletũ. Sed cur á ſenioribus incipiunt. Ambroſius Epiſtola 51. *Quia priores vim intellexerunt ſententiæ, quaſi prudẽtiores, & cœperunt ſua magis peccata deflere, qui alieni criminis venerant accuſatores.*

1 Reg. 25. n. 31. Lyran. Leuiũ iniuria fertur quã ſcrupulus. Seniorũ eſt conſcientiam vereri. Ioan. 8. n. 7. Tolet. Amb. Epiſt. 51. Seniores prudentiores.

22. Calamitates prudentes faciunt.

Hic ergo, & animi, & corporis calamitatibus prudentior factus Adonibezec Deũ agnoſcit quẽ ſecũdis in reb, ignorauerat: vt nemo iniquo

ex : i.

excipiat animores aduersas quæ Dei notitia felicitátur. Ezechielis c 7 Post suppliciorum impendentium ruinas concludit Deus: *Et scient quia ego Dominus* nu. 27. *Qui versiculus*, inquit Hieronymus, *frequenter in hoc propheta ponitur, quod supplicia, atque cruciatus sequatur scientia Dei, vt quem non intelligebant per beneficia, per tormenta cognoscãt.* Nabuchodonosor, cui res secũdæ sensum ademerãt, aduersæ adeo reddiderunt vt perfectã in Dei cognitionẽ euaserit. *Sensus meus reuersus est ad me* Daniel c. 4. n. 33. Theodoretus, *Tantũ vtilitatis ex calamitatibus percepit, vt prophetæ instar de Deo sentiat & loquatur.* Ita oculorũ animi aciẽ cruciatus exacuit: Auarus ille Epulo, de quo supra, medijs constitutus in flãmis Abrahamũ à longe, Lazarũque prospexit, quẽ prope in mensa, atq; in delitijs nõ agnouerat. Euthym. *Vide quomodo eũ sapere fecit cruciatus, quẽ enim ipse prope iacentẽ despexerat, hunc eminus acute videt, &c* Sed de hac re copiosius infra.

Ezech. 7. n. 27.

Hier. In aduersis Dei cognitio oritur.

Res secũdæ sensũ adimũt, aduersæ reddunt.

Dan. 4. n. 33.

Theod. Animi oculos cruciatus acuit.

Euthym.

23. Commendãdus interim Adonibezec, quod supplicijs suis eruditus, diuinæ iustitiæ æquissimam libram agnouerit. *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus*; Solet enim criminibus æquare seu potius assimilare supplicia, vt illius in puniendo æquitas cognoscatur simul, & commendetur. Quæ res tum ab exemplis supra adductis, tum ab alijs, quæ subijciam breuius, fiet illustrior. Achab summã per iniustitiã, & vitã, & vineã Naboth eripuerat. Quid Deus? iubet opera Iehu. septuaginta illius filios obtrũcari: *Occiderũt septuaginta viros, & posuerũt capita eorũ in cophinis, & miserunt ad Deum in Israel.* 4 Regum cap. 10. n 7. Chrysostomus hom. de Adam *Vide quomodo retributio peccato par.* Profecto iustus es Domine, & rectũ iuditiũ tuũ. In Iesrahel Nabutha occisus est, in eũdẽ locũ occidẽtis genus occisũ missũ est in sportis. Sed cur potius in sportis, seu in corbibus? Rationem optimam reddit idem Chrysostom. citatus, *Achab Nabuthæ peccauit botris aliquibus in corbe coniectis.* Itaque in corbibus, quibus vineam Naboth vindemiauerat filiorum capita vindemiantur, vt par pari referatur.

Criminibus supplicia æquat Deus.

Text.

4. Reg. 10 n. 7. Criminibus pœna assimilatur

Chrysost. hom. de Ad.

Chryso. cit. Per quæ peccat quis, per hæc punitur.

24. Amasias rex Iudæ vbi recessit à Deo interficitur, & super equos effertur in sepulturam. *Reportantesque super equos,*

In eo punimur, in quo peccamus.

2. Paral. 25. n. 28 *equos, sepelierunt eum*. 2. Paralip. cap 25. num. 28. Hieron. Hieronym. in quæstionibus Hebraicis, *colligitur ideo illũ portatum super equos, quia Deos Edõ qui in equis portabantur, adorauerit, & ideo non portatur super humeros, quia neglexerat seruire Domino Israel: cuius ministeria super humeros Chaatitarum portari iusserat, &c.* Grassante pestilentia ob peccatũ Dauid: Mortui sũt ex populo à Dan vsque ad Bersabee septuaginta millia virorum 2 Regum cap. 24. n. 15 (2 Reg. 24. n. 15). Idem. Hugo. Hugo. *Dauid in eo punitus est, in quo peccauerat: superbierat in multitudine populi, punitus est in multitudine populi.* Sic etiam percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, Exodi c. 12. num. 29 (Exod. 12 n. 29). Theodoretus q. 22 (Theod. q. 22). *Propterea quod Israelem primogenitum Dei Pharao nimis duræ subiecerat seruituti, &c. Nefariæ vero masculorum Hebræorum cædi*, Exodi cap. 1. n. 22 (Exod. 1. n 22). inquit Pelusiota Epistola 198 (Idem. Pelus. lib. 1 Epist. 198). *Deus eandem vltionem, ac pænam rependit omnibus maribus in rubro mari oppressis, ac suffocatis, quo nimirum corporibus quoque pæna similitudinem haberet &c.* Inter alia, quæ Deus minatur Israelitis, si legem violauerint. Idem. *Quando fueritis*, inquit, *in terra hostili sabbatizabit, & requiescet in Sabbatis solitudinis suæ* (scilicet terra vestra) *eo quod non requieuerit in Sabbatis vestris, quando habitabatis in ea.* Leuitico cap. 26. n. 35 (Leuit. 26. n. 35) idest, vt explicat Theodoretus q. 37 (Theod. q. 37). *Septuaginta annis terra manebit inculta, & non seminata, vobis terram alienam incolentibus, propterea quod cum reliquis etiam Sabbati præceptum transgressi estis &c.*

25. Tandẽ, vt alia omittam, eã diuinæ iustitiæ normam expertus est Iudas frater Ioseph cũ se illi in Ægypto in seruitutẽ addicit. *Ego proprie seruus tuus sim, qui in meã hunc recepi fidẽ*, Genes. c. 44. n. 32 (Gen. 44. n. 32). Rupertus lib. 9. c. 10 (Rup. lib. 9. c. 10). *Quid hoc iustitiæ ordine pulchrius. Nẽpe qui hic seruitio se addicit, ipse est cuius consilio in seruum venũdatus est Ioseph, &c.*

26. Æquitas diuinæ iustitiæ. Itaq; sicut fecit reddidit illi Deus, quẽadmodum fatetur Adonibezec Hinc colliges duo, vel tria. Summã diuinæ iustitiæ æquitatẽ, de qua nec reus ipse punitus conqueritur, cũ supplicium culpæ videat respondere. Secũdum illam particulam (sicut) exẽplar quodammodo diuinæ iustitiæ indicare. Nostra vitia Deũ punire decet. Nam sicut delinquimus, ita & punit: quasi vero Deus, quantum ex se est,

 puni-

punire nesciat, nostra illum vitia sæuire doceant. Vnde iratur populo suo. *Quis*, inquit, *dabit me spinam, & veprem in prælio* Isaiæ c. 27. n. 4. Hieron. *Quis me docebit vt durus sim, & meam vincam clementiam, & in prælio, atque certamine truculentus incedam.* Quo fortasse spectat illud Psalmi 44. *Deducet te mirabiliter dextera tua*, Caietan. ex Hebræo. *Docebit te terribilia dextera tua.* Ita magister vniuersi fatetur se in puniendo discipulum, quem peccator ad vindictã erudiat. Chrysostomus in Matthæũ cap. 23. homilia 43. ad illa verba *super cathedram Moysis sederunt, &c. Bene docendo, inquit, & male viuendo Deum instruis, quomodo te debeat condemnare, &c.* Tertium peccatorem sibi ipsi, non Deum suppliciorum auctorem esse, nam sicut facit, ita Deus reddit. Ab ipso igitur oritur, quod punitur, ipse Dei iram irritat, ipse sibi thesaurizat, ipse mẽsuram implet, qua Deus illi tantundem remittit, vt illi de quibus Deus. *Nedum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum*, Geneseos c. 15. n. 16. Chrysostomus homilia 37. *Propter hac Deus tantam ostendit longanimitatem, vt cum sibi ipsis pænarũ sint authores, nullam post hac excusationem habeant, &c.*

Isai. 27. n. 4.

Deus quodam modo punire nescit.

Hieron.

Psal 44

Caiet.

Deus in puniẽdo discipulus peccatoris.

Chrysos. in Matt. cap. 23. hom. 43

Peccator sui supplicij author.

Gen. 15: n. 16.

Chrysos. hom 37

Honoris quidem, ac beneficij auctorẽ se gloriatur, ac profitetur Deus, non ita supplicij, aut iniuriæ, eã sibi peccator accersit. Ambros. de paradiso c. 15. *Honorificantes me, inquit, honorificabo*, 1. Reg. c. 2. n. 30. (sic enim legit) *honorem honorum operationis suæ esse declarans, & contẽptores, inquit, mei, nõ dixit honore priuabo, sed honore priuabũtur. Nõ suæ operationi deputãs eorũ iniuriã, &c. Tale quid & in maledictis Deuteronomij, inuenire poterimus*, inquit Hieronymus in Ezechiele c. 5. *præcipue in illo loco. Glorificantes me glorificabo, qui autem me despiciunt, ad nihilum deducentur. Hos enim, qui se glorificant, ipse glorificat, qui autem eum despiciunt non à Domino despiciuntur, vel deducentur ad nihilum hac enim sequebatur, vt diceret, sed absolute, deducuntur ad nihilum; non à Deo, sed pro meritis suis atque peccatis, &c.* Vnde etiam saluandi dicuntur benedicti Patris Matthæi c. 25 nu. 34. E contra autem inquit Origenes tractatu 34. *Quibus dicitur maledicti, non dicitur maledicti Patris mei, nam benedictionis quidem ministrator est Pater, maledictionis autem vnusquisque sibi est author,* qui

27. Deus beneficiorũ author.

1. Reg. 15 n 30

Amb. de par. c. 15

Pænarũ author non vult Deus esse.

Deut. 28.

Hiero. in Ezech. c. 5.

Matt. 25 n 34.

Origen. trac. 34.

Maledictionis suæ quisque author.

qui maledictione digna operatus est,&c. Dices. Cur ergo Adonibezec supplicium suũ, non Israelitis, qui eum mutilauerant, sed Deum tantum tribuit? *Reddidit mihi Deus.* An quia superbissimus erat, noluit se mortali manu victum fateri, sed Dei magni dextera cecidisse. Qua ratione dæmonia á Christo expulsa fatebantur illum esse filium Dei Lucæ cap. 4. n. 41. *Per superbiam,* inquit Toletus, *ne ab homine puro viderentur expelli, aut superari,&c.* Et beatus Iob, qui sancta tamen, laudabilique superbia dæmonem ipsum, in se tam hostilia ausum, noluit suarũ calamitatũ auctorẽ agnoscere, sed Dominũ. *Dominus dedit, Dominus abstulit* lib. 1. c. 21. August. serm. 68. in appendice. *Non dixit Iob. Dominus dedit, diabolus abstulit, vir enim sanctus noluit istam gloriam diabolo dare, vt aliquid potuisset tollere, quod Deus nõ permisisset auferre,&c.*

Text. Superbi in miseriis insolescunt.

Superbia maxima à paruis nolle cõtemni.

Luc. 4. n. 41. Tolet.

Quæ superbia sancta.

Iob. lib. 1 c. 21. August. ser. 68.

28. An vt alienum ab ira ostenderet animũ, significaretque non irascendũ ijs, á quibus iniuriã accepimus, cum per eos Deus, velut per virgam, aut lorum meritas nobis pænas reddat? Nam quis virgæ irascitur, aut loro, quo cæditur, Ita Dauid non Semei conuitianti sed Deo iuste flagellanti factũ adscribit. *Dimittite eum, vt maledicat; Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid,* 2. Reg. 16. n. 10. Quasi dicat vt explicat Theod. q. 32. *Est ille lorum quidem Dei, & virga: non video lorum, sed video eum, qui me flagro cædit, meis iniquitatibus adscribo infirmitates: nõ tango virgã, ne cum irritem, qui me percutit. &c* *Sic enim fit,* inquit Gregorius 30 moralium c. 9 *vt contumelijs gratia magis, quam ira debeatur, quorũ interuentu, Deo iudice, pæna grauior declinatur,&c.* Et Anastasius in quæstionibus in Scripturã ex Chrysost. *Propterea nobis datum est præceptum, ne vlciscamur inimicos, quoniam propter peccata Deus eos in nos sæpe excitat; neque quidquã proficimus aduersus eos belligerantes, quos Deus in nos excitauit,&c.*

Non irascendum iniuriosis.

Persecutores virga Dei, qua nos punit.

2. Reg. n. 10.

Theod. q. 32.

Greg. 30 mor. c. 9 Cõtumelijs accep tis pæna grauior declinatur.

Anast. quæst. in Script.

29. An vero vt solaretur se se, ac dolorem vulnerũ mitigaret propinata sibi Dei manu, ac velut medicata supplicia bibẽs, quod Christus Dominus postea docuit, calicem passionis suæ non Iudæis, qui propinabant, sed Patri acceptum referens, *Calicem, quem dedit mihi Pater non bibam illũ,* Ioãnes cap 18. n 11 idest, vt explicat Maldon. *Non potest nõ*

Ioan. 18 n. 11.

Supplicia à Deo miseros solatur.

esse, & salutaris, & iucundissima ea potio, quam mihi charissimus Pater meus porrigit, &c. Hæc vltima duo probabiliora videntur, præsertim si vera sunt quæ de huius Regis cõuersione dicentur.

Adduxeruntque eum in Hierusalem, & ibi mortuus est.

30.

Abul. Caiet. Abul. q. 9. Deut 20 n.16 Mortis expectatio ipsa morte grauior. Hier. Genes. 4 n.1. Amb. in Ps. 35.

ADductus in Hierusalem, siue per anticipationem ita dictum, vt vult Abulensis: siue in eius territorium, vt loquitur Caietanus, non multo post extinguitur. Quæres cum Abulensi q 9. Cur Iudæi captũ regẽ statim non interfecerint, cum Deus illis iusserit Cananæos ad vnum occidere. Deuteronomium cap. 20. n.16 Respondet, seruatum, *non vt viueret, sed vt mora mortis grauius torqueretur. Multo enim grauior expectata mors, quam illata,* vt ait Hieronymus. Quomodo Deus posuit Caim signum, vt non interficeret eum omnis qui inueniret eum Geneseos c. 4 n 15. Ambrosius in Psalmo 35. *Non vt vitæ suauitate frueretur, sed ne mors auferret ærumnam, &c.* Similia habet Chrysostomus homilia 9. in Genesim. E, contra vero misericordiæ genus est cito occidere, vt ait Seneca. Propterea Deus primo parenti de ligno vitæ edere non permisit, ne miseram diutius vitam extenderet. *Ne sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Geneseos cap. 3. n. 21. Theodoretus. *Mors, non supplicium, sed medicina fuit, &c.* Eucherius. *Ne ad perpetuum viueret cruciatum, &c.* Rupertus. *Ne illi esset æterna infelicitas, infelix æternitas, &c.* Non occiditur igitur rex iste, ne suppliciorum compendium faciat, sed quotidie moriatur ex sententia Abulensis.

Chrysost. hom. 9. in Gen. Cito occidere misericordiæ genus. Senec. Genes. 3 n. 21 Theod. Mors medicina. Eucher. Rupert. Mortis mora supplicium duplex. Abul.

31.

Dici etiam potest, non occisum, quia grauior pæna fuit superbissimum Regem Regno spoliare, quam vita: est enim mortis genus honoris priuatio. Ozias mortuus dicitur, non cum viueret, sed cum regnare desijt. *Anno, quo mortuus est rex Ozias* Isaiæ cap. 6. n. 1. Idest, quo percussus lepra, regno exactus est. *Quia ex tunc.* inquit Lyranus, *mundo reputatus fuit mortuus, &c. Habitabat enim in domo libera seorsum: Ioathan vero filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ*

Honoris priuatio mors est. Isai. 6. n. 1. Lyran. Nõ regnare mors. 4. Reg c. 15. n. 5.

terra. 4 Reg. cap. 15. n. 5. Ita poſteri Saulis, quorum ali qui ſuperuixerant, quia tamen regnaturi non erant, omnes periiſſe dicuntur. *Interijt ergo Saul, & tres filij eius, & omnis domus illius pariter concidit*, 1. Paralipom. c. 10. n. 6. Hieronymus in traditione Hebraica. *Domum eius pariter concidiſſe dicit, non vt nõ eſſet, de quibus erat Mardochæus, ſed vt non regnaret, &c.* Itaque tam interiiſſe dicuntur, qui regni honore, quam qui vita priuabantur. Adeo honor, qui humiles cum differtur occidit, vt ſupra diximus, ambitioſos, cum aufertur occidit, ac torquet. Vnde ſuperbi tenebrarũ principes non tam igne, quam honoris, principatuſque priuatione torquentur. Ita enim de Chriſto queruntur: *Veniſti perdere nos*, Marci cap. 1. n. 24. Siue *torquere nos*. Matthæi cap. 8. n. 24. Ideſt, auferre nobis quam habemus in homines poteſtatẽ, quod acerbius erit, vt videre eſt in Maldonato, & alijs, & ideo inquit Cyrillus catheceſi 8. *Permiſit Deus diabolo viuere, vt ille quidem magis confundatur, homines autem coronentur.*

1. Paral. 10. n. 6.

Hieron. Idem.

Honor humiliũ mors: ambitioſorũ vita.

Marc. 1. n. 24

Idem. Matt. 8. n. 29.

Mald. Cyril. cath. 8.

§2. Crediderim tamen viuũ ſeruatum Adonibezec, non acerbioris ſupplicij cauſa, ſed clementioris. Primo, quia Princeps tribus, quæ illum ceperat, ad clementiam pronior: quemadmodum Dauid ex ea tribu cũ percuſsit Moab: *Menſus eſt duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnũ ad viuificãdũ*, 2. Regum cap. 8. n. 2. In Hebræo iuxta Lyram, & Caietanũ. *Impleuit funiculum ad viuificandum.* Vbi inſtar metientis agros funiculis, deſcribitur cædes, & clementia Dauid in Mohabitas, quos non ferino more puniuit, ſed in pondere, & menſura iuſtitiæ. Caietanus *Maior clemẽtia ſignificatur dicendo, & plenitudinem funiculi ad viuificandũ, vt funiculus mortis inſinuetur mancus; funiculus vero vitæ inſinuetur plenus: propenſiores enim debent eſſe Principes ad vitam hoſtium, quam ad mortem eorum, &c.* Non opportuit tamen omnino parcere, ne impunitas alijs animos, atque audaciam faceret, ſed iuſtitiã temperare clementia, quod principẽ magis decet. Quapropter Pharao cum peccaſſent duo Eunuchi, alterum in locum ſuum reſtituit, alterum ſuſpendit in patibulo. Geneſis cap. 40. num. 21. vbi Rupertus lib. 8. cap. 37. *Sicut clementia honor eſt princi*pis,

2 Reg. 8 n. 2.

Lyra. Principes propenſiores debẽt eſſe ad vitã, quam ad mortem hoſtium.

Caiet.

Impunitas audaces facit.

Gen. 40 n. 21.

Rup. lib. 8. c. 37. Clementia honor principis

pis, *sic & honor regis iudicium diligit: etenim vbi totum punitur, regia securitas crudelitate polluetur: vbi vero totum remittitur, facies maiestatis sine metu disciplinæ contemnitur, &c.* Nā vt ait Auctor imperfectus homilia 45. in Matth. *Misericordia sine iustitia, non misericordia, sed fatuitas est.*

Imperf. hom 46 in Matt. Misericordia sine iustitia fatuitas.

33. Secūdo quia, vt vero proprius existimant aliqui, Adonibezec ad veri Dei cognitionē, fidemque pertransijt: anteacta scelera vitæ pænitētia diluit, id enim significare videntur verba illa, quibus se ipsum accusat, *sicut feci, ita reddidit mihi Dominus. Est autem regula diuinæ æquitatis*, inquit Rupertus, *vt si homo se ipsum accuset, tunc mitius, & mansuetius agat cum illo misericordia Dei, &c. Vnde quia Eua ipsa*, vt ait Ambrosius de Parad. cap. 14 *confessa delictum est, mitior sequitur, & profutura sententia, quæ condemnaret errorem, & veniam non negaret, vt ad virum suum conuersa seruiret, &c.* Quanam de causa Caim, & Lamec, cum cædē patrauerint, nō eodem modo puniti sunt: nam ille pænas dedit, hic vero veniam consequutus est, Anastasius citatus ex Isidoro. *Quoniam ille quidē cū argueretur, negauit, hic vero etiā cū non argueretur, confessus est, &c.* Inde etiā est, vt Caim execratus Deus, dixerit. *Maledictus tu super terrā:* super Adā vero execrationē imposuerit terræ dicēs. *Maledicta terra in opere tuo*, Geneseos c. 3. n. 17. Athanasius q. 108. *Caim negauit, & à Deo peccatum suum abscondit, quapropter maiorem quoque in se pænam diriuauit: Adam vero quia confessus est, magnum illud à se supplicium depulit, &c.*

Text. — Rupert. — Se accusantibus mitior Deus. — Amb. de Parad. c. 14. — Anast.

Peccatū qui negat, veniam nō meretur. — Gen. c. 3 n. 17. — Athan. q. 8. — Obtegētes peccata grauius puniūtur.

34. Dices, latam à Deo in Cananæos mortis sententiam, non potuisse ab Israelitis mutari, nec reuocari: Atqui pænitentia, vel Dei sententiam mutat, ac reuocat. Ambrosius 2. de pænitentia. *Tanta est pænitentiæ medicina, vt mutare videatur suam Deus sententiam.* Et in Lucam 2. *Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictū, &c.* Notū illud Hieronymi ad illa Dei verba. *Non ne vidisti humiliatum Achab corā me.* 3. Reg. cap. 20. n. 29 *O felix*, inquit, *pænitentia, quæ furentem sententiam Dei confesso errore mutauit, &c.* Similiter loquitur Ambrosius de Naboth. c. 7. n. 7 & Cyrillus cathecesi 2. *Centū*, inquit, *octaginta millia hostium Ezechias per confessionē in fugam verterat: Magnum quidem id reuera, sed exiguū, tamē respe-*

Pænitentia Dei sententiā reuocat. — Ambr. 2 de panit. & in Luc. 20. — 3. Reg. 20. n 29. — Hier. — Amb. de Nab. c. 7. n. 7. Idem. — Cyril. cat hec. 2.

reſpectu eorum, quæ dicenda ſũt. Diuinam ſententiam promulgatam hic idem per pœnitentiam reuocauit Iſaiæ c. 38. n. 1 &c. Et Dauid Angelo populum cædente. *Ego, inquit, ſum qui peccaui, ego inique egi, iſti, qui oues ſunt, quid fecerant*, 2. Regum cap. 24. n. 27. Chryſoſt. Romanorũ c. 15. hom. 29. *Ita iram Dei ſiſtit, ita ſententiam diuinam reuocauit; tantum ſcilicet valet confeſſio, &c. Vt* quẽ admodum loquitur Tertullianus de pœnitentia, *in peccatorem ipſa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna ſupplicia non dicam fruſtetur, ſed expugnat, &c.*

Iſai. 38. n. 1.

2. Reg. 24. n. 7.

Chryſoſ. Rom. c. 15 hom. 29.

Cõfeſſio diuinam iram ſiſtit.

Tert. de pæn.

35\. Hac freti ſpe loquebantur Niniuitæ. *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus.* Ionæ cap. 3. num 9 Vbi Hieronymus. *Libenter Deus mutauit ſententiam, quia vidit opera commutata, &c.* Chryſoſtomus homilia 10. ad Antioch. *O nouam rem, & admirabilem denuntiatio mortem minans, vitã peperit: ſententia, poſtquam lata fuit, tũc inualida facta eſt: ex contrario ſeculariter iudicantium, &c.* Vel vt loquitur Paulinus Epiſt. 10. *Diuinã ſententiam præuenerunt ſua &c.* Adeo ſalutaris ſententia pœnitentiæ, qua ſaluo reo, punitur reatus in eo, integro q; ſtatu moritur in homine, per quod homo fuerat moriturus, vt loquitur Zeno ſerm 3. ad Neophitos: qui addit. *O dulcis ſententia: ò dãnatio neceſſaria Homo iugulatur, vt riuat, percuſſor, percuſſoriſque non cernitur gladius, percuſſique non hiat vulnus: nõ defluit ſanguis, nõ decolor color eſt: ipſe eſt, & tamẽ ipſe non eſt, &c.* Mauult enim Deus pœnitentiam, quam mortem Ezechielis cap. 18. Vnde Tertullianus libro de pœnitentia concluſit: *Ergo pœnitentia vita eſt, cum præponitur morti, &c.*

Ion. 3. n. 9.

Mutata opera ſententiam mutat Deus.

Hier.

Chryſoſ. h. m. 20 ad Ant.

Paul. Epiſt. 10.

Zeno ſer 3. ad Neoph.

Pœnitentia abſq; vulnere percutit.

Ezech. c. 18.

Tert. lib. de pæn.

Pœnitentia vita eſt.

36\. Vero hæc ſimilia videntur, vt Carthuſianus & Serarius indicant: quia tamen huius regis cõuerſationem alioqui memoratu dignam Scriptura non memorat, prima ſententia videtur literæ magis hærere apparetque, neque ex animo cõuerſum, neque mitius cum illo actum: fortaſſis, quia ſero reſipuit, & confeſſionem illã cruciatus extorſit. Ita Achan cum crimen confeſſus eſſet, ſupplicium non effugit, quia diſtulit cõfeſſionẽ. Sero enim erupit vox illa. *Vere ego peccaui Domino Deo Iſrael: & ſic, & ſic feci*; Ioſue cap. 7. n. 20. Rupertus cap. 21. *Non tamen vllam mereri veniam debuit, quia videlicet confeſſio nimia-*

Carth. Serar.

Cõfeſſio ſit propera vt proficiat.

Ioſue 7. n. 20.

Rupert. c. 21.

Cõfeſſio ſit ſpontanea.

nimium tarda fuit, ante enim turbatus est Israel, quam ille reatum agnosceret, & ante sors veridica Deo autore prodidit personam, quam ipse culpam, &c. *Promisit enim Deus*, inquit Augustinus sermone 30. ad fratres in Eremo. *Veniam pænitenti, sed non promisit vsque in crastinum differenti.* Nã vt cita pænitentia veniam, sic dilata iram exagerat. Dauid fratricidam Absalonem persecutus est, Amonem vero, qui regiam grauissimo scelere incestauit, nec verbo quidem castigauit. *Noluit contristari spiritum Amon filij sui.* 2. Regum cap. 13. num. 21. Bachiarius Epistola de Recipiendis lapsis. *Quia agnita culpa erroris non mansit in crimine, sed materiam ipsius peccati vehementer exosus est. Vnde etiam suspicamur Dauidem ei non fuisse commotum, quia cito vidit eum in pænitentiam rediisse, &c.* Quia vero Absalon pænitentiam distulit, & Patris, & Dei patientia abusus. *Conuersus est dolor in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendit*, Psalmo 7. num. 17. Chrysostomus ibidem, *longo enim tempore eum dimisit, vt veniret ad pænitentiam, & regiam tenendam dedit, vt cum videret domum, in qua creuerat, & educatus fuerat, & Patris signa ad pænitentiam veniret, &c.* Quia ergo Cananæi, quorum hic princeps, datum pænitentiæ tempus (vt Auctor est Epiphanius in Anchoratu) non arripientes, commissa piacula in serum distulerunt, diuinæ iustitiæ mensuram impleuerũt, imo exagerarũt. vt enim ait Ambrosius cap. 28. de pænitentia. *Exageratur illi dilata damnatio qui diuinam patientiam pertinaci animositate cogitat, &c.* Tandem, si conuersus esset, quæ Dei misericordia est, nec vitam perderet, nec imperium. Quẽadmodum rex ille Niniuitarum, qui sacco purpuram commutauit Ion. cap. 3. num. 6. de quo Ambrosius. *Religiosus igitur princeps, non perdidit imperium, sed mutauit, &c. Quod enim purpura nequiuit* (addit Chrysostomus homilia 3. ad Antioch.) *id saccus potuit: quod consumare diadema non valuit, hoc cinis perfecit.*

(∴)

Aug. ser. 30. ad frat. in Erem.

Dilatio pænitentiæ veniã amittit.

2. Reg. 13 n. 21.

Bachiar. epist. de Recip. laps.

Dilata pænitentia iram acuit.

Psal. 7. n. 17.

Chryso.

Memoria iustorũ pænitẽtiã prouocat.

Epiph.

Idem. Ambr. c. 28. de pænit.

Ion. 3. n. 6.

Ambr.

Chryso. hom. 3. ad Ant.

Saccus pænitentiæ diademate regio potentior.

Oppug-

Oppugnantes ergo filij Iuda Hierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij tradentes cunctam incendio ciuitatem.

Vers..

1. SEcunda expeditio suscepta contra Hierusalé, quæ à filijs Iuda ferro flammisque vastata est. Inferiorem intellige, quæ Salem dicta, nam superiorem, quæ Iebus dicebatur multo post tempore cepit. 2. Regum c. 5. Tertium nomen Hierusalem, quod hic ponitur, in Hebræo Hierusalim duale est, & vtrique commune, de quibus Hieronymus ad Marcel. *In tribus nominibus Trinitatis demonstrat fidem. Iebus, Salem, & Hierusalem appellatur: primum nomen calcata, secundū pax: tertium visio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad finem, & post conculcationem ad pacis visionem erigimur, &c.* Quando Hierusalem appellari cæperit: vide apud Vilalpandum tom. 3. cap. 3. vbi multa, & pulchra de hoc nomine. Fuerat quidem, viuo Iosue, hæc vrbs in ditionem redacta, capto illius Rege Iosue cap. 12 n 10. sed quia post Iosue obitum instaurata rebellauerat, nunc iterum capta rebellionem cæde, flammisque persoluit, ita Caietanus, & alij.

Hier. ad Marc. Trinitatis symbolum.

Per labores ad pa-temitur

Vilalp. tom. 3. c. 3.

Iosue 12 n. 10.

Caiet.

Omnes igitur illius incolæ in ore, idest acie gladij percussi, quia omnes impij. Quæ enim mænia tutaretur impietas quæ stare nō possunt labantibus moribus? Vnde Niniuitæ cum audierunt, subuertendam Ciuitatem Ion. cap. 3. n 4 Non fugerunt metuentes ruinæ, sed mores quamprimum instaurarunt. Ambrosius enarratione secunda in Ionam, *Nec reliquerunt euertendam Ciuitatem suam, sed in ea potius permanserunt, sapientes scilicet, vt quæ ciuium vexabatur peccatis, ciuium orationibus saluaretur: & cui perditionem mala conuersatio intulerat, ei salutem deuotio religiosa conferret, iustum enim erat, vt quos fuerat passa peccatores, eosdem haberet proprios defensores. Ciuitati enim non nisi propter ciuium peccata infertur, &c.* Et Chrysostomus homilia 5 ad Antioch. *Audierunt, quod ædificia corruerent, sed peccata fugerunt. Non discesserunt quisque de domo sua, sed discessit quisque à via sua mala. Non enim*, inquit, *muri iram*

2. Vrbis mænia non stant labātibus ciuiū moribus.

Ion. 3. n 4.

Ambr. enar 2. in Ion. Ciuitates ciuiū peccata expugnāt, propugnat pænitentia.

Chrysost. hom. 5. ad Anti.

iram pepererunt, nos vulneris auctores, nos medicamentum præparemus. Propterea non locorum permutationibus, sed morum conuersioni salutem crediderūt, &c. Nihil enim ciuitatem æque tutatur, ac fulcit, vt sanctitas, & iustitia iuxta illud Isayæ *In iustitia fundaberis*, c. 54. n. 14. *seu firmaberis.* In Hebræo: id est *Sanctitate ipsa tuta eris*, vt explicat Forerius, & Procopius ait. *Docet non mænibus tantum, & custodibus, sed iustitia etiam tutam esse ciuitatem, &c.* Nam vt ait Pelusiota Epistola 249. *Regni quoque basis pietas erga Deum erat, quæ in Deo posita censebatur, &c.* Et Ambrosius sermone 24 *Tunc autem ciuitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis portæ iustitiæ muniantur.* Ceterum nihil prodest muros munire propugnaculis, & Deum prouocare peccatis. *Vnde Scipio ille,* inquit Augustinus 1. de Ciuitate cap. 33 Romanos alloquens, *metuebat quando rebus prosperis vos facile corrumpi, atque euerti posse cernebat: quando vos ab hostili terrore securos esse nolebat: neque enim censebat ille felicem esse Rempublicam, stantibus mænibus, ruentibus moribus, &c.* Vix enim illa stare possunt his nutantibus. Quis muros Hierico nullo ariete subruente tam facile deturbauit? *Muri illico corruerunt*, Iosue cap. 6. nu. 20. Impietas quæ intra muros, muros ar[i]etabat. Augustin. sermone 106. de temp. *Hierico muri, qui intra se impios cōtinebant, corruerunt: non pulsauit aries, non expugnauit machina.* Et infra. *Quamuis muros illos nemo contingeret, expugnabantur tamen forinsecus sono iustorum, intrinsecus habitaculo peccatorum, &c.* Eadem Hierusalem, de qua agimus, quoties deuastata propter peccata prophetarum eius Lament. 4. 13. Vt ibi aduertit Hieronymus, & in Epistola ad Marcellā. Propterea sui vnius peccantis ruinæ ruinam attribuit murorum Hierusalem, qui vt erigerentur, erigi se in antiquam gratiam postulabant vt ædificentur muri Hierusalem, Psalmo 50. n. 20. Bellarminus. *Qui per meum lapsum corruerunt, &c.* Si ergo vnius Dauidis peccato corruit Hierusalem, tot Cananæorum fæta, fessaque sceleribus, qui non corrueret, ac deflagraret, cum nullus in ea iustus, qui suis illam meritis labantem fulciret. Quemadmodum Segor vnius Loth merita sustentarunt, Geneseos cap. 19. de quo

Non locorū, sed morū permutatio salubris.

Isai. 54. n. 14.

Sāctitas, & iustitia tutantur ciuitates non mænia.

Forer.

Procop.

Pietas regni basis.

Pelus. Epist 249

Ambr. ser. 24

August. 1. de Ciu. c 3.

Prospera mores corrumpunt.

Iosue 6. n. 20.

Muros arietatim pietas.

August. ser. 106

Iustorū sonus ciuitates expugnat.

Isai.

Lament. 4. 13.

Hier. & in Epist. ad Marc.

Per pœnitentiā erigūtur ciuitatum muri.

Psal. 50. n. 20.

Bellar.

Gen. 19

Plus vni us gratia pollet, quã multorũ peccata.

Ambr.

quo Ambrosius citatus. *Legimus quod de Sodomitarum excidio meritis suis Lot solus liberauerit Segor ciuitatem, quod magis valuerit ad saluandum vnius gratia, quam ad euertẽdum peccata multorum.*

3.

Grauius puniũtur qui alieno malo non docentur.

Quæritur deinde, cur filij Iuda Hierusalem principio captã non incenderint cæde, flammaque vastauerint? An quia ciues priorũ supplicio non resipuerant, sed in fœdam rebellionem deciderant. Grauiori enim supplicio digni, qui aliorum supplicio non emmendantur. Quærit Theodoretus, cur Nabuchodonosor Deus in regnum reduxerit. Balthasarem vero statim regno priuauerit, & vita. Daniel cap. 5. num. 30.

Dan. 5. *n.* 30.

Theod. *Idem.*

Quis, inquit Theodoretus, *Nabuchodonosor alterum impietatis pœnas luisse non conspexerat, idcirco dignum venia iusto Dei iuditio existimamus, &c.* Balthasarem vero grauius excepit supplicium, quia oblitus pænæ, quæ Nabuchodonosor pro auum illius consecuta est, vt ait Hieronymus, idcirco Lamec pænam sibi præfigit, ac infert septuagies septies grauiorem. quam sumpta fuerit de Cain Geneseos cap. 4. n. 24. Chrysostomus hom. 20.

Hieron.

Genes. 4 *n.* 24.

Chrysost. hom. 20. *Idem.*

Qua enim venia, inquit, *fuerit dignus, qui alterius pœna emmendatior non fit, sed recentem, & auribus insonantem habens eius memoriam, insuper duplex homicidium patrauit, &c.* Inde etiam est, vt Hieremias prius virgam vigilantem, deinde ollam succensam viderit. *Ollam succensam ego video.* Hieremiæ cap. 1. num. 13. Hieronymus. *Qui noluerint percutiente virga emẽdari, mittũtur in ollam æneam, atque succensam, &c.* Quam Deus prunis imponere iubet Ezechieli. *Pone quoque eam super prunas vacuã, & incalescat, & liquefiat æs eius, & confletur in medio eius inquinamentũ eius, & consumatur rubigo* cap. 24. n. 11. Vbi etiã Prado aduertit, terram ipsam propter habitantium scelera iuste puniri: quia ergo Hierosolimi mitiori supplicio, quasi virga percussi defecerant, nunc igne delentur.

Hierem. 1. *n.* 13. *Hieron.*

Ezech. 14. *n.* 11

Prad. Terra propter habitantiũ scelera punitur.

4.

Ingrati acerbius puniuntur.

4. Reg. 25.

Deinde acerbius puniũtur, quia priori benefisio ingrati contra benefacientes rebellauerant. Ita Sedecias orbatur 4. Regum cap. 25. grauiusque punitur à Babylonijs, quam alij principes, vt notat Abulensis quæstione 7. *Quia fuit ingratus; accepit enim regnum à*

Nabu-

Nabuchodonosor, *& rebellauit contra eum, &c.* Tandem cũcta Ciuitas inceditur, vt bona illa, quæ ingrati homines possidebant, à seruitute liberarentur: opes enim, quibus vtuntur ingrati, ac inuiti ac repugnantes serui tutem illis seruiunt, ac libertatem amant. Vnde Deus domus Israel, quam tot beneficijs veluti operierat, irritatus ingratitudine: *Liberabo*, inquit, *lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius* Ozeæ cap. 2. num. 9. Vbi Ribera, *Lana, & linum liberantur, quæ quasi inuitæ cogebantur seruire ingratis, & impijs hominibus. &c.* Pereunt igitur incendio, ne ingratorum in potestatem redeuntes infelicius pereant: iuxta illud Bernardi in Cantico sermone 51. *Numquid non perit, quod donatur ingrato?* Et sermone 2. de septem panibus. *Non ne iure perditum reputatur, quod ingrato donatum est? aut dedisse non pænitet, quod perijsse videtur?*

Opes ab ingratis liberari amant.

Ozea 2. n. 9. Ribera.

Perit, quod donatur ingrato. *Bern. in Cãt ser. 51. & ser. 2 de sept. pan.*

(·?·)

Et postea descendentes pugnauerunt contra Cananæum. Vers. 9.

1\. TErtia victoria Cananæos, qui plana montanaque obsederant, profligauit. Descendisse vero dicuntur filij Iuda contra monticolas, quia Hierusalem si non altissimo totius orbis terrarum in fastigio, vt Rabbini volunt, certe in editissimo Iudææ supercilio eminens, velut caput in corpore, vt Autor est Iosephus, sita erat, colligiturque ex Scripturis. *Fundamẽta eius in montibus sanctis*, Psalmo 86. n. 1. *Mons domus Domini in vertice montium*, Isaiæ cap. 2. n. 2. Ex quibus manifestius elucet veritas illius elogij Sancti Leonis sermone 1. de Epiphania *Prælegit Bethlem natiuitati, Hierusalem passioni &c* Id enim explicare voluit, vt ait Villalpandus tomo 3. cap. 4. Christum Dominum gloriosæ natiuitati ab Angelis, pastoribus, stellis & Regibus illustratæ Bethlem, in eaque speluncam, noctisque obscuritatem elegisse: Ignominiosæ

Hierusalẽ in sublimi sita.

Ioseph.

Psal 86 n 1.

Isai. 2. n. 2.

Leo ser. 1 de Epiph.

Villalp. to. 3. c. 4

Abscõditã Bethlẽ natiuitatis gloriæ, excelsam Hierusalẽ passioni elegit Deus.

niosæ vero pafsioni confpicuam Hierofolimam, excelfum mõtem, folemnitatem Pafchæ, meridianum Solem quo adimpleretur illud. *Operatus eft falutem in medio terræ*, Pfalmo 73 nu. 12. *Ideft manifefte, non in abfcondito, vel in angulis, &c.* Ita honores Chriftus obfcurā abdidit in fpeluncam, paffionis vero iniurias in monte expofuit illuftriffimo, vt & maior fui ignominia, & gloria crucis effet illuftrior, dū in medio, atque in excelfo mundi vertice collocatur. Quo refpicit Diuus Hilarius in Matthæum cap. vlt. Locus crucis talis eft, vt pofitus in medio terræ, & tanquam in vertice huius vniuerfitatis infiftens ad capeffendam Dei cognitionem vniuerfis gentibus effet æqualis. Qui plura voluerit, citatum confulat Villalpandum.

Pfal. 73 n. 12.

Ignominias oftē tat Deus.

D. Hila. in Matt. c. vlt.

Crux in medio terræ erecta, vt æquè omnibus innotefceret.

2. De iure vero, quo filij Iuda Cananæis bellum mouerint, dubitauerunt olim Pagani, & Manichei, ore blafphemo Dei iuftitiā vellicantes, quod expulfis Cananæorum gētibus, eorum terras Iudæis tradiderit poffidendas. Hos redarguit Auguftinus fermone 105. de tempore, & Epiphanius in Anchoratu, vbi tradit Noe ipfum, cum velut hæres mundi à Deo conftitutus tribus filijs orbem diuideret, non folum per doctrinam ipfis pietatem propo. fuiffe, fed etiam per iusiurādum ab vnoquoque ipforū beneuolentiam erga fratrē exegiffe: quod quidem Cananæi, erepta per vim fratribus regione, violauerunt: ideo è terris, & vita fpoliatos. *Tunc Deus*, concludit Epiphanius, *poft multas poftea generationes iuftus exiftens, vlcifcitur iusiurandi tran[s]greffionē, &c.* Tantam vult effe, & antiqui iuramēti religionem. Idcirco enim populum pefte, Saulem morte, viros de filijs eius feptem cruce dānauit 2. Regum cap. 21 n. 9. quia Saul iusiurandum olim inter filios Ifrael, & Gabaonitas Iofue cap. 9. n. 15. pactum violauerat. Qua de re videndus Chryfoftomus in Pfalmo 14 *Quod fexcentis annis*, inquit, *datum erat iusiurandum, tanquam recens vindicauit, re ipfa docens iusiurandum non inueterafcere, nec corrumpi &c.* Et infra. *Si ergo poft fexcentos annos Deus iusiurandum vindicauit, & cum alij iuraffent, alij qui iusiurandum violauerant pœnas dederunt, quid patiemur, qui peieramus &c.*

Iufte Cananæis peccantibus terræ auferuntur

Aug. fer. 105.

Peccata hæreditatem adimunt.

Epiph. in Ancn.

Iuramēti religio

2. Reg. 21. n. 9.

Iofue 9. n. 15.

Chryfoft. in Pf. 14

Fracti iuramenti vindicator Deus

Dein-

3. Turpes habitatores terra non patitur. Leuit. 18 n. 15.

Deinde Cananæi adeo erant turpidinum omnium genere coinquinati, vt terra ipsa tantam ad immunditiam nauseans eos euomeret. Si enim Deus loquitur. *Polluta est terra, cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos* Leuitici cap. 18 n. 25. *Quemadmodum enim stomachus,* explicat Oleaster, *indigestos, & corruptos cibos ferre nequit, sed statim euomit, ita & terra ægrefert habitatores immundos, ideo eos à se reijcit, &c.* Augustinus q. 67. super Leuiticũ legit: *Et exhorrebit terra eos qui insident super eam propter malefacta eorum, quæ superius cõmemoraui, &c.* Omnes quidem peccatores tellus ægre sustinet, adeo vt illis super eam ambulantibus, iudicãtur omnia fundamenta terræ, vel pondere criminum, vel indignatione commoueri. *Mouebuntur omnia fundamenta terræ,* Psalmo 85 n. 5. *Quod,* vt ait Euthimius, *illorum iniquitates non sustineant, &c.* Ideoque Absalon Deo ita prouidente moritur suspensus inter Cælum, ac terram, 2. Regum cap. 18. n. 9 quia vt explicat Chrysostomus in Psalmum 3. *Terra eũ auersaba ur non ferens pollui passibus parricidæ, &c.* At impuros ita exhorret, abominatur, execratur, vt euomat, ac proijciat. Quare Deus monet Israelitas, vt ab impuris Cananæorum vitijs abstineant, ne ab ipsa tellure, quæ impuros non concoquit, euomantur. *Cauete ergo,* inquit in eodem capite, *ne & vos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem quæ fuit ante vos,* n. 28. Vel vt legit Theodoretus q. 26. *Ne vos execretur quemadmodum execrata est Cananæos, &c.* Ita factum decursu temporis, cum Hierusalem illarum gentium mores adeo germanum in modum imitata est, vt earum soror appelletur per Ezechielem. *Soror sororum tuarũ es tu, quæ proiecerunt viros suos, & filios suos,* cap. 16. nu. 45. hoc est vt Polichorius, & alij explicant apud Pradũ. Imitaris ò Hierusalem sorores tuas Sodomam scilicet, & Samariam, quæ Reges, & habitatores suos propter delicta euomuerunt. Sic tu perdes, atque euomes Sedeciam, & ciues non pristinis Regibus, sed vilissimis Cananæis morum similitudine cõsanguineos. Ita Daniel senem illum impurum increpans Canaan appellabat. *Semen Chanaan, & nõ Iuda species decepit te,* c. 13 n. 56.

Oleast. — Eos euomit, vt stomachus cibos. — August. q. 67. — Horret terra peccatores. — Peccatoribus ambulantibus terra mouetur indignabunda. — Psal. 85 n. 5. — Euth. — 2. Reg. 18. n. 9. — Chrysost. in Ps. 3. — Nõ fert passus parricidæ. — Turpes proijcit. — Leuit. c. 18. n. 28 — Theod. q. 26. — Ezec. 16 n. 45. — Idem. — Polich. — Prad. — Peccatores inter se cõsanguinei. — Dan. 13. n. 56.

Mores cõſangui neos faciunt homines. Lyran.

num 56. *Licet enim eſſet de tribu Iuda*, inquit Lyranus, *tamen Cananæorum mores imitabatur &c.* Neque enim decebat impurũ hominẽ à nobili tribu nobilem appellare. Cum ergo eiuſmodi eſſent Cananæi, æquiſſimo iure puniuntur à Deo, hinc eos expugnãtibus Iſraelitis, hinc terra expellẽte, atque euomente.

Homo impurus ignobilis

4 Montes, & campi impuros exoſi.

Nec ſine cauſa in textu fit mentio montiũ, & camporũ, ex quibus eijcitur Cananæus, qui habitabat in montanis, & campeſtribus, ipſi enim montes, ipſi campi quantum oderant Cananæos, tam auide excipiebãt Iſraelitas, quos, quia Deum, pietatemque colebant, ſummo deſiderio expectabant: iuxta illud Iacobi Ioſeph benedicentis. *Donec veniret deſiderium collium æternorum*, Geneſeos cap. 49. num. 16. Quæ verba Hugo ſic explicat: *Sic benedicatur Ioſeph, & duret eius benedictio, donec intret in terram promiſſionis per colles exultantes, & inclinantes ſe ei &c.* Quibus concinit illud Numer. c. 21. n. 15. *Scopuli torrentium inclinati ſunt, vt quieſcerent in Arno.* Alij legũt: *Geſtierunt ei.* Idem Hugo: *Horum collium aliqua pars inclinata eſt coram Iſrael; vt facile trãſirent, & quaſi applauſit eorum aduentui &c.* Quod per proſopopeiã eleganter dictum eſt, quaſi terra ipſa, quæ bonis, pijſque incolis exhilaratur, ijs honoris, ac reuerentiæ cauſa, ſeſe inclinet, applaudat, arrideat, & qua ratione poteſt, aduentantibus gratuletur. Ita Deus loquitur per Iſaiam cap. 55. n. 12. *Montes & colles cantabunt corã vobis laudem.* Septuaginta. *Exilient ſpectantes vos in gaudio.* Adamus explicat: *Omnia congratulabuntur eis, montes, & colles, &c.* Idem fere contigit in exitu Iſrael de Ægypto, cum montes Iſraelitas excepturi præ gaudio tripudiarũt. De quibus Pſalmiſta. *Mõtes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium*, Pſalmo 113. nu. 6. Valentia in Pſalmos: *Exultaſtis ſicut agni ouium recipientes illum populum, & abijcientes Cananæos &c.*

Iuſtos deſiderant.

Gen. 49. 26.

Hugo.

Colles trãſeũtibus iuſtis plaudũt. Num. 21 c. 15 Hugo.

Terra bonis incolis exhilaratur.

Iſai. 55 n. 12 Septuag. Adam.

Idem. Pſal. 113 n 6 Valent.

Pergensque Iudas contra Cananæum, qui habitabat in Hebron, cui nomen fuit antiquitus Cariatharbe.

Verſ. 10.

Qvarta hæc victoria, qua expugnata eſt Hebron vrbs nobiliſſima, dele

1.

G tique

tique gigantes, qui in ea habitabãt, quorũ nomina hic, & Iosue c. 15. cõmemorãtur. Vnde orta occasio dubitãdi, viuone, an extincto Iosue, acciderit hæc victoria. Hoc secũdum probabilius fuit initiũ huius capitis, vt videre est apud Abul. q. 14. Et quæ Iosue 15. dicũtur per anticipationẽ prænarrãtur. Quæritur vnde Hebrõ Cariatharbe, idest ciuitas quatuor, dicta fuerit, à quatuor gigãtibus, qui eã polluerãt, ita dictã nonnulli volunt. Alij ab Arbe gigantũ maximo, quibus subscribit Salmeron tomo 10. tractat. 35. Et Tolletus in Ioannem c. 19. notatione 12. Verosimilius à quatuor Patriarchis, Adam scilicet, Abraham, Isaac, & Iacob ibidem sepultis nominatam. Ita Hieronymus, Rupertus, Isidorus, Lyra, & Abulensis. Magna profecto ciuitatis gloria talium virorum claruisse nomine, patrocinio, sepultura. Immortale sanctorum nomen, quo ciuitas nobilitata, suum nomen æternat. *Peccatores quidem vocauerunt nomina sua in terris suis*, Psalmo 48. nu. 12. idest vt explicat Genebrardus: *Terris suis appellationes suas, ac vocabula indiderunt, vt sua nomina, & titulos redderent immortales, &c.* Ambrosius: *Nomina eorum in terris ipsorum, quia opera eorũ corruptibilia, atque terrena; & ideo ibi scribuntur eorum nomina, vbi viuere maluerunt, &c. Sed tandem periit memoria eorum cum sonitu,* Psalmo 9. n. 8. idest quãcitissime: ac vero sanctorũ nomen semper viget, perẽnat, æternat, quia non in terris scribitur, sed in cælis Lucæ cap. 10. num. 20. Quia non ædificijs insculpitur, sed virtutibus exaratur. Vnde Chrysostomus in Psalm 48. *Si perpetuam*, inquit, *memoriam desideras, ne nomen ò homo ædificijs inscribas, sed trophæa recte factorum erigas, quæ & in præsenti vita nomen tibi conseruant, & in futura. &c.* Et Diuus Basilius: *Continuam affectas memoriam? virtuti stude, nihil enim ita immortale nomen reddit, &c.* Alia nominis monumẽta, terrenaque solatia, quæ tempus exeditˌ parum curant sancti Viri. *Quare nõ otiose*, inquit Ambrosius, *Dominus eos arguit, qui ædificabant sibi sepulchra, & tumulos prophetarum, & exornabant ea: condemnantur enim Iudei, qui prophetis, quos occiderant, terrena solatia, non æterna præmia deferebant.*

Dicta etiã Hebron ciuitas, Quatuor, multis hominũ milli-

[Left margin notes:] Iosue 15. Extincto Iosue expugnata Hebron. — Nomen vrbi à quatuor gigantibus. — Salm. tom. 10. tract. 35. Tolet. in Ioann. c. 19. not. 12. — A quatuor Patriarchis. Hieron. Rupert. Isidor. Lyra. Abul. — Ciuitatis decorẽ sãctorũ nomine, ac sepulchris nobilitari. — Psal. 48 n. 12 Geneb.

[Right margin notes:] Peccatorũ nomina terra scribuntur. Ambr. — Psal. 9 n. 8 — Lucæ 10 n. 20 — Sãctorũ nomina cælo scribantur. — Chryso. in Ps. 48 — Non in ædificijs nomina exarãda. — D. Basil. Virtus nomẽ æternat. — D. Amb. Terrena nominis monumẽta caduca.

millibus, qui in ea floruerāt prætermiſſis, quaſi ſoli quatuor Patriarchæ ciuitatē efficerent. Soli vrbis frequentiſſimæ inſtar forent. Pauci enim viri ſancti, vel etiam vnus, non modo quantamcumque ciuitatem, ſed orbem exæquant, ac ſuperant vniuerſum. Lapropter Deus á tribus Patriarchis, tanquā ab aliqua metropoli nomē accepit. Ideo enim non cōfunditur vocari Deus eorum ad Hebræos cap. 11. n. 16. Quemadmodum enim explicat Diuus Thomas, rex vocatur á principali ciuitate, vel patria tota, ſicut rex Hieruſalem, & Franciæ, ita Deus propriē vocatur rex, & Deus illorum. Et Chryſoſtomus homilia 24. *Deus orbis terræ non erubeſcit vocari trium Deus, & merito, non enim orbis terræ, ſed innumerabilium eiuſmodi inſtar ſunt ſancti: melior enim eſt vnus faciens voluntatem Domini, quam decies mille iniqui &c* Et hom. 22. ad illa verba. *Quibus dignus non erat mundus*, ibidem n. 38. *Vir*, inquit, *inclytus, & gloria inſignis eſt inſtar orbis terræ, &c* Ita ſentit ſeruus Abraham, cum ait: *Domine Deus domini mei Abraham*, Geneſeos cap. 24 n. 2. Diuus Chryſoſtomus *Vide ſerui ſapientiam: orbis Dominum à Patriarcha nominat. &c*

Pauci ſāncti integra ciuitas ſunt.
Orbem ſuperāt.
Ad Heb. c. 11 n. 16
D. Tho.
Nomen Deo tribuunt ſāncti.
Chryſo. hom. 24
Melior vnus ſanctus myriadis iniquorum.
Ad Heb. 11 n. 8
Vir inclytus inſtar orbis terræ.
Chryſo. hom. 22
Gen. 24 n. 2
Chryſo.

Et Nabuchodonoſor ita loquēs: *Sidrac, Miſac, & Abdenago ſerui Dei excelſi*, Dan. c. 4 n. 39: Idem Chryſoſt. homilia 6 ad Antioch. *Mundi dominum ex tribus pueris vocat non ipſius imperium ſine vllo concludens, ſed quoniam mundo pueri opponendi tres eſſent, &c.* Nam, vt alibi explicat, *ſi totum mundum illis ex aduerſo ſtatueris, inuenio illos in ſtatera præponderare, & eſſe maioris pretij. &c.* Tanti apud Deum eſt vel vnus ſanctus vir, cum vilis præ illo ſit orbis, imo vacuus, & inanis, ſi iuſtis careat, cuius propterea ruinas vt impleret Chriſtus aduenit iuxta illud Ambroſij in Pſalmo 48. *Vacuus erat totus hic mundus, antequam numero credentium eum Chriſtus impleret.* Ideoque ſcriptum eſt. *Iudicabit inter gentes, implebit ruinas*, Pſalmo 109 num. 6. Nihil ergo mirum, ſi quatuor iuſti ciuitatem conflent, aut impleant, qui ſoli orbem implent, ac ſuperant vniuerſum.

Dan. 4 n. 39
Chryſo hom. 6 ad Ant.
Deus tres pueros pluris facit orbe terrarum.
Amb. in Pſ. 48
Orbis vacuus abſque iuſtis.
Pſ. 109 n. 6

Quæres deinde, cur Hebron, quēadmodū Hieruſalem incenſa non fuerit? An propter cineres, atque oſſa patriarcharum? Ita colligi datur ex Iſraelitarū erga Patriarchas pietate, ac reuerē-

3
Reliquiæ ſanctorū hebetant flammas.
Tuētur mœnia.

tia præsertim cum hebetẽt flammas, mæniaque tueantur ſanctorũ reliquiæ. Propterea pſeudopropheta ille, de quo 3. Regum cap. 13. præſciens omnia fana excelſorum, atque oſſa hominum à Ioſia igne delenda, filijs ſuis ita præcepit. *Cum mortuus fuero ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt; iuxta oſſa eius ponite oſſa mea*. n. 31. Lyranus. *Ideo cum eo voluit ſepeliri, vt oſſa per illum manerent intacta, &c.* Timuit, addit Abulenſis q. 38. *ne oſſa ſua cremarentur cum oſſibus aliorum, &c.* Reueretur ignis Sanctorum corrigias, & calceamẽta ne dum oſſa. Quis enim fornacis Babyloniæ flammas extinxit? Chryſoſtomus hom. 4. ad Antioch. *Puerorum calceamenta ignis virtutem extinxerunt &c.* Nullis igitur Hebron munitionibus poterat melius contra vim flammæ, vel hoſtium ſe tueri, quam Patriarcharũ oſſibus, atque reliquijs, ſunt enim tutela regni, vt vocat Sanctus Adhelmus libro de laudibus Virginitatis cap. 11. Terrarum monumenta, vt appellat Theofridus Abbas ſermone 1. de Sanctorum reliquijs: *Et ideo has*, inquit, *reliquias ſingulis prouinciarum, & ciuitatum populis dedit dominus in ſolatium, vt dum importunis vrgentur incurſibus hoſtium viſibilium, & inuiſibilium, per harum defenſentur meritum, &c.* Iiſdem Moyſes ſuum inſtruxit, ac muniuit exercitum, cum enim armati aſcenderent filij Iſrael de terra Ægypti: *Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum* Exodi cap. 13. nu. 19. quaſi robur totius exercitus ſiue arma, quibus vel ipſi, vel Deus pro ipſis pugnaret. Ita Sanctorum corpora, ac reliquias Chryſoſtomus homilia de Natiuitate 7. Machabæorum, vocat arma, quibus Deus ipſe inſignitur, ac præliatur: *Qui in agone*, inquit, *certaminum, induta corpora martyrum ſuorum, ſicut arma portauit: huiuſmodi enim arma, non Angelus, non Archangelus, non vlla alia creaturæ virtus induta eſt, ſed ipſe Dominus virtutum, & Angelorum, &c.*

Sed de hac re infra redibit ſermo.

(?)

Marginalia: 3. Reg. 13 n. 31 — Lyran. — Abul. q. 38. — Reueretur ignis Sãctorũ corrigias — Chryſoſ. 4. ad Antioch. — Reliquiæ tutelæ regni. — Adhel. lib. de laud. Virgin. c. 11 — Terrarũ monamẽta — Theofr. ſer. 1. de ſanct. re. — Populorum ſolatium. — Exod: 13 n. 19 — Robur, & arma exercitus — Chryſoſ. hom. de Nat. 7. Mach. — Sãctorũ reliquiæ arma Dei — Martyrũ corpora arma Dei

Inde profectus abijt ad habitatores Dabir cuius nomen vetus erat Cariath Sepher.

Verſ. II.

1. Dabir ciuitas literarum.

QVintam victoriam dedit, non ſine puluere capta Dabir, alio nomine Cariath Sepher, ideſt ciuitas literarum, ſeu quod ibi inuentæ, ſeu quod ibi, vt in celebri academia, tradi ſolitæ. Ita Lyranus, & Abulẽſis in Ioſue cap. 15. quæſt. 5. Hebræis dicta eſt ciuitas ſcholæ, legis libri. Neque ab hoc nomine multum abludit illud alterum ſcilicet Dabir, ideſt oraculum. Vocabatur etiam Cariath Sena, ideſt ciuitas ſpinarum: Quaſi multæ ibi literarum ſpinæ, ac moleſtiæ, vel quia inter literatos plures verborum pungentium, diſputationumque aculei. Quo ſenſu ſpinæ ſumi videntur ab ſponſo: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, Canticorum 2. num. 2. Per filias enim, quæ ſpinis cõparantur nõnulli Patres apud Ghiſlerium intelligunt ſectas Philoſophorum, & hæreticorũ, qui diſputationũ aculeis Eccleſiæ lignũ pungere conantur.

Lyran. Abul. in Ioſue c. 15. q. 5.

Dabir ciuitas ſpinarum. Literæ moleſtiis ſpinoſæ, ſeu verborũ diſputantium aculeis.

Hæretici Eccleſiæ ſpinæ *Ghisler.*

2. *Lorin. Pſ. 44.*

Nõnulli apud Lorinum Pſalmo 44. exiſtimãt Cariath Sepher ita dictã à literis, quas docuit Abrahã, qui publicã ſcholã videtur aperuiſſe *ad conuallẽ illuſtrem.* Geneſ. c. 12. n. 6. in Hebræo. *Ad quercũ doctoris.* Et Geneſ. cap. 13. num. 18. Habitaſſe dicitur iuxta conuallẽ Mambre, & erexiſſe altare Domino, & c. 21. n. 33. plantaſſe nemus in Berſabe, & inuocaſſe ibi nomen Domini, tanquã in publico diuini cultus gymnaſio, vt videre licet apud Pinedã in Salomonẽ l. b. 3. cap. 24. n. 8. vbi hoſpites excipiens pabulo corpora reficiebat, animos doctrina, ſic Targũ Hieroſolimitanum apud Lipomanum explicat. *Abrahã hortum plenum optimis fructibus plantauit, & peregrinos ſuſcepit hoſpitio, quibus gratis neceſſaria omnia ſuppeditabat, nihil aliud exigens pro precio, quam vt orbis conditorem agnoſcerent Sicque in vera religione inſtitutos, & ad vitæ melioris inſtituta conuerſos dimittebat.* Vnde etiam à Rege Sodomorum ſpolia omnia poſt victoriã offerente accipere nihil voluit. *Leuo*, inquit, *manũ meam*

Gen. 12 n 6

Quercus doctoris quid?

Gen. 13 n. 18. & cap. 21 n. 33

Pined. in Sal. lib. 3. c. 24 n. 8

Abrahami charitas & zelus.

Hoſpites & mẽſa, & doctrina excipiendi.

Maximũ lucrũ homines ad pietatẽ informare.

Gen. 14 n. 22
Docēdū gratis.
Chrysos.

meam ad Dominum Deum excelsum possessorem Cæli, & terræ, Genes. 14. n. 22. Chrysostom. ibi. *Pietatis doctor ei fieri studet, docens eum, &c.* Magis ampla, atque opima spolia ducens hominem ad Dei cognitionem, cultumque traducere, qui enim alium ad pietatem informat, maiora lucratur iuxta illud. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum*, Matthæi cap. 18. n. 15. Caietanus. *Vt fratris salutem tuum lucrum æstimes, ac non secus, quam tuum lucrum inquiras, &c. Etenim benedictionem dabit legislator*, siue Doctor Psalmo 83. n. 8. Chaldeus. *Benedictione amicientur, qui insudant, vt doceant legem tuam*, idest *multa munera induent, & obtinebunt*, vt explicat Genebrardus.

Matt. 18 n. 15
Hominū salus tanquam lucrum quærenda.
Caiet.
Psal. 83 n. 8.
Prædicatores benedictione amicti
Genebr. 3.

Hæc quamuis vera sint, qui ea tradunt confundere videntur Cariath Sepher, cum Cariath Arbe, vbi tendere, & cælestem illam doctrinam tradere solitus Abraham. Hebræi volunt, ideo dictam ciuitatem literarum, quod in ea Othoniel post Moysem legis arcana docuerit, sed antiquiores apud Cananæos literæ, & studia vt vult Lyranus in Iosue cap. 15. qui arrogantiæ causa ciuitatem suam, ciuitatem literarum indigitasse videntur, quasi soli præ cæteris sapere viderentur. Propterea, & se, & sapientiam perdiderunt. Qualis princeps ille Tyri, de quo Deus per Ezechielem. *Perdidisti sapientiam in decore tuo*, cap. 28. n. 17. Non indecore, sed in decore suo dictus est perdidisse sapientiam. Bernardus in Cantica sermone 74. *Perdidit eam, cum fecit suam, vt non sit aliud in decore suo, quam in sua sapientia perdidisse sapientiam: proprietas in causa est, quod sibi sapiens fuit, &c.* Et infra. *Illud est, cur eam perdidit, imo illud est, quod eam perdidit, etenim sic habere perdere est, &c.* Luciferū vero, qui per Tyrium illum principē designatur, quid aliud à sapientiæ solio præcipitauit, nisi illa, vt loquitur Bernardus præsumpta ascensio, sessioque significans Magisterium. *Sedebo in monte testamenti* Isaiæ cap. 14 n. 13. Idem Bernardus de verbis Isaiæ sermone 5. *Solus sedere volens tanquam fulgur cecidisti de cælo, &c.* Ita Chaldæi illi, qui, non vocatis Daniele, ac socijs, somnij interpretandi causa ingressi sunt ad Nabuchodonosor, tanquam insipientes iubentur interfici, Daniel c. 2. n. 13

Liran. in Iosue ca. 15.
Arrogantia sapiētiam perdit.
Ezech. 28. n. 17
Bern. in Cant. ser. 74.
Præsūptio è solio deturbat.
Isai. 14. n. 15.
Bern. de verb. Is. ser. 5.
Arrogantia morte punita.
Dan. 2. n. 13

Deo

Sapiẽtiã qui ſibi ſoli arrogat, perdit.

Deo illorum arrogantiam puniente, quia ſoli ingreſſi ſunt, quaſi ſoli ſapientes, ſoli ſapientiæ præmia mererẽtur; quemadmodum ex Hebræis tradit Hieronymus, *Chaldæi*, inquit, *inuidentes ſapientiæ eorum, ingreßi ſunt ſoli, quaſi ſoli præmia recepturi &c.* Quanto ſapientius ipſe Daniel, qui euocatus ad ſolutionem ſomnij indicandã, ſocijs indicauit negotium n. 17. Ne ſibi ſoli interpretationis gloriam præcerpere videretur. Vnde Interlinealis adiungit. *Ne ſis ſapiens tibi ſoli, omnibus proficere debes, & alios tecum docere &c.* Similiter Chriſtus Dominus in quo omnes ſapientiæ Theſauri, dixit, diem ſe neſcire Iuditij Matthæi cap. 24. n. 36. Ne diſcipulos contemnere, aut ſolus ſcire, vel iactare ſcientiam videretur vt ſignificat ibi Chryſoſtomus homilia 78. Quo vitio inter alia laboraſſe videntur Dabaritæ, dum ciuitatem literarum, ſapientum ve cognominant, vt ſapientiolæ ſuæ fumos venditarent. Quo quid ſtultius. *Dicentes*, inquit Diuus Paulus, *ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt* Ad Romanos cap. 1. n. 22. Vt Virgines illæ fatuæ Matth. cap. 25. n. 2. de quibus Bernardus citatus: *Non aliunde fatuas puto, niſi quia dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtultæ factæ ſunt. Hæc inquam à Deo audire habẽt, neſcio vos, &c.*

Hieron.

Sapiẽtes alios cõſulant.

Dan. 2. n. 17.

Sapiẽtes proſint alijs.

Interl.

Mat. 24 n. 36.

Non iactet ſciẽtiam quaſi ſoli.

Chryſo. hom. 78

Stulti qui ſe dicũt ſapiẽtes.

Ad Rom. 1. n. 22.

Matt. 25 n. 2.

Bern.

4\. Sapiẽtia abſq; pietate non laudãda.

Præterea non laudantur hic à ſapiẽtia Dabaritæ, quia illam cum pietate, ac Dei cultu non ſociarunt. Nam & ſerpens dicitur ſapientiſſimus omnium beſtiarum Geneſeos cap. 3. n. 1 in Hebræo. *Nequam.* Nec tamen illa ſapientia in laude ponitur, vt notat Theodoretus in 2. Regum q. 29. Mali enim ſapientes dici non poſſunt. Rupertus lib. 3 in Geneſim cap. 2. *Serpens antequam fieret organum diaboli, ſapiens, & prudens, dici poterat: vnde & in alia editione ſcriptum eſt: ſerpens erat ſapientior omnibus animantibus; poſtquam autem prudentia eius malitiæ diaboli cõiuncta eſt, nequã, ſiue verſipellis rectius poteſt nuncupari, &c.* Præpoſteri ergo Dabaritæ, qui literis ſe totos dediderunt vitæ ac pietatis obliti, cum rectus, ac ſolidus ordo ſit vitam prius excolere, quam ſcientiam. *Vide* inquit Bernardus in Cantica ſermone 37. *ſi non intuebatur, & ſi non docebat hunc ordinem, qui dicebat. Seminate vobis ad iuſtitiam metite ſpem vitæ, & nunc demum*

Geneſ. 3. n. 1.

Theod. in 2. Reg q 29.

Rup. lib. 3. in Geneſ. c. 2.

Idem.

Prius excolenda virtus, quã ſcientia.

Bern in Cant. ſer. 37

illuminate vobis, ait lumē sciētiæ Oseæ cap. 10. n. 12. *Vltimam posuit scientiam tanquam picturam, quæ statuam habere nequeat super inane: & ideo illa duo permisit, & subiecit illi, tanquam si solidum aliquid substerneret. Securus iam intendam scientiæ, si vita prius per beneficium spei securitatem accepero, &c.* Et Epistola 108. *Non recte proditur ad lumen scientiæ, nisi iustitiæ germen præcedat ad animam, ex quo formetur granum vitæ, & non palea gloriæ, &c.* Quæ videtur mutuatus ab Ambrosio in Psalmo 118. *Non prius illuminate, sed seminate, nec solum seminate prius ad iustitiam: sed etiam vendimiate*, inquit, *ad fructum vitæ, & sic illuminate lumen cognitionis, &c.* Vt enim paulo superius ait: *An vita potius quam doctrina quærenda est? Vita enim bona sine doctrina habet gratiam: doctrina sine vita integritatem non habet, &c.*

Scientia pictura.

Bern. Epist. 108

Amb. in Ps. 118.

Prius nobis sapiētissimus, quàm alijs.

5.

Impia doctrina incendiū, non lux.

Enim vero sciētiæ lumē nisi diuino Sole oriatur, mētem vrit, non illuminat. Propterea Deus Abrahamū eduxit de Vr Chaldæorum, ne impiæ doctrinæ periret incendio. *Eduxi te*, inquit de Vr in Hebræo, *de igne*, alij *de doctrina Chaldæorum*.

Gen. 15 *n.* 7

Quo respicere videtur Ambrosius 2. de Abraham cap. 7. ad illa verba Dei ad eūdem. *Surge, & perambula terram.* Geneseos cap. 13. nu. 17. Diuus Ambrosius. *Exurge à mortuis idest ab operibus vanis, & disputationibus Chaldæorum, &c.* Huiusmodi fuit Ciuitas literarum, seu vt alij volunt, ciuitas disputationis, quæ impios, velut flamma, vsque adeo depasta, vt eorum sapientiæ, nec vestigium quidem superfit.

Gen. 13 *n.* 17 *Ambr.* 2 *de Abr. c.* 7.

Dixitque Caleb, qui percusserit Cariath Sepher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem, &c.

Vers. 12. 13.

1.

CAleb dux Iudaicæ tribus, vt militū animos erigat, oppugnationisque difficultatem emolliat, præmium statuit ei, qui vel in vrbem irruperit, vel quo alio facinore aditum ad victoriam aperuerit. Præmium enim magna virtutis illecebra est, ac laboris alleuamentum. Vnde preco, ille magni imperatoris sanctus Dauid hortatus milites

Præmiū virtutis illecebra

tes præmium exprimit. *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum.* Diuus Ambrosius, *A præmio capit, vt pondus futuri certaminis eleuaret, &c.* Et Diuus Paulus, cum ait. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Ad Ephesios cap. 6. num. 12. Chrysostomus. *A præmijs propositis eos excitat, illud enim (in cælestibus) est pro eo, quod est pro cælestibus.* Nam vt ait Hieronymus ad Demetriadem. *Omne opus leue fieri solet cum eius pretium cogitatur, & spes præmij solatium est laboris, &c.* Inde Christus mandata omnia leue onus, ac iugum appellauit Matth. cap. 11 num. 30. Theophilatus. *Dicuntur omnia mandata Christi iugum leue, quoniam propter futuram retributionem leuia, &c.* Idenque Deus iussit filijs Israel, vt facerent fimbrias per angulos palliorũ, ponentes in eis vittas hyacintinas; quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini Numerorum cap. 15. num. 38. Vt nimirum cæleste præmium cogitantibus, mandata omnia facilia redderentur. Color enim hyacintinus cæli colorem imitatur, vt ait Theodoretus q. 32. quibus consonat illud Dei ad Hierusalem per Ezechielem dicentis, *Calceaui te hyacintho,* c. 16. n. 10. Septuaginta, & Theodotion, *hyacintina,* legunt. Vt enim ait Gregorius 30. moralium cap. 10. *Hiacinthus significat cælestem conuersationẽ, contemplationem, & spem cælestium, &c.* Ita vt nihil aliud sit hyacintho calceari, quam ad viam mandatorum Dei facilius percurrendam spe præmij cælestis accingi. Ita ergo in certamine nec pericula terrent, nec vulnera sentiuntur, si corona, si præmium spectetur, vt enim Tertullianus aduersus Gnosticos. *Corona premit vulnera, palma sanguinem obscurat, &c.* Quo igitur alacrius oppugnatio nem miles ineat, præmium indicit Caleb non cuilibet, sed ei, qui percusserit Cariath Sepher, hoc est qui primus percusserit: quemadmodum Dauid præmium promisit ei, qui primus percuteret Iebusæum, 2. Regum cap. 5. n. 8. vt superius adnotauimus, & Abulensis ibi & hic q. 14.

Primos enim in periculo, in certamine præmiũ manet singulare. *Omnes quidem currunt,* inquit D. Paulus 1. ad Co-

Psal. 1 n. 3
D. Amb.
Ad Ephe. 6. n. 12
Chrysost.
Præmiũ leuat laborem.
Hieron.
Spes præmij solatiũ laboris.
Matt. 11 n. 30
Theoph.
Proponẽda præmia laborãtibus.
Num. 15 n. 38
Theodo. q. 32
Idem.
Ezec. 16 n. 10.
Septuag.
Theodot.
Gregor. 30. mor. c. 10.
Tert. ad. uers. Gnost.
Corona premit vulnera.
2. Reg. 5 n. 8
Abul.
Primi in periculo, in præmio primi.

2. ad Corinth. 9. n. 24. Corinthios cap. 9. nu. 24. *sed vnus accipit brauium*, id est *primus*, vt videre licet apud Cornel. Cornelium. Petierāt à Christo Domino filij Zebedæi primas sedes in Regno cælorum, quibus ille respondit. Marc. 10 n. 40. *Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est*, Marci cap. 10. n 40. Idem. Quibus nam igitur paratum? ijs nimirū, qui in expugnando Regno cælorum meritis, ac virtutibus priores ierint. Chryso. Chrysostomus. *His enim paratur primatus, qui per opera possunt fieri primi &c.* Vnde Iacobus inter alios assumitur in montem Tabor. Mat. 17 n. 1. Matthæi cap. 17, n. 1. Præmio laborib' præcūdū. Vt præmij futuri primitias iam hic prælibaret, quia vt ait Ambrosius Ambr. Luc. c. 9. Lucæ cap. 9. *Primus martyriū sustinuit, &c.* Et Damascenus Damasc. apud Abulensem q. 12. *Iacobum assumpsit tanquam moriturum pro Christo ante omnes discipulos, &c.* Præmij enim primitias suo quasi iure vēdicant, qui laboris, ac periculi primas suscipiunt. Primi in pugna primitias ferūt præmiorum. Filij Ruben, & Gad. primas hæreditates à Moyse postulant parati tamen in prima acie præliari. *Nos autem*, inquiunt, Num. 32 n. 17. *ipsi armati, & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel*, Numerorum cap. 32. num. 17. Vt qui priores portionem peterent hæreditatis, priores se se bellorum discrimini obiectarēt, vt ibi explicat Oleaster. Oleast. Proponit igitur Caleb præmium illi, qui primus hostē percusserit, vt plures ad simile facinus accendantur. Præmij spes multiplicat strenuos. Nam honor strenuos alit, ac multiplicat. Ps. 138. n. 17. *Mihi autem*, inquit Dauid, *nimis honorificati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorū*, Psalmo 138. num. 17. Vbi, vt loquitur Caietanus, Caiet. optimæ Regis partes describuntur, magni pendere iustos propter Deum, & primates iustorum efficere potentes. Iusti magni pendendi. n. 18. *Sequitur ergo dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Vere sic est*, addit Caietanus. Caiet. *Quoniam vbi fortes honorantur, ibi multiplicantur fortes, & vbi docti honorantur, ibi multiplicantur docti, & similiter vbi iusti honorantur, ibi multiplicantur iusti, &c.* Honor fortes, doctos, iustos multiplicat.

3. Tuū est, quod tuo exemplo fit. Vrbem, cui oppugnandæ præmium propositum, cepisse dicitur Othoniel hic Text. c. 1 n. 13. n. 13. Non quod solus, sed quod primus eam ceperit, quod enim tuo exemplo audent, gloriæ tuæ est, & quod multi, te præeunte, faciunt, solus fecisse diceris. Præmium vero Othonielis fuit

1. Reg. 17 n. 20. & c. 18. n. 20.
Nuptiæ cõpedes.
1. ad Corinth 7. n. 17.
Amb. 3. de Virg.
Cõiugiũ iugum.

fuit Axa Caleb principis filia, ſolemne quondam fortiorum præmium 1. Regũ cap 17 n. 20. & cap. 18 n 20. Sed quantulum iſtud præmium? Axa in Hebræo idẽ ſignificat, quod compedes, aut vincula. *Vinctus es vxori, noli quærere ſolutionem*, 1. ad Corinthios cap. 7 num. 17. Ambroſius; de Virgin. *Bene, ait, vinctus es. Bona vincula nuptiarum, ſed tamen vincula: bonum coniugium, ſed tamen à iugo tractum, & iugo mundi.* Vnde coniugum quaſi vicẽ miſeratus infra Paulus: idẽ ait, *Ego autem vobis parco*, nu. 29. Eucumenius: *Tanquam filijs, & cupio vos liberos eſſe, ac ſine mærore, interim tamen in vinculis eſtis, &c.* Hæc vincula, hos laqueos, iam tunc nouit, timuitque Adamus, cũ adducta ad ſe Eua coniuge dixit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis.* Geneſeos cap. 2 n. 23. *Quaſi dicat*, inquit Caietanus, *iſta vice incidi, ſeu illaqueatus ſum, ad ſignificandum quod vir illaqueatur laqueo coniugij accipiendo vxorem.* Sanctus Adhelmus de laudibus Virginitatis cap. 9, ſeruitium, captiuitatemque appellat: *Virginitas*, inquit, *pax: cælibatus redemptio: coniugium captiuitas.* Contra vero virginitas libera vinculorũ,

D. Paul. n. 29.
Eucum.
Cõiugiũ timuit Adamus.
Geneſ. 2 n. 23
Caiet.
Adhelm. de laud. Virgin. c. 9
Virginitas pax.
Cõiugiũ captiuitas.

vt ait Ambroſius Epiſtola 7. *Neſcit eſſe captiua* Et Cyprianus de bono pudicitiæ: *Virginitas, quid aliud eſt, quam ſoluta libertas, &c.* cui vnica, ſed libera vincula Deo ſoli adhærere. De virginibus enim intelligitur illud Iſaiæ cap. 56 num. 6. *Et filios aduenæ, qui adhærent Domino*, in Hebræo apud Forerium: *Ligantur, adſtringuntur*, vt ſoli Deo ſeruiant, ſolum Deum cogitent. Quemadmodum loquitur Diuus Paulus explicans hanc libertatem. *Virgo cogitat, quæ Domini ſunt*, 1. ad Corinthios cap. 7 nu. 34. Vnde Hieronymus aduerſus Iouenianum. *Vt nulla*, inquit, *merces virginem amplior ſequeretur, ſufficeret ei hæc ſola prælatio, cogitare quæ Domini ſunt, &c.* Feliciora igitur in Euangelio præmia Virginitatis, quæ per ſe ipſam præmium, ac donum pulcherrimum eſt, ſed de hoc alibi.

Ambr Epiſt. 7
Cypr.
Virginitas libertas.
Iſai. 56 n. 6
Forer.
Virginitas Dei cogitationes ingerit.
Virginitas ipſa ſui præmium.

(·?·)

Quam pergentem in itinere monuit vir suus, vt peteret à patre suo agrum, &c. Vers. 14. & 15.

1. Septuag. — IN Hebræo est. *Ipsa incitauit illum, seu suasit, vt peteret.* Septuaginta vero. Quibus hæret interpres, legunt *suasit illi Othoniel, vt peteret.* Vtrumque fieri potuit, vt initio quidem alter alteri petendi fuerit autor. Tandem vero conuenit, vt filia, cuius preces apud patrem validissimæ, oratum iret, agrum eliceret. Fecit Axa, repugnãte licet ingenij indole, vt viro obtemperaret, eiusque voluntati, ac legibus sese subijceret. Neque enim noua sponsa alio poterat venustius exornari, quam subiectionis, atque obedientiæ quodam veluti muliebri mundo: id enim *Axa etiam*, idest, *ornata, compositaque* significat. Vnde subiectio fæminæ erga virum pulchro illa significabatur velamine, quo nouæ nuptæ velari solebant. Quod Diuus Paulus. Potestatem appellat. *Ideo*, inquit, *debet mulier potestatem habere super caput propter Angelos*, 1. ad Corinthios cap. 11 n. 10. Ideo velamen capiti vxoris impositum significat eam imperio viri, potestatique sub. esse, vt Ambrosius. Chrysostomus, Theodoretus Diuus Thomas, & alij interpretantur. Potestatem itaque appellat velamen illud vxoriæ subiectionis index, vt notet sexus ille potestatem, honorem, principatũque mulieris esse viro obedire, eius iussa reuereri, capitique imponere, quo enim subiectior, atque obedientior, eo potentior, & honoratior. *Virtus*, inquit Chrysostomus, *eius, cui alius imperat, & honor est, manere in obedientia &c.* Deinde nullo velamine caput mulieris comptius exornari quam subiectionis, atque obediẽtiæ flammeo; nulloque alio ornamento Angelorum oculos magis allici. Ideo Paulus addit: *Propter Angelos.* Hæc enim subiectionis forma, hæc obedientiæ species Angelos capit.

2. Huc respicit Deus loquẽs de Republica Israelitica tãquam de sponsa, quam lege sua præceptisque ornauerat, vt illa velaminis instar, aut potestatis supra caput habe-

Marginalia: Filiæ preces ad patrẽ fortissimæ. — Obedientia vxoris venustas. — 1. ad Corinth. 11 n. 10. — Obedientia vxoris honor, & potestas. — *Ambr.* — *Chryso.* — *Theodor.* — *D. Tho.* — *Chryso.* Honor subditi obedire. — Obedientia Angelos attrahit. — *D. Paul.*

haberet. Denique sponsi sui dominationi, atque imperio subiectam sese agnosceret. *Indui te* In Hebræo. *Velaui te subtilibus*, Ezechielis c. 16. n. 10. Aquila: *Florido indumento.* Septuaginta: *Trichapso.* Quod Suidas: *Pannũ bombycinum, seu pretiosam vestem* interpretatur. Theodoretus vero recte quod mulierum capitibus imponebatur; illud ergo velamen subtile, sericum, floridum, ac pretiosum significabat Dei legẽ, ac iugum non solum tenue, leue, suaue, sed etiam floridum, honorificum, atque decorum sponsæ fuisse. Vide Prado, qui hæc explicat scite, & erudite. Eodem pertinent illæ coronæ, quibus sponsas redimiri mos erat, iuxta illud, *Veni de Libano, sponsa mea, coronaberis*, Canticorum c. 4 n. 8. Quo Deus per Ezechielem alludit. *Dedi*, inquit, *coronã decoris in capite tuo*, c. 16. n. 12. Theodoretus: *Coronã super caput impositam eam intelligit, quæ à pietate, & cultu legis, atque adeo ex omnibus bonis comparata sit &c.* Tantum ergo abest, vt legis, atque obedientiæ iugũ caput grauet, aut deprimat, vt illud potius eleuet, coronet, exornet auribusque vniones, ac monilia collo, ne quid decori desit, annectat. Vnde addit: *Dedi inaurem super os tuum, & circulos inauribus tuis*, numero 12. *Inauris*, inquit Origenes, *legis obedientia est.* Theodoretus: *Inauris significat doctrinam imponentem ornamentũ animæ, atque vim, quæ ad obediendum adducit &c.* Quo spectat illud Psalmi 39. n. 7. *Aures autem perfecisti mihi.* In Hebræo: *Perforasti*, vt fiat allusio ad consuetudinem fæminarum, quæ perforãt aures, vt inde prætiosæ Margaritæ dependeant: Ita ergo sponsæ Dei aures perforantur, vt præceptis, ac vocibus diuini Sponsi, tanquam inauribus, vel vnionibus exornentur. Vnde Clemens Alexandrinus: *Non alius*, inquit, *fuerit melior aurium ornatus descendens ad meatus, qui secundum animam, quam vera cathalictis, hoc est, quæ per auditũ suscipitur institutio. &c.* Pulchrè Tertullian. de cultu fæminarum eas alloquens. *Prodite iam vos medicamentis, & ornamentis extracta Apostolorum sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictæ oculos verecundia, & spiritus taciturnitate, inserentes inaures sermonem Dei, annectentes ceruicibus iugum Christi,*

Ezech. 16. n. 10. Floridũ mulieris indumentũ Dei lex. *Aquil.* *Septuag.* *Suid.* *Theod.* Dei lex iugũ floridum. *Prad.* *Cant.* 4 n. 8 Ezech. 16. n. 12 *Theod.* Pietas corona est. Obedientia corona. Ezec. 16 n. 12 *Orig.* *Theod.* *Psal.* 39 n. 7 Obedientia vnio pretiosa. *Clem. Alex.* *Tertul.* Optimus mulieris ornatus, & medicamentũ.

Christi, *caput maritis subijcite, & satis ornatæ eritis, &c.* Quare plebs Israelitica tunc inaures, tunc ornatum, ac decorem amisit, cum Dei legem, atque obedientiam Deo pactam violauit cum aurium ornamenta, scilicet Dei voces amisit. Ita loquitur idem Tertullianus aduersus Gnosticos: *Vrgetur,* inquit, *Aaron, iubet inaures fœminarum suarum in ignem conferri, amissuri enim erant in iudicium sibi vera ornamenta aurium, Dei voces &c.*

In ornatus qui legē Dei violat.

Tert. in Gnost.

3. Itaque obediētia animæ speciem, sponsæ pulchritudinem conciliat, vt eleganter prosequitur Diuus Chrysostomus homilia in illud: *Astitit Regina. Pulchritudo,* inquit, *animæ pendet ab obedientia erga Deum: anima enim, quāuis deformis, siquidem obtemperauerit, Deo speciosa redditur. Saule, Saule quid me persequeris. Ille vero, quis es Domine? Obediuit, & obedientia ipsa deformem prius animam apprime formosam reddidit &c* Neque aliam dotem á desponsata sibi animā Deus exigit. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam,* Psalmo 44 num. 11. Idem Chrysostomus: *Hæc* inquit, *tua dos sunt &c.* Vnde etiam legis tabulæ scriptæ digito Dei Exod. cap. 31 nu. 18. Tabulæ fuerunt dotales, quas idem confregit Moyses cap. 32 nu. 19. quia vt ait Theodoretus q. 68. *Existimauit populum non esse dignum legislatione diuina; cum enim tabulæ eiusmodi dotalium instrumentorum formam haberent, sponsa vero in ipso limine thalami nuptialis ad committendum adulterium declinauerit, iure profecto dotales literas effregit* Hæc satis, vt ostenditur Axam, dum sponsi dicto audiens est, obedientiæ dote locupletiorem, imo comptiorē, atque elegantiorem, vt nomen indicat, se præbuisse.

Chryso. Obedientia animę pulchritudo.

Dos animæ diuina lex.

Psal. 44 *n.* 11

Chryso

Exod. 31 *n.* 18

c. 32. *n.* 19

Theodor. q. 68

Quæ cum suspirasset, &c. dixit ei Caleb quid habes. Eodem versu.

VT viam petitioni Axa præstrueret, altum suspirium traxit, quo pater cōmotus, quid haberet, interrogaret. Puduit enim ingenuam fœminam priorem loqui. Ita Abulensis q. 15. *Quod ipsa inciperet petere, nullo præcedente verbo patris, erat sibi magnus rubor: ideo voluit inducere patrem vt prius loqueretur, &c.* Est vero ingenuitatis fœmineæ, & inuitam, & poste-

4. Pudor fœminæ in loquendo.

Abul. q. 15

poſteriorem loqui. *Hic enim debet eſſe fœminarum ſermo*, inquit Hieronymus ad Celantiam, *moderatus, & parcus, vt qui neceſſitatem magis indicet, quam voluntatem, &c.* Prius Angelus bis locutus, quam beatiſſima Virgo ſemel Lucas cap. 1. Prius Moyſes. qui tacitus aperuit mare, vt ait Ambroſius in Pſalmo 38. Et filij Iſrael carmẽ Domino cecinerunt, quam Maria, cæteræque mulieres egrederentur in cantus Exodi cap. 15. n. 20. Rupertus lib. 3 in Exodo cap. 36. *Pulcher narrationis ordo, prius Moyſes cum viris, deinde Maria cum mulieribus vnum, idemque canticum canit, &c.* Eadem vero vbi primas in loquendo occupauit, pœnam non effugit: *Locuta eſt Maria, & Aaron contra Moyſem*, Numerorum cap. 12 nu. 1. Vbi primo ponitur Maria locuta, quam Aaron, & ideo fortaſſe primo mortua eſt. Vnde Procopius: *Primo fatis defungitur ea, quæ plus reprehenſionis habuerat, eo quod contra Moyſem quiddam auſa fuerit &c.* Licet Ambroſius ad prolixitatem ſermonis eam pœnam referat. In Lucam 2. *Eadem, inquit, vbi prolixius eſt locuta cum fratre, nequaquam ſui pœnã ſermonis euaſit, &c.* Si Eua prior Adamo non loqueretur, ſeducta forte non fuiſſet 1. ad Timotheum cap. 2 n. 14 *Vicißemus*, inquit Ambroſius in Pſalmo 38. *ſi Eua tacuiſſet, ergo primum illud proceſſit ex voce peccatum, & ſerpẽs ille nequiſſimus, atque verſutus per vocem nos antea tẽtauit &c.* Quare merito Diuus Paulus ibidem docere mulieri non permittit, ſed eſſe in ſilentio, cum ob alias cauſas, tum ne prima loquatur, quod docentis eſt: vt etiam colligitur ex ratione, quam ſubdit Apoſtolus, Adã enim prius formatus eſt, deinde Eua, quaſi dicat homo qui prius formatus, prius loquatur; mulier vero, vel in ſilentio diſcat, vel in loquendo poſteriores habeat partes.

Hieron. ad Celãt. Mulier ſola neceſſaria loqui debet. Luc. 1 Poſterior ſit in loquendo. Ambroſ. Pſal. 38 Exod. 15 n. 20 Rup. lib. 3. in Exod. c. 36 Num. 12 n. 1 Pœnas dat ſi prior loquitur. Procop. Amb. in Luc. 2 Multiloquia puniũtur. 1. ad Timoth. 2 n. 14 Amb. in Pſ. 38 Idem.

5 Prudenter igitur Axa ſuſpirat, tum ne primam, ſed coactam ad loquendum ſe ſignificet, tum vt ſuſpirio, ac taciturnitate pudorem commendet. Nam vt ait Ambroſius 3. de Virgine: *Pudor ornat Virginitatem, taciturnitas commendat pudorem, &c.* Et pudoris coccinum, cum labiorum ſilentio ſcite coniungitur. *Vitta coccinea labia tua*, Canticorum cap. 4 n. 3. Vt enim vitta crines, ita labia, ne diſſoluta fluant verba

Pudor Virginis ornatus. Amb. 3 de Virg. Cant. 4 n. 3 Silentiũ pudoris cuſtos.

Richard. de sanct Victor.

Silentiū Virgines ornat, ac defendit.

Ambr.

verba constringunt, vt Richardus de sancto Victore interpretatur: nec cuilibet vittæ comparātur, sed coccineæ, quia pulchrior, & preciosior: ita silentium fæminam ornat, ac tegit pudorē, vt de Susanna dixit Ambrosius: *Accusabatur, & tacebat, silentio se tegebat, ne nudaret pudorem &c.*

6

Verecunda petitio fortissima.

Ioan. 2 n. 3

Bern. de grad. humil.

Neque Axa spe sua frustrata est, nam dum ingenuo pudore silet, magis audita est; & quod verbo fortasse non posset, verecūdia impetrauit. Ita Virgo Sanctissima in nuptijs Canà dum verecunde petit, primum extorquet à Christo miraculum: *Vinum*, inquit, *non habent*, Ioannes cap. 2. n. 3. Bernardus de gradibus humilitatis: *Quam breuiter, quam reuerenter sugessit, vnde pie fuit sollicita, & vt discas in huiusmodi magis pie gemere, quam præsumptuose, pietatis æstum pudoris temperans vmbra, conceptam precis fiduciam verecunde supressit &c.* Ita etiam Martha, & Maria sorores, defūncto Lazaro vitam dum verecunde orant, exorant. *Domine*, inquiunt, *veni, & vide*, Ioannes cap. 11. n. 34 Idem Bernardus: *O sanctæ mulieres Christi familiares si fratrem vestrum amatis, cur eius misericordiam non flagitatis, de cuius potentia dubitare, pietate diffidere non potestis. Respondēt sic melius tanquam non orantes eramus, sic efficacius tanquam diffidentes, confidimus: exhibemus fidem, perhibemus affectum. Denique quod nostris meritis deest verecūdia fortasse supplebit &c.* Paulus quoque, aīt Ambrosius lib. 1. de Officijs cap. 17. *mulieres orationem deferre præcepit cum verecundia, & sobrietate primam hanc, & quasi præuiam vult esse orationis futuræ; vt non glorietur peccatoris oratio, sed quasi colore pudoris obducta, de recordatione delicti, eo vberiorem mereatur gratiam, &c.* Nam vt supra ait: *Silentium quoque ipsum, in quo est reliquarum virtutum otium, maximus actus verecundiæ est &c.*

Idem. Ioan. 11 n. 34

D. Bern.

Amb. lib 1. de Offic. c. 17.

Oratio verecūdia maiorem gratiam accipit.

Silētium virtutum otium.

Silētium maximus verecundiæ actus

7

Abul.

Petere grauissimū nobilibus ingenijs.

Senec.

Gen. 50 n. 4

Deinde suspirauit Axa, vt Auctor est idem Abulensis, quia petere cogebatur, grauissimum id nobilibus ingenijs, quibus petere est oppetere, *Durum enim illud verbum ingenuis animis. Rogo*, inquit Seneca; Ioseph, cui tantum apud Pharaonē licebat, parentis cadauer extra Ægyptum elaturus, veniam à Pharaone postulare non ausus, aulicos adhibet deprecatores. *Si inueni*, inquit, *gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis*

raonis, Geneſeos cap.50 n.4. Cur per illos rogat, quod per ſe facilius impetraret? Præter alias rationes factũ id crediderim à Ioſeph ob inſitam illam ingenuis animis petendi difficultatem, qui ne ab ijs quidem, apud quos gratiſſimi ſunt, petere quidpiã per verecundiam audent. Gratioſiſſimi Chriſto erant Iacobus, & Ioannes, locum tamẽ dextræ, ac ſiniſtræ petituri, matrẽ ſubornant, *Acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi*, Math. c.25 n.20. *Vt pudorẽ effugiãt*, inquit Maldon. Hinc licet colligere quãta debeat cura pauperibus ingenuo loco natis ſubueniri, cũ Axæ pudori fuerit agelli partẽ, vel ab ipſo parẽte, poſtulare. Quod cõſiderandũ ijs, qui eleemoſinas largiũtur, monet Ambroſ. 1. de officijs c.3, *Conſideranda*, inquit *in largiendo ætas, atque debilitas; nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales &c.*

Idem.

Mat. 25 n.20

Mald.

Pauperibus nobilibus maxima cura ſubueniendum

Amb. 1 de Offic. c. 3

Verecundia nobilitatis nota

8 Tandem eo ſuſpiriũ tendebit, vt voti magnitudinem produceret, atque ita facilius animũ parentis inflecteret deſiderij clamãtis affectu. Vnde Ioſue c.15 n.8 (vbi hæc verba per prolepſim referuntur) legunt, Septuaginta, *Exclamauit*. Animarum enim clamor magnũ eſt deſideriũ, vt notum ex Gregorio 2. moraliũ c. 6: *Habent ſuas voces affectus, per quas ſe, etiã cum nolunt, produnt*, inquit Bernardus in Cãtica ſermone 67, & 74. Numquid non deſiderium vox? & valida. *Deſiderium pauperũ*, inquit, *exaudiuit Dominus*, Pſ. 9 n,38, in quẽ vide Lorinum. Alij ex Hebræo vertũt: *Inclinata eſt, ſeu deſilijt, vel conflexit ſe deſuper aſino.* Quod nõ tã fictũ animi deliquiũ, vt vult Caietanus, Ioſue c. 15, quam humilem, ac reuerentem ſignificat corporis habitum, quo patrem filia redderet exorabilem. Sic Abigail, vt furentem Dauidis animum emolliret, vitamque marito impetraret, *Feſtinauit, & deſcendit de aſino, & procedit coram Dauid ſupra faciem ſuam*, 1 Regum cap.25 n 23, Lyranus: *Deprecatio Abigail oſtenditur acceptabilis, ex ſui humilitate &c.* Et Auguſtinus: *Suppliciter rogauit, flexit, & à mariti ſanguine reuocauit*: Ita & Rebeca, *conſpecto Iſac, deſcendit è camelo*, Geneſ. c.24 n,64, Lyranus, *Vt faceret ei reuerentiã &c.* Rachel vero camelo inſidens corãpatre Labã, ne illũ minus reuereri videretur, morbum cauſata eſt.

Ioſue 15 n. 8

Septuag.

Deſiderium, anima rũ clamor

Greg. 2 mor, c. 6

Bern, in Cãt, ſer. 67 & 74

Deſiderium validæ vox

Pſal, 9 n, 38

Lorin,

Corporis homiliatio iuuat ad preces

Caiet, Ioſue, 15

1 Reg. 25 n,23

Lyran, Idem

Auguſt,

Gen, 24 n,64

Lyran,

Reuerentia in parentes; vſque ad aras

Ne irascatur, inquit, *Dominus meus, quod coram se aßurgere nequeo*, Genesis cap. 31 nu. 35. Diuus Ambrosius: *Nemo credat paternam læsam reuerentiam, quod, stante patre sedit, quoniam scriptum est. Qui plus diligit patrem, aut matrem, quam me, non est me dignus, vbi agebatur Religionis causa, fides debuit habere sedem iudicij, & quasi rea stare perfidia, &c.* Hoc igitur supplici, ac reuerenti corporis habitu parentis animum Axa vsque adeo demerita est, vt votis annuerit, preces audierit, Ecclesiastici cap. 3 n. 6. Ita Christus dicitur â Diuo Paulo exauditus pro sua reuerentia. Ad Hebræos cap. 5 num. 7, quam super omnes habebat ad Deum, vt explicat Diuus Thomas. Patrem vero sicubi maxime, reueritus est in horto, cum procidens in faciē suā orauit, Matthæi cap. 26 n. 39: *Nam ob eam causam præsertim orauit*, vt Author est Damascenus lib. 4 c. 19, *vt patrem á quo originem ducebat, honore afficeret &c.* Et in cruce, cum inclinato capite emisit spiritum, Deum prius voce magna ciens: *Eli, Eli lamasabacthani*, Matthæi c. 27 n. 46. Chrysostomus: *Hac vsus voce, vt fieret manifestū Patrem ab eo ad extremum vsque spiritum honorari &c.*

Gen. 31 n. 35

D. Amb.

Christus orat cum reuerentia

Eccles. 3 n. 6

Ad Heb. 5 n. 7

D. Thom

Filij honorantes parētes.

Mat. 26 n. 39

Damasc. lib. 4 c. 19

Mat. 27 n. 46

Chryso.

9 Pretium huius reuerētiæ tulit Axa, quam petierat benedictionem: *Da mihi, in*quit, *benedictionem*, quæ reuerentes filios manet, vt irreuerentes maledictio. Chan, qui adeo irreuerens fuerat in Noe parentem, graui ab eo maledictione percutitur. *Cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor; ait, maledictus Chanaan*, Geneseos cap. 9 num. 24. Procopius: *Chan, quia in suum deliquerat parentem punitus est in filio, qui maledictionis expertus est aculeos, &c.* Et vt notat Rupertus lib 4 in Genesim capit. 37: *Minorem quoque illum appellat, cum fuerit natu medius, inquam, non tam ætate, quam pro vitio, vel morum integritate, &c.* Contra vero Sem, & Iaphet patris reuerentia nobiles amplissimè benedicuntur: *Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius, dilatet Deus Iaphet*, num. 26. quia vt ait Lyranus: *Sicut irreuerentia paterna meretur maledictionem, ita reuerentia benedictionem, &c.* Iuxta illud Ecclesiastici c. 3 num. 10: *Honora patrem tuū, vt superueniat tibi benedictio.* Ea filios Diuus Paulus ad honorandos parentes inui-

Filij irreuerentes maledicti.

Genes. 9 n. 24

Procop.

Rup. lib. 4 in Gen. c. 37

Reuerentes benedicti.

Genes. 9 n. 26

Lyran.

Eccles. 3 n. 10

tat: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram*, ad Epheſios cap 6 num. 2. ſeu quia vt ait Abulenſis Exodi cap. 20 q. 20. *Plus vixiſſe videbitur qui honorauit parentes, & cito raptus eſt, quam qui, eos non honorans, longo tempore vixit, &c* Seu vt magis literam explicat Diuus Thomas: *Quia filij merentur vitæ conſeruationem, quãdiu parentes honorantur &c.* Dicitur vero mandatũ primum in promiſſione, quam in decalogi præceptis adiunctam habet, vt videre eſt apud Iuſtinianum, & Cornelium. Vel primum, quia caput ſecundæ tabulæ, vel proximum primæ in qua præcepta de Deo colendo: *Ratio eſt*, inquit citatus Abulenſis, *quia ſunt nobis vt Dij.* Vnde Philoſophus 2 Ethicorum parentes, ac Deos confert quaſi eodem pene loco, ac numero habendi, colendi, adorandi. Meritò ergo Axa parentis, quaſi ad numinis pedes prouoluta ſupplicibus illum ſuperat votis, atque obtinet benedictionẽ.

Ad Eph. 6 n. 2

Plus viuit honorans parentes.

Abul Exod. c. 20 q. 20

D. Thom

Iuſtinia. *Cornel.*

Patres filijs vt Dij.

Abul.

Ariſt. 2 Ethic.

10 *Text.* Benedictio, i. munus.

At quam benedictionẽ. *Da mihi inquit benedictionem*, ideſt munus, beneficium, donum. Id enim ſæpe ſignificat benedictio. *Suſcipe benedictionem, quam attuli tibi*, Geneſeos cap. 33 num. 11. Et 1 Regum cap. 25 num. 27. Et 4 Regum cap. 5 num. 15: *Imples omne animal benedictione*, Pſalmo 144 num. 16. *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*, 2 ad Corinthios cap. 9 num. 6. Id eſt: *In eleemoſinis, in beneficentia*, vbi Theophilatus exiſtimat ea voce hilarẽ ſignificare eleemoſinam. *Benedictio*, inquit, *eſt quod datur. Nemo autem benedictionem dans contriſtatur &c.* Quia vero benedicere vſitato Hebraiſmo, id eſt, quod augere, vel multiplicare, vt videre licet apud Genebrardum in Pſalmo 106. fit vt benedictio, ſeu eleemoſina eo auctior ſit, quo hilarior: nã vt ait Chryſoſtomus: *Si alacriter demus, duplex erit eleemoſina, & quia damus, & quia hilariter damus.* *Contra vero*, inquit Auguſtinus in Pſalmo 42, *ſi panẽ dederis triſtis, & panem, & meritũ perdidiſti &c.* Deinde benedicere proprium Dei eſt, cũ cius benedicere ſit benefacere. Ad Deum igitur propius accedit, qui hilariter clargitur. *Nihil facit*, inquit Iſac Præsbiter, *ita appropinqua*re

Gen. 33 n. 11

1 Reg. 25 n. 27 *4 Reg. 5 n. 15*

Pſ 144 n. 16

2 ad Corinth. 9 n. 6

Theoph. Sit hilaris eleemoſina.

Benedicere, i. augere, multiplicare.

Genebr. Pſ. 106 Eleemoſina hilaritate augetur.

Chryſoſ. Triſtitia perditur.

Augu. in Pſal. 42 Dei benedictio, beneficium eſt.

Iſac Præsb. Eleemoſina Deo propinquos facit.

2 ad Corinth. 9 n. 7
Salm.
Hilariter dantes Deo similes.
Genes. 4 n. 4

re Deo vt eleemosina &c. Idcirco *hilarem datorem diligit Deus,* 2. ad Corinth. cap. 9 n. 7, Vbi Salmeron: *Diligit Deus hilariter dãtes, tanquã sibi similes &c.* Propterea respicit ad Abel, idest ad hilaré, ac bonũ illius animũ, & munera eius, Geneseos cap. 4 n. 4. Hac igitur animis hilaritudine munificus pater supplici filiæ dedit benedictionem, quam subdit sacer contextus. *Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius,* idest fundum irriguum, non in locis tantum editionibus, sed etiam in planis. Quod non exiguum beneficium in terra Chanaan, quæ arens, & siticulosa: de qua Moyses. Deuteronomium capitu nu n. 10: *Terra, ad quam ingredieris possidendam, non est sicut terra Ægypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa est, & campestris, de cælo expectans pluuiam,* qua in re inquit Oleaster: *Pulchre docemur tanto melius nobis esse, quanto fuerimus magis ad oculos Domini suspensi: Terra enim, quæ imbrem de Cælo expectat, magis timet Deum offendere, ne pluuiam prohibeat terræ opportunam &c.* Vide ibidem Abulensé, & Gregoriũ

Text. n. 15
Terra Chananarida
Deuter. 11 n. 10
Oleast.
Siccitas telluris peccata coercet
Abul.

in Dialogo lib, 8 c. 14, vbi mystice per irriguum superius lachrymas, quæ Regni cælestis desiderio, per inferius illas, quæ inferni metu profunduntur, intelligit.

Greg, in Dial. lib. 3 c, 14
Lachrymæ in irriguis Caleb significatæ

Filij autem Cinæi cognati Moysi ascenderũt de ciuitate palmarum cum filijs Iuda in desertum fortis eius.

Vers. 16.

1

IEthro Moysis socer alio nomine Cin dicebatur á quo eius posteri Cinæi dicti, qua occasione ad Hebræos cõmigrauerint vide apud Abulensem q. 17. Magno semper habiti in honore propter Iethro, qui vtilissimum Moysi consilium dedit Exodi cap, 18 n, 19. Eius beneficij memor Saul, cum bellũ pararet in Amalec dicit Cinæo: *Abite, recedite, atque descendite ab Amalec, ne forte inuoluam te cum eo: tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel, cum ascenderent de Ægypto,* 1 Regum cap, 15 n, 6. Caietanus, *Saul gratus beneficijs receptis monet, vt recedendo se saluet. &c.*

Abul, q. 17
Exod, 18 n, 19
Gratitudine soluitur misericordia
1 Reg, 15 n, 6
Caiet.

Dicun-

Abul. q. 15 *Ex pro auorum meritis poſteri donātur.* *Dicuntur vero Cinæi feciſſe miſericordiã*, inquit Abulēſis q. 15 *quia proaui eorũ fuerint &c.* Adeo memores antiqui beneficij erãt Iſraelitæ, vt quã gratiã Cinæo ipſo non poterant, filijs eius, poſteriſque referrent. Atque ita etiam in veteri beneficio noua ſemper gratia recenſque memoria. Ita docuit Deus filios Iſrael, prohibēs in perpetuum cõmunicare cum Amonitis, & Moabitis; cum Idumeo, & cum Ægyptio poſt tertiam generationem conuerſari iubens: *Beneficia nũquam abolēda.* *Deut. 23 n. 7* *Non abominaberis*, inquit, *Idumæum, quia frater tuus eſt: nec Ægyptium, quia aduena fuiſti in terra eius*, Deuteronomi cap. 23 n. 7. Theodoretus q. 26: *Theod. 26* *Vrgente enim fame patres noſtri acceperunt ab Idumæis alimenta. Lex igitur docet nos antiqui beneficij non obliuiſci &c.* Id, quod *Vrbanorũ eſt beneficiãnõ obliuiſci.* vrbanitas ac ciuilitas exigit. Vnde Deus mirabilis dicitur in ſanctis ſuis Pſalmo 67 num. 36: *Pſal. 67 n. 36* *In ſanctis glorioſus, mirabilis in maieſtate faciens prodigia*, Exodi cap. 15 num. 11. *Exod. 15 n. 11* Quia ſancti Viri, vt Vrbani, atque Ciuiles antiqua Dei beneficia mirari ſolent, atque rimari: Carnales vero, ac ſimplices, vt agreſtes, & inurbani ad noua tantum Dei miracula obſtupeſcunt. Ita interpretatur Diuus Gregorius ad illa verba: *Factum eſt miraculum in caſtris per agros* 1 Regum cap. 14 num. 15. *1 Reg. 14 n. 15* *Agreſtes obliuiſcũtur.* *Gregor.* *In comparatione*, inquit, *ſanctorum, velut agreſtes homines ſunt, qui tot conditoris antiqua opera, tot diſpoſitiones temporum, & tot ordines creaturarum mirari neſciunt*, Nõ ita Vrbaniſſimus Dauid, qui de ſe. *Cogitaui*, inquit, *dies antiquos, & annos æternos in mente habui*, Pſ. 76 n. 6, *Pſal. 76 n. 6* id eſt, *ea qua olim Deus beneficia maioribus præſtitit*, vt explicat Genebrard. *Genebr.* vt ergo Iſraelitæ antiqui beneficij memores, atque adeo vrbanos ſe ſe oſtēderēt, Cinæos in partē ſuæ hæreditatis aſciſcũt, & quæ opima, ac prima habebãt, beneuole tribuunt: quēadmodũ Moyſes promiſerat Hobat Iethronis filio, *Num. 12 n. 32* *Cumque nobiſcum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus eſt Dominus, dabimus tibi*, Numerorũ cap. 12 n, 32. Huius promiſſionis velut pignus ijs dederunt agros Ierico (quæ hic palmarum ciuitas dicitur) totius regionis amæniſſimos.

2 Sed cur Cinæi vrbem amæniſſimam deſerunt, vt in deſerto Arath tentoria

Deliciæ animos eneruāt.

figant? Primo vt amænitates, ac delitias fugiant, quæ solent animum eneruare, aut deuorare. Quo sensu terra Canaan deuorare dicitur habitatores suos Numerorum cap. 13 num. 33. Quia delicijs omnes nimis eneruabat, eorumque vitã incidebat, vt nonnulli existimant apud Serarium 1. Iosue cap. 8 q. 5. Vnde Iacob timet descendere in Ægyptum ad quem Deus propterea: *Noli*, inquit, *timere descendere in Ægyptum*, Geneseos 46 n. 3. Timebat enim filijs suis amænitatẽ, felicitatemque Ægypti vt videri potest apud Iosephũ 2 antiquitatũ cap. 7. Propterea etiam Deus nullum circa, aut iuxta templum nemus plantari voluit: *Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini*, Deuteronomij cap. 16 nu. 21. *Quia*, vt ait Philo lib. de Monarchia *rerum templum, non amœnitates postulat, sed seueram castimoniam, &c.* Quia vero Salomon lucis, ac nemoribus cõsitis altaria dijs extruxit, tantam venit in amentiam. *Nam*, vt loquitur Chrysostomus Epistola 56. *dum in curis, & perturbatione fuit, illa visione dignus est habitus; vt vero nactus est delitias in ipsum malitiæ baratrum delapsus est.* Ne ergo Cinæi Ierico delitijs corrumperẽtur, illo mutato, in solitudinem se recipiũt: vt enim ait Seneca Epistola 51. *Non tantum corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus, atque id agere, vt irritamenta vitiorum quam longissime profugiamus*

Num. 13 n. 33

Serar. 1 Iosue 8 q. 5

Gen. 46 n. 3 Timẽdæ deliciæ.

Ioseph. 2 antiq. c. 7 Vitanda amœnitas nemorũ.

Deut. 16 n. 21

Philo 2 de Mon.

Chrysost. Epist. 56 Deliciæ in baratrũ detrudunt.

Senec. Epist. 51 Deliciæ irritamẽta vitiorum.

Secundo in desertum Arath Cinæi, contempta vrbe cesserunt, vt ibi diuinæ legis studio (docente vt volunt Hebræi Othoniele) Deoque liberius vacarent. Quam viuendi consuetudinem hæreditario veluti iure accepisse videntur a Iethro, vel etiam Moyse, qui vt ait Procopius Epithome in Isayam: *Quadraginta annis in Ægyptiorum disciplinis educatus simulato gregis pascendi studio in solitudines secessit, in quibus rerum contemptor vacaret: vnde ad hominum curam aduocatur inuitus, &c.* Eamque Diuus Gregorius lib. 23 Moralium cap. 20. causam reddit, Cur Deus Moysi tam sero apparuerit. *Postquam*, inquit, *in desertum fugit, dum illic quadraginta annis degit quasi ab inquietis desideriorum terrenorum tumultibus obdormiuit, & ideo diuinam vocem percipere meruit, &c.* Nõ enim ad

3 Liberius Deo vacamus in solitudine.

Procop. Epit. in Isai

Gregor. lib. 23 Moral. c. 20. Solitudo Dei cõspectũ meretur.

ad tantam Dei familiaritatem niſi per ſolitudinem peruen iſſet; quemadmodũ & Elias, de quo idem Procopius: *Non niſi poſt infinitas ſolitudinum peragrationes Deo dignus eſt habitus Elias, &c.* Solitudo enim ex homine Deum facit: *Quam,* inquit Nazianzenus Oratione 1, *velut ſociam, & administram, diuinæque ſubiectionis parentem, atque adeo diuinitatem afferentem mirifice ſuſpexerant, &c.*

Procop.

Solitudo homines Deos reddit.

4 Ab his Cinæis orti filij Rechab, 1 Paralipomenon cap. 2 num. 55. Solitudinis vſque adeo amantes, vt ſi quando in vrbem venire cogebantur, quaſi in carcerem detrudi viderẽtur, qui vt loquitur Hieronymus Epiſtola 8, ad Paulinum: *In tabernaculis ſemper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus Hieroſolimam intrare compulſi, hanc primi captiuitatem ſuſtinere dicuntur, quod poſt ſolitudinis libertatem vrbe quaſi carcere ſũt recluſi &c.* Hinc eſt, ut idem Hieronymus vrbem carcerem, ſolitudinem libertatem, aut paradiſum frequẽs appellet Sic enim ad Eliod. Epiſtola 1: *Quid agis frater in ſæculo, qui maior es mundo: Quandiu te tectorum vmbræ premunt? Quandiu fumoſarum vrbium carcer includit, &c.* Et in Epitaphio Fabiolæ: *Romana,* inquit, *cernens mænia incluſam ſe eſſe plangebat, oblita ſexus, fragilitatis immemor, non poterat teneri conſilijs amicorum, ita ex vrbe quaſi de vinculis geſtiebat erumpere*, & in Regula Monachorum: *Mihi oppidum carcer, & ſolitudo paradiſus &c.* Contra vero libertas per deſertum ſignificari ſolet. *Adducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius,* Ozeæ cap. 2 n. 4. *Adducam vos in deſertum populorum,* Ezechielis cap. 20. n. 85. Ideſt liber tate donabo, ac ſui iuris Rẽ publicam faciam; nam deſertum ſymbolum eſt liber tatis, vt oppidum ſeruitutis, vt videre licet apud Pradum ibidem.

1 Paral. c. 2 n. 55

Vrbs carcer.

Hieron. Epiſt. 8 ad Paul.

Solitudo libertas.

Paradiſus.

Hier ad Heliod. Epiſt. 1

Idem in Epitaph. Fabiol.

Vrbs vincula.

Idem in Regula Monach

Solitudo paradiſus.

Solitudo libertas.

Ozeæ 2 n. 4

Ezec. 20 n. 85

Oppidũ ſeruitus.

Prado

Vocatumque eſt nomen vrbis Horma, ideſt anathema.

Verſ. 17. & 18.

1 Sexta victoria, capta vrbs Sephath, cui ab excidio nomen inditum *Horma* à verbo *haram*, quod eſt excidit, occidit; vel à nomine, *herem*, ideſt votũ.

Septuaginta vertunt *anathema*; quo res Deo vota ita consecrabatur, vt deleri ponitus, occidiue deberet, cuius exemplũ habetur Numerorum cap. 21 num. 2. Vide Serarium in Iosue cap. 6 quæst. 33. Oleastrum Leuitici vlt. Toletum, Iustinianum, Corneliũ ad illa verba Diui Pauli: *Optabam ego ipse anathema esse à Christo*, ad Romanos cap. 9 n. 3, vbi multa de hac voce erudite.

Num. 21 n. 2

Serar. in Iosue 6 q. 33

Oleast.

Tolet.

Iustin.

Cornel.

Ad Rom. 9 n. 3

2 Quæ à Deo accipimus, ei deuouea mus.

Quæritur, cur hæc ciuitas subiecta fuerit anathemati? Non displicet Abulensis q. 19. conijciens, ideò Deo deuotam, traditamque internecioni, quia sine sanguine, sine labore vllo victoria obtigerat, Deo suppetias eunte. Eãdẽ fuisse causam cur Deus Ierico anathema esse voluerit, Iosue c. 6 n. 17. Indicat ibi Theod. q. 6: *Patefecit*, inquit, *eis potentiam suam in vrbe prima capienda sine armis, aut machinis, quæ desoluta est solo tubarum sonitu, vt cum in acie vincerentur, agnoscerent, se succumbendi occasiones, nempe diuinas leges, contemnentes &c.*

Abul. q. 19

Iosue 6 n 17

Theod. q. 6

3 Impiorũ excidiũ Deo munus est.

Cur vero Sephaat domus dono, vel conseruata Deo dicitur, si deleta, si excisa, si internecioni tradita est? Nã quæ anathemati addicebãtur, Domini esse dicebantur Iosue cap. 6 num. 17. vbi Serarius quæst. 33. *Dari*, inquit, *Deo ista dicuntur quia in ipsius honorem, ac reuerentiam veluti nefasta; ac scelerosa tolluntur, ac in nihilum rediguntur, &c.* Nullum enim gratius Deo munus, hostia, lucrũ, quam impiorũ interitus, ac punitio; vnde Moyses ad Leuitas, qui impios occiderãt: *Cõsecrastis hodie manus vestras Domino*, Exodi c. 32 n. 29 In Hebræo: *Implestis*. Id est, vt explicat Oleaster, *Tã gratum est Domino opus, quod fecistis, ac si impletas muneribus manus Deo offerretis &c.* Vel cõsecrasse Deo manus dicũtur, *quod interfectio illa fuerit*, vt loquitur Caiet. *tãquã cõsecratio manuũ eorũ sũmo Deo &c.* Neque enim impiorũ sãguis manus impiat, sed expiat, & cõsecrat, vt videre est in facto Phinees Numerorũ cap. 25. de quo Chrysost. *Phinees, qui virum simul cum muliere sustulit, sacerdotio honoratus, adeo non inquinauit manum sanguine, verũ etiã puriorem reddidit &c.* Victoria enim, ac sacrificium Deo acceptissimũ est iniquorũ immolatio. *Victima Dñi est in Bosra. Et interfectio magna in terra Edom* Isaiæ c. 34 n. 6.

Iosue 6 n. 17

Serar. q. 33

Gratissima Deo hostia impios punire.

Exodi 32 n. 29

Oleast.

Caiet.

Impiorũ sanguis manus nõ scelerat.

Numer. 25

Chrysost.

Isai. 34 n. 6

Quo

Forer. Dies feſtus Deo, quo infideles delentur.

Zach. 9 n. 15

Cyril. Alex. Infideliũ mors ſuauis odor Deo.

Sopho 1 n. 17

Pined. 1 Iob verſ. 3

Chriſti lucrum.

Bern. ad mil. tem. c. 3

Quo innuit, inquit Forerius, *occiſionem impiorum acceptum ſacrificium Deo eſſe, & diem, quo delentur infideles, eſſe diem feſtũ Deo &c.* Ita loquitur Cyrillus Alexãdrinus ad illa verba Zachariæ, *Ebibent ſanguinem eorum ſicut vinum, & implebunt vt phialas altare*, cap. 9 n. 15. *Offerent*, inquit, *phialas ſanguine occumbentium plenas, vt libationem aliquam ad altare. Eſt enim ſuauis odor Deo, & acceptabile ſacrificium errantes ſaluari prohibentiũ intẽtus &c.* Eundẽ ſenſum habent verba illa Sophoniæ: *Iſta es dies Domini, præparauit Dominus hoſtiam*, ca. 1 n. 17. De quibus vide Pinedam 1 Iob verſ. 3. Tandem impiorũ interitũ Chriſti lucrum vocat Bernardus ad milites templi c. 3. loquens de milite Chriſtiano: *Sane*, inquit, *cum occidit malefactorum, non homicida, ſed vt ita dicam, malecida, & plane Chriſti vindex in his qui male agunt; mors ergo, quã irrogat, Chriſti eſt lucrum. quã excipit, ſuum &c.* Igitur Iſraelitæ cum impios occiſione occiderunt anathema, Ideſt gratiſſimum Deo donarium, ſacrificium, ac lucrum obtulerunt.

De ijs plura inferius.

Fuitque Dominus cum Iuda, & montana poſſedit, nec potuit delere habitatores vallis &c.

Verſ. 19.

1 Deo fauẽte certa victoria

Theod. q. 5

Mari vicini miſericordes.

Ad venarũ cõuerſatio mores corrumpit.

HÆc vltima victoria, quam Iudas, vt reliquas hactenus enumeratas feliciter confecit, quia Dominus fuit cũ illo, hoc eſt operi illi, veluti cõmilitans præſentiſſimam tulit. Verũ qua ratione dicitur Dominus fuiſſe cũ Iuda, ſi vallis habitatores, curruſque falcatos delere non potuit? Theodor. hic q. 5. *Exiſtimat Rechab piiſſimum virum, tribus Iudæ autorem fuiſſe, vt vallem fugerent: tum propter incolarum impietatem, tum ob vicinum mare, ſiquidem qui mari ſunt proximi, adnauigantes, è longinquis regionibus excipiunt. At qui conuerſatio cum extraneis ducta, iuſtam viuendi rationem corrumpit &c.* Deceptus tamen videtur vicinia vocum Hebraicarum Rechab, & Recheb, id eſt currus, quæ vox hic ponitur.

Melius igitur Auguſt. q. 5. exiſtimat eo ipſo Dominũ fuiſſe

Dei bene ficiũ, tollere victorias, ne extollamur.

August. q 5

fuisse cum Iuda, quod vallis habitatores delere non potuit: *Quis enim*, inquit, *non intelligat, etiam hoc ipsum ad id pertinuisse, quod erat Dominus cum Iuda, ne totum repente obtinendo extollerentur*. Et infra: *Cur autem timuerit, cum quo Dominus erat, si quæritur: hoc est, quod prudenter intelligendum est, restringere Deum propitium, etiam in cordibus suorum nimiæ prosperitatis excessus, vt in vsum eorum conuertat inimicos, non solum quando vincuntur, sed etiam quando metuuntur*. In eadem sententia eisdem pene verbis est Hugo. Itaque Deus superbiam magis, quam hostem suis timens, Iudæ tribum, quæ hactenus viam palmis, victorijsque constratam in offenso pede decurrerat, hostili timore compescit: ne vane elata præcipitetur in abrupta superbiæ. Quod non mediocre beneficium fuit. Ideoque cum Iuda fuisse Dominus dicitur, qui solet interdum, ne quo gloriolæ vento capiatur, tristia lætis, infirma fortibus, aduersa secundis, in fausta miscere felicibus.

Hugo. Plus, quã hostes, superbia timẽda.

Maxime Deus cauet, ne superbiamus.

3 Gaudia, ne superbiamus, intercurrit Deus

3 Gloriosissimam Ionathas victoriam comparauerat, cum repente verso in luctum tripudio morti parente addicitur: *Morte morieris Ionatha*, 1 Regũ cap. 14 num. 44. Iosephus 6 Antiquitatum cap. 7. *Propter inopinatæ victoriæ gaudium, cum sæpe felices contingat extolli, palmæ illius decus pessima lamentatione fœdatum est, &c.* Elias, qui Prophetas Baal interfecerat, qui Achab terrore perculerat, qui tantas vires habuerat, ad vnum Iezabelis nuntium expauescit: *Timuit ergo Elias surgens abijt*, 3 Regum cap 19 num. 3. Theodoretus q. 57. *Timor erat diuinæ dispositionis, nam, ne miraculi magnitudo eius spiritus nimis attolleret, concessit gratia naturæ, vt timorem susciperet, vt suam agnosceret imbecillitatem, &c.* Eundem multis precibus pluuiam exorantem non nisi septima vice Deus audijt: *In septima autem vice, ecce nebula*, 3 Regum cap. 18 num. 44. Abulensis q. 33: *Forte hoc erat, vt non extolleretur Elias, quod Deus exaudiret eum velociter &c.* Ita & Eliseus, non prima, sed altera vice aquas diuisit: *Percussit aquas, & non sunt diuisæ*, 4 Regum cap 2 num. 14 Idem Abulensis q. 28 *Quia Eliseus nouiter excepto spiritu prophetico, & faciendi miracula poterat superbire, si illico diuiderentur aqua*

3 Reg. 14 n. 44

Ioseph 6 Antiq. c. 7

Idem. *3 Reg. 19 n. 3*

Theod. q 57

3 Reg. 18 n. 44

Abul. q. 33

Preces illico non exaudit Deus, ne superbiamus.

4 Reg. 2 n 14

Abul. q. 28

aquæ, &c. Hac de causa Deus etiam manum Moysis leprosam reddidit Exodi cap. 4 num. 6. Theodoretus q. 10: *Dextera, quæ admiranda illa perpetrarat, cum prius fuisset leprosa, signis diuinis inseruiuit, & elementa mutauit: quæ res Moysem etiam admonuit, non superbire debere, sed agnoscere naturam, cum recordatione dexteræ lepra prius infectæ, &c.* Itaque nihil vtilius sanctis viris, quam si in rebus illorum secundis, aduersi aliquid ingruat, quo erumpentes, in altum spiritus retundantur. Vnde Petrus infelici illa pisciũ captura Christi ad genua procidens: *Exi*, inquit, *à me, quia homo peccator sum Domine* Lucæ cap. 5 num. 8. Ambrosius 3 de Virgin. *Vir sapiens, & grauis in quo esset Ecclesiæ fundamentum, & magisterium disciplinæ, nihil vtilius sibi esse prospexit, quam ne secundantis operis extolleretur euentu: Et ideo, Exi*, inquit, *a me Domine: non rogat vt deseratur, sed ne infletur &c.* Recte ergo dicitur Dominus fuisse cum Iuda, quia diuini muneris fuit, quod hostes delere non potuit, velut interpretatur Brixianus: *Non potuerunt exterminare habitatores vallium, non ob id tantum, quod vterentur curribus acutis falcibus munitis, sed quod Dominus voluit eos exercere per gentes illas, ne otio torperent, & sui obliuiscerentur: sic non semper aufert tentationes à suis Deus, vtilitatis eorum gratia.*

Exod. 4 n. 6
Theod. q. 10
Luc. 6. n. 8
Pellenda superbiæ occasio.
Ambr. 3 de Virg.
Brixian.
Tẽtationes vtiles aliquãdo.

Dederunt Caleb Hebron sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios Enac. Vers. 20. & 21.

1 PErstringitur hic historia fusius prænarrata Iosue cap. 4. Inde petenda quæ hic desunt. Quæro breuissime, Cur Hebron Calebo data, tamque enixe ab eo petita, & expetita? Nonnulli quia Hebron societatem significat, volunt eam Calebo datam à Iosue in symbolum, ac velut pignus conseruatæ olim societatis, quam cum eo in explorada regione, minacibusque furentis populi cõtumelijs perferendis inierat. Quod significare videtur Origenes Iosue cap. 13 homilia 20. Theodoretus quæst. 16. refert id ad Calebi erga Patriarchas, qui

Iosue 4
Hebron societas.
Societatem ... qui ... socii fuerunt
Orig. Iosue c. 13 hom. 20

Ne irascatur, inquit, *Dominus meus, quod coram se assurgere nequeo*, Genesis cap. 31 nu. 35. Diuus Ambrosius: *Nemo credat paternam læsam reuerentiam, quod, stante patre sedit, quoniam scriptum est. Qui plus diligit patrem, aut matrem, quam me, non est me dignus, vbi agebatur Religionis causa, fides debuit habere sedem iudicij, & quasi rea stare perfidia, &c.* Hoc igitur supplici, ac reuerenti corporis habitu parentis animum Axa vsque adeo demerita est, vt votis annuerit, preces audierit, Ecclesiastici cap. 3 n. 6. Ita Christus dicitur â Diuo Paulo exauditus pro sua reuerentia. Ad Hebræos cap. 5 num. 7, quam super omnes habebat ad Deum, vt explicat Diuus Thomas. Patrem vero sicubi maxime, reueritus est in horto, cum procidens in faciẽ suã orauit, Matthæi cap. 26 n. 39: *Nam ob eam causam præ-fertim orauit*, vt Author est Damascenus lib. 4 c. 19, *vt patrem à quo originem ducebat, honore afficeret &c.* Et in cruce, cum inclinato capite emisit spiritum, Deum prius voce magna ciens: *Eli, Eli lamasabacthani*, Matthæi c. 27 n. 46. Chrysostomus: *Hac vsus voce, vt fieret manifestũ Patrem ab eo ad extremum vsque spiritum honorari &c.*

Gen. 31 n. 35

D. Amb.

Christus orat cum reuerentia

Ecclesi. 3 n 6

Ad Heb. 5 n. 7

D. Thom

Filij honorantes parẽtes.

Mat. 26 n 39

Damasc. lib. 4 c. 19

Mat. 27 n 46

Chryso.

Pretium huius reuerẽtiæ tulit Axa, quam petierat benedictionem: *Da mihi*, inquit, *benedictionem*, quæ reuerentes filios manet, vt irreuerentes maledictio. Chan, qui adeo irreuerens fuerat in Noe parentem, graui ab eo maledictione percutitur. *Cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor; ait, maledictus Chanaan*, Geneseos cap. 9 num. 24. Procopius: *Chan, quia in suum deliquerat parentem punitus est in filio, qui maledictionis expertus est aculeos, &c.* Et vt notat Rupertus lib 4 in Genesim capit. 37: *Minorem quoque illum appellat, cum fuerit natu medius, inquam, non tam ætate, quam pro vitio, vel morum integritate, &c.* Contra vero Sem, & Iaphet patris reuerentia nobiles amplissimè benedicuntur: *Benedictus Dominus Deus Sem, fit Chanaan seruus eius, dilatet Deus Iaphet*, num. 26. quia vt ait Lyranus: *Sicut irreuerentia paterna meretur maledictionem, ita reuerentia benedictionem, &c.* Iuxta illud Ecclesiastici c. 3 num. 10: *Honora patrem tuũ, vt superueniat tibi benedictio.* Ea filios Diuus Paulus ad honorandos parentes inuitat

9

Filij irreuerentes maledicti.

Genes. 9 n. 24

Procop.

Rup. lib. 4 in Gen. c. 37

Reuerentes benedicti.

Genes. 9 n. 26

Lyran.

Ecclesi. 3 n. 10

tat: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione; vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram*, ad Epheſios cap. 6 num. 2. ſeu quia vt ait Abulenſis Exodi cap. 20 q. 20. *Plus vixiſſe videbitur qui honorauit parentes, & cito raptus eſt, quam qui, eos non honorans, longo tempore vixit, &c* Seu vt magis literam explicat Diuus Thomas: *Quia filij merentur vitæ conſeruationem, quãdiu parentes honorantur &c.* Dicitur vero mandatũ primum in promiſſione, quam in decalogi præceptis adiunctam habet, vt videre eſt apud Iuſtinianum, & Cornelium. Vel primum, quia caput ſecundæ tabulæ, vel proximum primæ in qua præcepta de Deo colendo: *Ratio eſt*, inquit citatus Abulenſis, *quia ſunt nobis vt Dij.* Vnde Philoſophus 2 Ethicorum parentes, ac Deos confert quaſi eodem pene loco, ac numero habendi, colendi, adorandi. Meritò ergo Axa parentis, quaſi ad numinis pedes prouoluta ſupplicibus illum ſuperat votis, atque obtinet benedictionẽ.

Ad Eph. 6 n. 2.

Plus viuit honorans parentes.

Abul. Exod. c. 20 q. 20

D. Thom

Iuſtinia. Cornel.

Patres filijs vt Dij.

Abul.

Ariſt. 2 Ethic.

10 Text.

At quam benedictionẽ. *Da mihi inquit benedictionem*, ideſt munus, beneficium, donum. Id enim ſæpe ſignificat benedictio. *Suſcipe benedictionem, quam attuli tibi*, Geneſeos cap. 33 num. 11. Et 1 Regum cap. 25 num. 27. Et 4 Regum cap. 5 num. 15: *Impleuit omne animal benedictione*, Pſalmo 144 num. 16. *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*, 2 ad Corinthios cap. 9 num. 6. Id eſt: *In eleemoſinis, in beneficentia*, vbi Theophilatus exiſtimat ea voce hilarẽ ſignificare eleemoſinam. *Benedictio*, inquit, *eſt quod datur. Nemo autem benedictionem dans contriſtatur &c.* Quia vero benedicere vſitato Hebraiſmo, id eſt, quod augere, vel multiplicare, vt videre licet apud Genebrardum in Pſalmo 106. fit vt benedictio, ſeu eleemoſina eo auctior ſit, quo hilarior: nã vt ait Chryſoſtomus: *Si alacriter demus, duplex erit eleemoſina, & quia damus, & quia hilariter damus. Contra vero*, inquit Auguſtinus in Pſalmo 41, *ſi panẽ dederis triſtis, & panem, & meritũ perdidiſti &c.* Deinde benedicere proprium Dei eſt, cũ cius benedicere ſit benefacere. Ad Deum igitur propius accedit, qui hilariter elargitur. *Nihil facit*, inquit Iſac Præsbiter, *ita appropinqua* re

Benedictio, i. munus.

Gen. 33 n. 11

1 Reg. 25 n. 27

4 Reg. 5 n. 15

Pſ 144 n. 16

2 ad Corinth 9 n. 6

Theoph. Sit hilaris eleemoſina.

Benedicere, i. augere, multiplicare.

Genebr. Pſ. 106

Eleemoſina hilaritate augetur.

Chryſoſ. Triſtitia perditur.

Augu. in Pſal. 41

Dei benedictio, beneficium eſt.

Iſac Præsb. Eleemoſina Deo propinquos facit.

re Deo vt eleemosina &c. Idcirco hilarem datorem diligit Deus, 2. ad Corinth. cap. 9 n. 7, Vbi Salmeron: *Diligit Deus hilariter dãtes, tanquã sibi similes &c.* Propterea respicit ad Abel, idest ad hilarẽ, ac bonũ illius animũ, & munera eius, Geneseos cap. 4 n. 4. Hac igitur animis hilaritudine munificus pater supplici filiæ dedit benedictionem, quam subdit sacer contextus. *Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius*, idest fundum irriguum, non in locis tantum editionibus, sed etiam in planis. Quod non exiguum beneficium in terra Chanaan, quæ arens, & siticulosa: de qua Moyses. Deuteronomium cap. 11 nu. 10: *Terra, ad quam ingrediceris possidendam, non est sicut terra Ægypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa est, & campestris, de cælo expectans pluuiam*, qua in re inquit Oleaster: *Pulchre docemur tanto melius nobis esse, quanto fuerimus magis ad oculos Domini suspensi: Terra enim, quæ imbrem de Cælo expectat, magis timet Deum offendere, ne pluuiam prohibeat terræ opportunam &c.* Vide ibidem Abulensẽ, & Gregoriũ in Dialogo lib, 8 c. 14, vbi mystice per irriguum superius lachrymas, quæ Regni cælestis desiderio, per inferius illas, quæ inferni metu profunduntur, intelligit.

2 ad Corinth. 9 n. 7
Salm.
Hilariter dantes Deo simi les.
Genes. 4 n. 4
Text. n. 15
Terra Chanaan arida
Deuter. 11 n. 10
Oleast.
Siccitas telluris peccata coercet
Abul.
Greg. in Dial. lib. 3 c, 14
Lachrymæ in irriguis Caleb significatæ

Filij autem Cinæi cognati Moysi ascenderũt de ciuitate palmarum cum filijs Iuda in desertum sortis eius.

Vers. 16.

IEthro Moysis socer alio nomine Cin dicebatur á quo eius posteri Cinæi dicti, qua occasione ad Hebræos cõmigrauerint vide apud Abulensem q, 17. Magno semper habiti in honore propter Iethro, qui vtilissimum Moysi consilium dedit Exodi cap, 18 n, 19. Eius beneficij memor Saul, cum bellũ pararet in Amalec dicit Cinæo: *Abite, recedite, atque descendite ab Amalec, ne forte inuoluam te cum eo: tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel, cum ascenderent de Ægypto*, 1 Regum cap, 15 n, 6. Caietanus, *Saul gratus beneficijs receptis monet, ut recedendo se saluet. &c.*

1
Abul, q. 17
Exod, 18 n, 19
Gratitudine soluitur misericordia
1 Reg, 15 n, 6
Caiet.

Dicun-

Abul. q. 15

Ex pro auorum meritis poste: i donātur.

Dicuntur vero Cinæi fecisse misericordiā, inquit Abulēsis q. 15 *quia proaui eorū fuerint &c.* Adeo memores antiqui beneficij erāt Israelitæ, vt quā gratiā Cinæo ipso non poterant, filijs eius, posterisque referrent. Atque ita etiam in veteri beneficio noua semper gratia recensque memoria. Ita docuit Deus filios Israel, prohibēs in perpetuum cōmunicare cum Amonitis, & Moabitis; cum Idumeo, & cum Ægyptio post tertiam generationem conuersari iubens: *Non abominaberis*, inquit, *Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptium, quia aduena fuisti in terra eius*, Deuteronomi cap. 23 n. 7. Theodoretus q. 26: *Vrgente enim fame patres nostri acceperunt ab Idumæis alimenta. Lex igitur docet nos antiqui beneficij non obliuisci &c.* Id, quod vrbanitas ac ciuilitas exigit. Vnde Deus mirabilis dicitur in sanctis suis Psalmo 67 num. 36: *In sanctis gloriosus, mirabilis in maiestate faciens prodigia*, Exodi cap. 15 num. 11. Quia sancti Viri, vt Vrbani, atque Ciuiles antiqua Dei beneficia mirari solent, atque rimari: Carnales vero, ac simplices, vt agrestes, & inurbani ad

Beneficia nūquam abolēda.

Deut. 23 n. 7

Theod. 26

Vrbanorū est beneficia nō obliuisci.

Psal. 67 n. 36

Exod. 15 n. 11

noua tantum Dei miracula obstupescunt. Ita interpretatur Diuus Gregorius ad illa verba: *Factum est miraculum in castris per agros* 1 Regum cap. 14 num. 15. *In comparatione*, inquit, *sanctorum, velut agrestes homines sunt, qui tot conditoris antiqua opera, tot dispositiones temporum, & tot ordines creaturarum mirari nesciunt*. Nō ita Vrbanissimus Dauid, qui de se. *Cogitaui*, inquit, *dies antiquos, & annos æternos in mente habui*, Ps. 76 n. 6, idest, *ea quæ olim Deus beneficia maioribus præstitit*, vt explicat Genebrard. vt ergo Israelitæ antiqui beneficij memores, atque adeo vrbanos se se ostēderēt, Cinæos in partē suæ hæreditatis asciscūt, & quæ opima, ac prima habebāt, beneuole tribuunt: quēadmodū Moyses promiserat Hobab Iethronis filio, *Cumque nobiscum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi*, Numerorū cap. 12 n. 32. Huius promissionis velut pignus ijs dederunt agros Ierico (quæ hic palmarum ciuitas dicitur) totius regionis amænissimos.

1 Reg. 14 n. 15

Agrestes obliuiscūtur.

Gregor.

Psal. 76 n. 6

Genebr.

Num. 12 n. 32

Sed cur Cinæi vrbem amænissimam deserunt, vt in deserto Arath tentoria

2

Deliciæ animos eneruãt.

figant? Primo vt amænitates, ac delitias fugiant, quæ solent animum eneruare, aut deuorare. Quo sensu terra Canaan deuorare dicitur habitatores suos Numerorum cap. 13 num. 33. Quia delicijs omnes nimis eneruabat, eorumque vitã incidebat, vt nonnulli existimant apud Serarium 1. Iosue cap. 8 q. 5. Vnde Iacob timet descendere in Ægyptum ad quem Deus propterea: *Noli*, inquit, *timere descendere in Ægyptum*, Geneseos 46 n. 3. Timebat enim filijs suis amænitatẽ, felicitatemque Ægypti vt videri potest apud Iosephũ 2 antiquitatũ cap. 7. Propterea etiam Deus nullum circa, aut iuxta templum nemus plantari voluit: *Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini*, Deuteronomij cap. 16 nu. 21. *Quia*, vt ait Philo lib. de Monarchia *verum templum, non amænitates postulat, sed seueram castimoniam, &c.* Quia vero Salomon lucis, ac nemoribus cõsitis altaria dijs extruxit, tantam venit in amentiam. *Nam*, vt loquitur Chrysostomus Epistola 56. *dum in curis, & perturbatione fuit, illa visione dignus est habitus; vt vero nactus est delitias in ipsum malitiæ baratrum delapsus est.* Ne ergo Cinæi Ierico delitijs corrumperẽtur, illo mutato, in solitudinem se recipiũt: vt enim ait Seneca Epistola 51. *Non tantum corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus, atque id agere, vt irritamenta vitiorum quam longissime profugiamus*

Num. 13 n. 33

Serar. 1 Iosue 8 q. 5

Gen. 46 n. 3

Timẽdæ deliciæ.

Ioseph. 2 antiq. c. 7

Vitanda amænitas nemorũ.

Deut. 16 n. 21

Philo 2 de Mon.

Chrysost. Epist. 56

Deliciæ in baratrũ detrudunt.

Senec. Epist. 51

Deliciæ irritamẽta vitiorum.

3 Liberius Deo vacamus in solitudine.

Secundo in desertum Arath Cinæi, contempta vrbe cesserunt, vt ibi diuinæ legis studio (docente vt volunt Hebræi Othoniele) Deoque liberius vacarent. Quam viuendi consuetudinem hæreditario veluti iure accepisse videntur a Iethro, vel etiam Moyse, qui vt ait Procopius Epithome in Isayam: *Quadraginta annis in Ægyptiorum disciplinis educatus simulatc gregis pascendi studio in solitudines secessit, in quibus rerum contemptor vacaret: vnde ad hominum curam aduocatur inuitus, &c.* Eamque Diuus Gregorius lib. 23 Moralium cap. 20. causam reddit, Cur Deus Moysi tam sero apparuerit. *Postquam*, inquit, *in desertum fugit, dum illic quadraginta annis degit quasi ab inquietis desiderio rum terrenorum tumultibus obdormiuit, & ideo diuinam vocem percipere meruit, &c.* Nõ enim

Procop. Epit. in Isai

Gregor. lib. 23 Moral. c. 20.

Solitudo Dei cõspectũ meretur.

ad

ad tantam Dei familiaritatem niſi per ſolitudinem peruen iſſet; quemadmodũ & Elias, de quo idem Procopius: *Non niſi poſt infinitas ſolitudinum peragrationes Deo dignus eſt habitus Elias, &c.* Solitudo enim ex homine Deum facit: *Quam,* inquit Nazianzenus Oratione 1, *velut ſociam, & adminiſtram, diuinaeque ſubiectionis parentem, atque adeo diuinitatem afferentem, mirifice ſuſpexerant, &c.*

Procop.

Solitudo homines Deos reddit.

4 Ab his Cinæis orti filij Rechab, 1 Paralipomenon cap. 2 num. 55. Solitudinis vſque adeo amantes, vt ſi quando in vrbem venire cogebantur, quaſi in carcerem detrudi viderẽtur, qui vt loquitur Hieronymus Epiſtola 8, ad Paulinum: *In tabernaculis ſemper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus Hieroſolimam intrare compulſi, hanc primi captiuitatem ſuſtinere dicuntur, quod poſt ſolitudinis libertatem vrbe quaſi carcere ſũt recluſi &c.* Hinc eſt, ut idem Hieronymus vrbem carcerem, ſolitudinem libertatem, aut paradiſum frequẽs appellet Sic enim ad Eliod. Epiſtola 1: *Quid agis frater in ſæculo, qui maior es mundo: Quandiu te tectorum vmbræ premunt? Quandiu fumoſarum vrbium carcer includit, &c.* Et in Epitaphio Fabiolæ: *Romana,* inquit, *cernens mænia incluſam ſe eſſe plangebat, oblita ſexus, fragilitatis immemor, non poterat teneri conſilijs amicorum, ita ex vrbe quaſi de vinculis geſtiebat erumpere*, & in Regula Monachorum: *Mihi oppidum carcer, & ſolitudo paradiſus &c.* Contra vero libertas per deſertum ſignificari ſolet. *Adducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius,* Ozeæ cap. 2 n. 4. *Adducam vos in deſertum populorum,* Ezechielis cap. 20. n. 85. Ideſt liber tate donabo, ac ſui iuris Rẽ publicam faciam; nam deſertum ſymbolum eſt liber tatis, vt oppidum ſeruitutis, vt videre licet apud Pra dum ibidem.

1 Paral. c. 2 n. 55

Vrbs carcer.

Hieron. Epiſt. 8 ad Paul.

Solitudo libertas.

Paradiſus.

Hier. ad Heliod. Epiſt. 1

Idem in Epitaph. Fabiol.

Vrbs vincula.

Idem in Regula Monach

Solitudo paradiſus.

Solitudo libertas.

Ozeæ n. 4

Ezec. 20 n. 85

Oppidũ ſeruitus.

Prado

Vocatumque eſt nomen vrbis Horma, ideſt anathema.

Verſ. 17. & 18.

1 Sexta victoria, capta vrbs Sephath, cui ab excidio nomen inditum *Horma* à verbo *haram,* quod eſt excidit, occidit; vel à nomine, *herem,* ideſt votũ.

Septuaginta vertunt *anathema*; quo res Deo vota ita consecrabatur, vt deleri ponitus, occidiue deberet, cuius exemplũ habetur Numerorum cap. 21 num. 2. Vide Serarium in Iosue cap. 6 quæst. 33. Oleastrum Leuitici vlt. Toletum, Iustinianum, Corneliũ ad illa verba Diui Pauli: *Optabam ego ipse anathema eße à Christo*, ad Romanos cap. 9 n. 3, vbi multa de hac voce erudite.

Num. 21 n. 2
Serar. in Iosue 6 q. 33
Oleast.
Tolet.
Iustin.
Cornel.
Ad Rom. 9 n. 3

2 Quæ à Deo accipimus, ei deuouea mus.
Abul. q. 19

Quæritur, cur hæc ciuitas subiecta fuerit anathemati? Non displicet Abulensis q. 19. conijciens, ideò Deo deuotam, traditamque internecioni, quia sine sanguine, sine labore vllo victoria obtigerat, Deo suppetias eunte. Eãdẽ fuisse causam cur Deus Ierico anathema esse voluerit, Iosue c. 6 n. 17. Indicat ibi Theod. q. 6: *Patefecit*, inquit, *eis potentiam suam in vrbe prima capienda sine armis, aut machinis, quæ desoluta est solo tubarum sonitu, vt cum in acie vincerentur, agnoscerent, se succumbendi occasiones, nempe diuinas leges, contemnentes &c.*

Iosue 6 n 17
Theod. q. 6

3 Impiorũ excidiũ Deo munus est.

Cur vero Sephaat domus dono, vel conseruata Deo dicitur, si deleta, si excisa, si internecioni tradita est? Nã quæ anathemati addicebãtur, Domini esse dicebantur Iosue cap. 6 num. 17. vbi Serarius quæst. 33. *Dari*, inquit, *Deo ista dicuntur quia in ipsius honorem, ac reuerentiam veluti nefasta; ac scelerosa tolluntur, ac in nihilum rediguntur, &c*, Nullum enim gratius Deo munus, hostia, lucrũ, quam impiorũ interitus, ac punitio; vnde Moyses ad Leuitas, qui impios occiderãt: *Cõsecrastis hodie manus vestras Domino*, Exodi c. 32 n. 29 In Hebræo: *Implestis*. Idest, vt explicat Oleaster, *Tã gratum est Domino opus, quod fecistis, ac si impletas muneribus manus Deo offerretis &c.* Vel cõsecrasse Deo manus dicũtur, *quod interfectio illa fuerit*, vt loquitur Caiet. *tãquã cõsecratio manuũ eorũ summo Deo &c.* Neque enim impiorũ sãguis manus impiat, sed expiat, & cõsecrat, vt videre est in facto Phinees Numerorũ cap. 25. de quo Chrysost. *Phinees, qui virum simul cum muliere sustulit, sacerdotio honoratur, adeo non inquinauit manum sanguine, verũ etiã puriorem reddidit &c.* Victoria enim, ac sacrificium Deo acceptissimũ est iniquorũ immolatio. *Victima Dñi est in Bosra. Et interfectio magna in terra Edom* Isaiæ c. 34 n. 6.

Iosue 6 n. 17
Serar. q. 33
Gratissima Deo hostia impios punire.
Exodi 32 n. 29
Oleast.
Caiet.
Impiorũ sanguis manus nõ scelerat.
Numer. 25
Chrysost.
Isai. 34 n. 6

Quo

Forer. Dies feſtus Deo, quo infideles delentur.

Quo innuit, inquit Forerius, occiſionem impiorum acceptum ſacrificium Deo eſſe, & diem, quo delentur infideles, eſſe diem feſtũ Deo &c. Ita loquitur Cyrillus Alexãdrinus ad illa verba Zachariæ, *Ebibent ſanguinem eorum ſicut vinum, & implebunt vt phialas altare*, cap. 9 n. 15. *Offerent*, inquit, *phialas ſanguine occumbentium plenas, vt libationem aliquam ad altare. Eſt enim ſuauis odor Deo, & acceptabile ſacrificium errantes ſaluari probibentiũ intẽtus &c.* Eundẽ ſenſum habent verba illa Sophoniæ: *Iſta es dies Domini, præparauit Dominus hoſtiam*, ca. 1 n. 17. De quibus vide Pinedam 1 Iob verſ. 3. Tandem impiorũ interitũ Chriſti lucrum vocat Bernardus ad milites templi c. 3. loquens de milite Chriſtiano: *Sane*, inquit, *cum occidit malefactorum, non homicida, ſed vt ita dicam, malecida, & plane Chriſti vindex in his qui male agunt; mors ergo, quã irrogat, Chriſti eſt lucrum, quã excipit, ſuum &c.* Igitur Iſraelitæ cum impios occiſione occiderunt anathema, id eſt gratiſſimum Deo donarium, ſacrificium, ac lucrum obtulerunt.

Zach. 9 n. 15

Cyril. Alex. Infideliũ mors ſuauis odor Deo.

Sopho 1 n. 17

Pined. 1 Iob verſ. 3

Chriſti lucrum.

Bern. ad mil. tem. c. 3

De ijs plura inferius.

Fuitque Dominus cum Iuda, & montana poſſedit, nec potuit delere habitatores vallis &c.

Verſ. 19.

HÆc vltima victoria, quam Iudas, vt reliquas hactenus enumeratas feliciter confecit, quia Dominus fuit cũ illo, hoc eſt operi illi, veluti cõmilitans præſentiſſimam tulit. Verũ qua ratione dicitur Dominus fuiſſe cũ Iuda, ſi vallis habitatores, curruſque falcatos delere non potuit? Theodor. hic q. 5. *Exiſtimat Rechab piiſſimum virum, tribus Iudæ autorem fuiſſe, vt vallem fugerent: tum propter incolarum impietatem, tum ob vicinum mare, ſiquidem qui mari ſunt proximi, adnauigantes, è longinquis regionibus excipiunt. At qui conuerſatio cum extraneis ducta, iuſtam viuendi rationem corrumpit &c.* Deceptus tamen videtur vicinia vocum Hebraicarum Rechab, & Recheb, id eſt currus, quæ vox hic ponitur.

1 Deo faueñte certa victoria

Theod. q. 5

Mari vicini miſericordes.

Ad venarũ cõuerſatio mores corrumpit.

Melius igitur Auguſt. q. 5. exiſtimat eo ipſo Dominũ fuiſſe

Dei bene ficiū, tollere victorias, ne extollamur.

Aug. q. 5

fuisse cum Iuda, quod vallis habitatores delere non potuit: *Quis enim*, inquit, *non intelligat, etiam hoc ipsum ad id pertinuisse, quod erat Dominus cum Iuda, ne totum repente obtinendo extollerentur*. Et infra: *Cur autem timuerit, cum quo Dominus erat, si quæritur: hoc est, quod prudenter intelligendum est, restringere Deum propitium, etiam in cordibus suorum nimiæ prosperitatis excessus, vt in vsum eorum conuertat inimicos, non solum quando vincuntur, sed etiam quando metuuntur*. In eadem sententia eisdem pene verbis est Hugo. Itaque Deus superbiam magis, quam hostem suis timens, Iudæ tribum, quæ hactenus viam palmis, victorijsque constratam in offenso pede decurrerat, hostili timore compescit: ne vane elata præcipitetur in abrupta superbiæ. Quod non mediocre beneficium fuit. Ideoque cum Iuda fuisse Dominus dicitur, qui solet interdum, nequo gloriolæ vento capiatur, tristia lætis, infirma fortibus, aduersa secundis, in fausta miscere felicibus.

Hugo. Plus, quā hostes, superbia timenda.

Maxime Deus cauet, ne superbiamus.

3 Gaudia, ne superbiamus, intertur Deus

Gloriosissimam Ionathas victoriam compararerat, cum repente verso in luctum tripudio morti parente addicitur: *Morte morieris Ionatha*, 1 Regū cap. 14 num. 44. Iosephus 6 Antiquitatum cap. 7. *Propter inopinatæ victoriæ gaudium, cum sæpe felices contingat extolli, palma illius decus pessima lamentatione fœdatum est, &c.* Elias, qui Prophetas Baal interfecerat, qui Achab terrore perculerat, qui tantas vires habuerat, ad vnum Iezabelis nuntium expauescit: *Timuit ergo Elias surgens abijt*, 3 Regum cap 19 num. 3. Theodoretus q. 57. *Timor erat diuinæ dispositionis, nam, ne miraculi magnitudo eius spiritus nimis attolleret, concessit gratia naturæ, vt timorem susciperet, vt suam agnosceret imbecillitatem, &c*. Eundem multis precibus pluuiam exorantem non nisi septima vice Deus audijt. *In septima autem vice, ecce nebula*, 3 Regum cap. 18 num. 44. Abulensis q. 33: *Forte hoc erat, vt non extolleretur Elias, quod Deus exaudiret eum velociter &c*. Ita & Eliseus, non prima, sed altera vice aquas diuisit: *Percussit aquas, & non sunt diuisæ*, 4 Regum cap 2 num. 14 Idem Abulensis q. 28 *Quia Eliseus noniter excepto spiritu prophetico, & faciendi miracula poterat superbire, si illico diuiderentur aqua*

3 Reg. 14 n. 44

Ioseph 6 Antiq. c. 7

Idem. 3 Reg. 19 n. 3

Theod. q. 57

3 Reg. 18 n. 44

Abul. q. 33

Preces illico non exaudit Deus, ne superbiamus.

4 Reg. 2 n. 14

Abul. q. 28

aquæ, &c. Hac de causa Deus etiam manum Moysis leprosam reddidit Exodi cap. 4 num. 6. Theodoretus q. 10: *Dextera, quæ admiranda illa perpetrarat, cum prius fuisset leprosa, signis diuinis inseruiuit, & elementa mutauit: quæ res Moysem etiam admonuit, non superbire debere, sed agnoscere naturam, cum recordatione dexteræ lepra prius infectæ, &c.* Itaque nihil vtilius sanctis viris, quam si in rebus illorum secundis, aduersi aliquid ingruat, quo erumpentes, in altum spiritus retundantur. Vnde Petrus infelici illa pisciũ captura Christi ad genua procidens: *Exi*, inquit, *à me, quia homo peccator sum Domine* Lucæ cap. 5 num. 8. Ambrosius 3 de Virgin. *Vir sapiens, & grauis in quo esset Ecclesiæ fundamentum, & magisterium disciplinæ, nihil vtilius sibi esse prospexit, quam ne secundantis operis extolleretur euentu: Et ideo, Exi,* inquit, *a me Domine: non rogat vt deseratur, sed ne infletur &c.* Recte ergo dicitur Dominus fuisse cum Iuda, quia diuini muneris fuit, quod hostes delere non potuit, velut interpretatur Brixianus: *Non potuerunt exterminare habitatores vallium, non ob id tantum, quod vterentur curribus acutis falcibus munitis, sed quod Dominus voluit eos exercere per gentes illas, ne otio torperent, & sui obliuiscerentur: sic non semper aufert tentationes à suis Deus, vtilitatis eorum gratia.*

Exod. 4 n. 6 | Theod. q. 10 | Luc. 5 n. 8 | Pellenda superbiæ occasio. | Ambr. 3 de Virg. | Brixian. | Tẽtationes vtiles aliquãdo

Dederunt Caleb Hebron sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios Enac. Vers. 20. & 21.

Perstringitur hic historia fusius prænarrata Iosue cap. 4. Inde petenda quæ hic desunt. Quæro breuissime, Cur Hebron Calebo data, tamque enixe ab eo petita, & expetita? Nonnulli quia Hebron societatem significat, volunt eam Calebo datam à Iosue in symbolum, ac velut pignus conseruatæ olim societatis, quam cum eo in exploranda regione, minacibusque furentis populi cõtumelijs perferendis inierat. Quod significare videtur Origenes Iosue cap. 13 homilia 20. Theodoretus quæst. 16. refert id ad Calebi erga Patriarchas, qui

1 | Iosue 4 | Hebron societas. | Societate donantur qui Iosue socij fuerunt | Orig. Iosue c. 13 hom. 20

Pietas in sepultos Patriarchas.

Theod. q. 16

Reliquiarum deuotio.

qui in ea vrbe sepulti erãt, pietatem: *Cum pietate*, inquit, *polleret, cæteris omnibus antepoſuit hanc vrbem, in qua quamoptimi Patriarchæ habitauerunt, & sepulti sunt &c.* Idcirco debellandas sibi proposuit difficultates, quæ multæ, atque arduæ in illo monte, vt hæres ſanctarum fieret reliquiarum. Ita enim â Iosue erat: *Da ergo mihi mõtem istum, quem pollicitus est Dominus, in quo Enacim, & vrbes magnæ, atque munitæ si forte sit Dominus mecum, & potuero delere eos. Benedixitque ei Iosue & tradidit Hebron in poßeßionem*, Iosue cap. 14 n. 13. Origenes homilia 18: *Meruit ergo Caleb patrum reliquias in hæreditatem suscipere &c.* Ita filij Gad primis bellorum pericculis deuouent se se, ea conditione, vt terræ partem, quæ cis Iordanem, in hæreditatem accipiant, Numerorum cap. 32. Cur vero eam præ cæteris regionem elegerint, explicat Moyses tribum Gad benedicens: *Vidit principatum suum, quod in parte sua doctor eßet repositus* Deuteronomij cap. 33 n. 21. Idest Moyses sepultus, vt omnes fere interpretantur. Caietanus: *Gaditæ elegerunt sortem suam in illo principio terræ, videlicet quia consideraueřũt*

Iosue 14 n. 13

Ampla hæreditas sanctorũ reliquiæ.

Orig homil. 18

Num. 32

Deut. 33 n. 21

Idem.

Caiet.

ibidem sepeliendum eße Moysem &c. Ditiores se, fortunacioresque existimantes, si vicinia tanti cadaueris, si pretio tanti thesauri præfuerentur. Quid enim ditius, quid pretiosius Sanctorum reliquijs? Cum filij Israel in exitu de Ægypto auro, atque argento, quo Ægyptios spoliauerant, onerarent se se, vnus Moyses, qui nouerat sanctorum reliquias omnibus præstare diuitijs, ossa Ioseph secũ tulit Exodi cap. 13. nu. 19: Græcus author apud Lipomanum: *Iudæi vtpote infantibus similes, aurum, atque argentum secum detulerunt: Moyses vero intemerati animi vir Ioseph oßa deportauit &c.* vt enim ait Theofridus Abbas sermone 1, de veneratione Sanctorũ tom. 2. Bibli: *Maximi apud Deum pretij sunt reliquiæ illorum, quas exaltat super omnem mundi ornatum: namque earum excellentiæ omnis lapis pretiosus non comparatur, sed quidquid in rebus pretiosum est, in earum cõparatione vilißimum iudicatur, &c.* Ingens ergo donum accipit Caleb qui Patriarcharum puluere locupletatur. Sed de his supra non nihil, Numero 21, tangitur illa quæstio vtrum Hierusalem ad Beniamin, an

Sãcti cadauer thesaurus

Reliquijs omnes diuitiæ cedunt.

Exod. 13 n. 19

Diuitiarũ amatores infantibus similes

Theod. ser. 1 de ven. sãct

Reliquiæ pretiosiores gemmis

Iu-

Villalp, in ap. vr bis lib, 1 c, 15 Pined, in Sal: lib, 5 c, 5

Iudam ſpectauerit, de qua vide Villalpandum in aparatu vrbis lib, 1 cap, 15, Pinedam in Salomonem lib, 5 cap, 5

Dominus quoque Ioſeph aſcendit in Bethel, fuitque Dominus cum eis. Verſ. 22. vſque ad 26.

1 Bethel ab tribu Ioſeph capta

HActenus de tribu Iudà pergit ſacer hiſtoricus ad tribum Ioſeph, quæ vrbem Bethel, Luſam olim appellatam, dextro numine expugnauit: non tamen facile capiendam, niſi Luſæus quidam inde egreſſus aditum in illam oſtenderet, quo vna cum eius cognatione ob inditium vita donato, reliqua ciuitas ferro vaſtata eſt. Ferunt Hebræi apud Serarium Luſæum iſtum, neque verbo, neque præitione, ſed ſolo digito, aut nutu locum ingrediendi in vrbem oſtendiſſe: Quo mirabilior Iſraelitarum gratitudo, qui tantulum beneficium totius familiæ vita, libertateque remunerarunt. Gratus enim animus, vel minima beneficia magni æſtimat, ac rependit. Quod etiam docuit Chriſtus Dominus, cum ſatiatis quinque hominum millibus, dixit diſcipulis: *Colligite, quæ ſuperauerunt, fragmenta,* Ioannes capite 6 num. 3. Quò alludens Bernardus in Cantica ſermone 51: *Iubemur*, inquit, *colligere fragmenta, ideſt nec minima beneficia obliuiſci, &c.* Idem in extremo iudicio charitatis opera pauperibus, veluti ſibi præſtita, grato ore recenſebit: *Viſitaſtis me, veniſtis ad me, &c.* Mathæi cap. 25 num. 36: *Vbi*, vt ait Ianſenius cap. 126, *mira relucet Chriſti benignitas, quod tantilla charitatis opera, & recenſere, & Regno rependere dignatus eſt &c.* Deus ipſe in minima obſequia quã munificus! Vbi Iacob è ſomno illo myſtico euigilauit, *Tulit lapidem, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper*, Geneſeos cap, 28 n. 18. Quantuli obſequij, aut muneris erat lapidem inunxiſſe. Theodoretus quæſtion. 83, *At qui non reſpuit etiam minima benigniſſimus Dominus, gratam habens operis intentionem &c.* Idẽ Iacob filiũ adim-

Serar.

Beneficia etſi exigua remuneranda

Ioan. 6 n. 3

Idem *Bern. in Cant ſer. 51*

Pauperibus dona ta, tãquã ſua repẽdit Deus. *Mat. 25 n. 36*

Ianſen. c. 126

Minima charitatis opera Deus recenſet

Gen. 28 n, 18

Theod. q. 83 Idem

Gen. 47 n. 3

Beneficia etiã post mortẽ recordari

adiurauit, ne se in Ægypto sed in terra Chanaan sepeliret, Geneseos cap. 47 num. 30. Cur tantus Patriarcha tam solicitus de gleba illa? Gratus nimirum, vel minimis Dei beneficijs, etiam post mortem videri voluit, nam terrilla, etsi minimum præ cæteris, Dei tamen donum erat. *Terram in qua dormis tibi dabo*, Geneseos cap. 28 n. 13. Rupertus: *Donum Dei, qualecumque sit, siue magnum, siue paruum, siue cæleste, siue terrenum, pro honore, vel charitate dantis pretiosum est, & esse debet in oculis sapientis.* Ruth tandem, cum eam Boos benigne alloquutus iussisset ad sarcinas ire, ac bibere aquas, de quibus, & pueri bibebant, grata beneficio cecidit in faciem, & adorauit super terram, Ruth cap. 2 num. 10. Vt enim notata Abulensis q. 10, ad paruulum illud Boos beneficium, Ruth cecidit in terram, cum tamen ad maiora promissa postea non ceciderit: *Credens*, inquit, *præstari sibi istud beneficium ab homine, qui sibi nihilum tenebatur, reputans esse immensum beneficium &c.* Licet ergo paruum beneficium fuerit, quod Lusus iste mõstrato in vrbem aditu Israelitis præstitit, quoniam tamen ab eo profectum fuerit, à quo minime sperabatur, ideo magni beneficij loco habitum est, & totius familiæ libertate rependẽdum.

Gen. 28 n. 13

Rupert.

Dãtis voluntas donũ reddit pretiosũ

Ruth 2 n. 10

Abul. q. 10

Beneficiũ insperatũ licet paruũ rependendum

2

Text. n. 26

Additur num. 26, hunc hominem demissum abijsse in Hethim, ibique ciuitatem ædificasse, quam ab antiqua Lusa Lusam appellauit. *Desiderio*, inquit Abulensis q. 25, *terræ suæ originis, ne illa perijsse videretur*. Nescio enim qua natale solum dulcedine cunctos allicit, vt patriæ nomen, si possent, æternent. Hinc Deus, quo Iudæos magis alliceret, suaderetque diuinis mandatis vt obedirent, stabilitatem patriæ illis pollicetur. *Bonas*, inquit, *facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto*, Hieremiæ cap. 7 n. 3 Hieronymus: *Quia naturale est, vt vnusquisque natale diligat solũ, & nihil dulcius habeat patria; pollicetur præmia obedientibus: habitabo inquit vobiscum, vt securos de habitatione vos faciam: siue vos ipsos iuxta Symachum firma habitatione fundabo &c.* Hac arte Deus vsus etiam cum Niniuem subuertendam Ionæ iussit predicare, Ionæ cap. 3 num. 4. Præsciebat

Abul. q. 25

Patriæ amor

Text. 7 n. 23

Hier.

Idem.

Ion. 3 n. 4

Idem.

ſciebat enim, amantes patriæ Niniuitas, ne patriam fugerent, ſe fugituros: & ne patriæ ſubuerteretur, conuertendos, vt indicat Ambroſius enarratione ſecunda.

Ambr. enar. 2

Manaſſes quoque non deleuit Bethſan. Verſ. 27.

1 RElique tribus, de quibus vſque ad finem capitis, infeliciter pugnarunt. Et tria præſertim in ijs taxantur. Primum quod Chananæos, illorumque oppida hic nominata, cum poſſent, non deleuerint cõtra quod Deus illis præſcripſerat Deuteronomij c. 20. Et ſæpe alibi. Itaque nec Deus cum illis fuiſſe, nec ipſi viciſſe dicuntur, ſed tantum delere noluiſſe Chananæos vincere, triumphare noluerunt. Degeneres, & ignaui, qui triumphos, quos perdendis impijs agere cæperant, perſecuti non fuerint: cum glorioſior ſit triumphus, impios delere, vel vlciſci. Vnde ſanctus Hildebertus Epiſtola 59, comitem quendam alloquens: *Iniquitatis,* inquit, *vltionem inter ſplendidiores triumphos ; enumeres &c.* Et Deus triumphator dicitur, cum iniquis minime parcit. *Triumphator in Iſrael, non parcet,* 1 Regum cap. 15 num. 29. *Quamuis triumphatoris nomine poſſit etiam,* inquit Gregorius, *ſubſtituti Regis (nempe Dauid) perfectio deſignari, qui contra voluntatem conditoris parcere alicui non auderet.* Quare Saul ibi damnatur, quod erexerit fornicẽ triumphalem, cum tamen Agag pepercerit: neque enim iure triumphator dici poterat, qui impium non deleuerat. Quare nihil mirum, ſi harum tribuum nullæ victoriæ deſcribantur, quæ impios non deleuerint; vnius vero Iudæ triumphi commemorentur, qui eos exterminauit. Hac forte de cauſa electus eſt princeps, atque dux aliorum. Quemadmodũ Petrus poſt percuſſum Malchũ, Moyſes poſt occiſum Ægyptiũ, ille Eccleſiæ, hic Synagogæ electi ſunt principes; licet peccauerint, vt vult Auguſtinus lib. 2 contra Fauſt. cap. 70, *Quemadmodum,* inquit, *Petrus poſt hoc peccatum factus eſt paſtor Eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt percuſſum Ægyptium factus eſt rector illius Synagogæ,*

Deut. 20
Ignauia impijs parcere.
Illos delere optimus triũphus.
Hildeb. Epiſt. 59
Deus triũphat, cũ iniquis nõ parcit
1 Reg. 15 n. 29
Gregor.
Dãnatur impijs parcens
Principes ſunt, qui impios vaſtant
Aug lib. 2 contra Fauſt. c. 7

vterque enim non detestabili inhumanitate, sed emmēdabili animositate iustitiæ regulam excessit; vterque odio improbitatis alienæ. Quod tamen peccatum timendum nō erat his tribubus, quibus Deus iusserat gentes delere, imo peccatum ingens fuit non delere, nam vt ait Chrysostomus oratione 1, aduersus Iudæos: *Si quis occidat hominem, ita volente Deo, quauis humanitate, melius est hoc homicidium; rursus si quis parcat, & humanitatis officium collocarit in quempiam, præter Dei sententiam, quauis cæde sceleratior est ista sanguinis parcimonia &c.*

Deo volēte hominē occidere humanitas

Chrysost, orat. 1, adu. Iud.

2 Secundo taxantur hæ tribus, quod tributarios sibi fecerint Chananæos; id enim fuit, vt notat hic Lyra, & Theodoretus q. 6 cupiditatis, atque auaritiæ quæ ignauiam, & imbelliam parit, vbi enim hæc ærugo, & cura pecuniæ mentem imbuit, degenerant vires, animi vitiantur, & arma: vnde scite Ambrosius in proœmio Lucæ auaritiam vocat æruginem mentis, & situm armorum: quare nihil mirum si Israelitæ, nihil bellicum, nihil palmarium gesserint, cum eos effæminauerit auaritia, quæ vt ait Ambrosius 1 de Officijs c. 39, *Virtutem effæminat: Nihil enim tam contrarium fortitudini, quam lucro vinci &c.* Huc respicere videtur sanctus Iob, cum ait: *Si putaui aurum robur meum* cap, 31 num. 24. Septuaginta vertunt: *Si posui aurum coniugium meum:* Quod non solum ardentissimam pecuniæ libidinem indicat, vt argute notat Pineda, sed mollem etiam, atque effæminatum auari hominis animum, qui velut imbecil ima fæmina viris suis, auro nubit, & argēto, pronuba auaritia, quæ, Authore Ambrosio in Psalmo 37. Virilitatem quandā carnis effæminat. Hinc est, vt Zacharias, cum amphoram illam vidit symbolum auaritiæ (vt Author est Gregorius 14 moralium num. 26, *Per imaginem*, inquit, *amphoræ, quasi patens os auaritiæ designatur &c.*) mulierem quoque in medio eius sedentem viderit. *Et ecce mulier vna sedens in medio amphoræ*, Zachariæ cap. 5. nu. 7. Quam duæ aliæ mulieres milui alas habentes, vt auaritiæ rapacitatem innuerēt, inter cælum, ac terram (auarus enim nec cælo, nec terra fruitur) eleuabant. Vbi solæ mulieres amphoram portāt, quia muliebre,

Lyra

Theod. q. 6

Pecuniæ cura degeneres facit milites

Amb. in proœm. Lucæ

Pecunia ærugo mentis

Amb. 1 de Offic. c. 39

Auaritia virtutem effæminat

Iob 31 n. 24

Septuag.

Pined.

Auarus fœmina

Amb. in Ps. 37.

Greg. 14 moral. n. 26

Zach. 5 n. 7

Auaritiæ rapacitas in miluo designata

Auarus nec cęlo, nec terra fruitur

quia

Auaritia vitiū muliebre. *Chrysos. in Math. c. 26*

quia imbelle vitium auaritia. Nam auarus fœmineū virili in corpore animum gerit. *Quia istud*, vt loquitur Chrysostomus in Matheū capite 26. *inutilem ipsum effeminatum, ac timidum ad omnia reddit* &c. Quis enim auaro timidior: quis ignauior? Christus Dominus vno funiculo armatus eiecit ex tēplo omnes vendentes, & emētes, & mēsas numulariorū euertit, Mathæi ca. 21 n. 12. Neque tanta auarorum multitudo vni Christo inermi resistere, aut contradicere ausa est, quod inter omnia signa, quæ Christus fecit, Hieronymo videtur mirabilius. In oppugnatione Hai quinam primi corruerunt? *Corruerunt*, inquit Scriptura. *triginta sex homines*, Iosue cap. 7 nu. 5, quos nonnulli existimant apud Abulensem q. 23 Ideo corruisse, quia consenserāt prauitati Achan de anathemate vsurpātis &c. *Certe IESVS Naue* inquit Ambrosius 2. de officijs cap. 26. *cum potiretur victoriæ, cognouit infirmatam esse virtutem populi per auaritiam, atque auri cupiditatem*, & infra, *qui potuit Solem sistere ne procederet, auaritiam hominum non potuit sistere ne superet; ad vocem eius Sol stetit, auaritia non stetit, Sole igitur stante confecit IESVS triumphum, auaritia autem procedente, pene amisit victoriam*. Ita fere contigit Israelitis, de quibus agimus, qui initio ad summum virium progressi, auaritia paulatim effæminati, eo redacti sunt, vt hostium venerint in potestatem. Nam vt infrà dicitur: *Arctauit Amorrhæus filios Dan, aggrauata est manus domus Ioseph factusque est tributarius.* In Hebræo: *Pressa est domus Ioseph.* Ita hostis dominatus est ijs, quibus dominabatur auaritia. Atque adeo filij Israel duplicem tyrannum experti sunt, Amorrhæum scilicet, & auaritiam, vt de illorum posteris vaticinatus est Amos. *Auaritia in capite omnium* cap. 9 num. 5. Qua phrasi, inquit Ribera, significatur dominatam fuisse omnibus auaritiam, omnesque vicisse. Nam esse in capite dicitur, qui superior, ac uictor est. Vnde merito à Nazianzeno oratione 24. Aurum dicitur occultus tyrannus: & à Nysseno in vita Moysis: Crudelis domina auaritia. Quæ auaros velut in seruitutem redactos vulnerat, & occidit. Vnde Sep-

Auarus timidus. *Mat. 21 n. 12* *Ignauus.* *Hieron.* *Iosue 7 n 5* *Abul.* *Ambr. 2 de offic. c. 26* *Sol facilius sistit, quā auaritia.* *Demit victoriam.* *Auaritia dominante illico vincimur ab hostibus.* *Hebræo. Text. c. 1 n. 34 & 35* *Auaritia tyranna.* *Amos 9 n. 5* *Ribera* *Aurū occultus tyrannus.* *Naziāz. orat. 24* *Nyssen. in vita Moysis* *Auaritia crudelis domina.*

tuaginta legunt in loco Amos 1. *Vulnerate, succidite.* Adeo qui victores esse debuerant, victi sunt vitijs, quæ turpior est victoria, *quæ superans hostē incumbit vitio infelix victoria.*

Septuag

Bern. ad Niletum cap. 5

3 Tertio tandem taxantur, quod habitauerint in medio Chananæi, idest inter Chananæos, Hebraismo scripturæ familiari, vt apud Ezechielem: *Cum essem in medio captiuorum,* cap. 1. num. 1. Et apud Diuum Paulum: *Tollatur de medio vestri qui hoc opus fecit,* 1 ad Corinthios capite 15. num. 2. Prohibuerat enim Deus Israelitis comercium cum Chananæis, quorum societate, ac moribus, velut contagione quadam nouerat corrumpēdos. Quid enim malorum societas, nisi pestilentia quædam, iuxta illud. *In cathedra pestilentiæ non sedit,* Psalmo 1. num. 1. Chaldeo: *In societate derisorum, idest pestilentium non habitauit:* quorum venenoso afflatu, vel sanctissimi homines inficiuntur. Quod dolet Isayas: *Væ mihi quia tacui: in medio populi, polluta labia habentis, ego habito,* cap. 6. num. 5. Hieronymus: *Plangit se propheta, quia non fuit dignus laudare Dominum Sabaoth, cum Seraphim, non fuit autem ausus laudare Dominum, quia labia habebat immunda: & propterea labia habebat immunda, quia cum peccatoribus simul versabatur* &c. Ad quem etiam prophetam, vt notat idem Hieronymus: *Mittitur vnus de Seraphim, qui non manu, sed forcipe, & carbone tangat os eius, & iniquitates auferat* &c. Quasi à malitiæ contagio, vel Angelo timendum fuerit. Sane si non Angelus, certe Dei sanctuarium ex malorum consortio atque vicinia reddebatur immūdū. Quare Deus illud quotannis expiari iubet ab Aaron. *Expiet sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel,* Leuitici cap 16. num. 16. Caietanus: *Tanquam pollutum, non solum ab immunditijs legalibus, sed â grauioribus peccatis reputat. Deus sanctuarium suum ex hoc, quod est in medio eorum: tanquam immunditia, & peccata filiorum Israel redundauerint in domum Dei* &c Adeo malorum societas sanctum omne profanat: ideo sancti Patriarchæ etiam post mortem ab Ægypto in Sichem transferri tantopere curarunt. *Translati sunt in Sichem & positi in sepulchro, quod emit Abrahā,* Actorum c. 7. n. 16.

Ezech 1. n. 1

1 ad Cor. n. 2

Malorū societas pestilētia

Ps. 1. n. 1

Malorū contagio vel sanctissimos lædit.

Isai 6. 5

D. Hier.

Hiero.

Malorū contagiū vel angelus timet

Dei sanctuarium tangit.

Leuit. 16 n. 16

Caiet.

Sācti vel post mortē malorū cōsortiū vitāt.

Actor. 7 n. 16

Ne

Ne cadauera ipsa idololatrarum quodam quasi commercio profanarentur, vt videre licet apud Lorinum ibidem.

Lorin.

4

Hinc est, vt impius Ozias è sanctuario egredi iubetur, 2 Paralipomenon cap. 26 num. 18. Ne illud, totamque vrbem præsentia sua contaminaret. De quo Procopius in cap. 6, Isayæ: *Quamquam*, inquit, *legis præcepto extra castra lepro sus, tanquam impurus, pelli iuberetur, Hierosolima tamen secedere recusans, totam vrbem præsentia sua pollutam, impuramque reddidit. Inde est, quod Dominus tacuit prophetas suos, alioquin minime dedignatus, sed eorum doctrina indignos arbitratus, qui eandem cum homine impuro ciuitatem incolerent &c.* Ita Deus hic non dicitur fuisse cum his tribubus, in medio Chananæi habitantibus, quemadmodum supra cum Simeone, & Iuda fuisse dicitur; indignum enim erat, vt Deus cum ijs versaretur, qui cum impijs versabantur. Plura de hac re infra dicentur. Hæc satis de 1. capite 2. & quia explicare facilius, & quia anacephaleosis quædam sequentium est, breuius absoluemus, vt ad iudices ipsos, in quibus grãdiores materiæ, veniamus.

2 Paral. 26.18.

Proco. in Isai. 6

Vnus malus totã ciuitatẽ polluit.

Dei doctrina indigni malorũ cõsortes.

CAPVT II.

ARGVMENTVM.

POpulo prædicta ob scelera inflicta per Angelum reprehensio, Iosue obitus obiter, variusque Reipublicæ illius status iudicum tempore summatim describitur?

Ascendit Angelus Domini de Galg..lis.
Versus 1.

1 VT populũ diuinæ legis; pactique immemorẽ redargueret, legatus est à Deo Angelus. Is, verus ne Angelus, an Propheta quispiã fuerit, nõ satis liquet. Hebræi apud Lyranũ, Brixianũ, & Abulensem q. 2. Phineem fuisse tradunt, angelum vero dictum, quia Sacerdos erat, quod non infrequens in Scriptura. *In conspectu Angelorum psallã tibi,* Psalmo 137 n. 2, idest, *cum sacerdotibus canam tibi*, vt explicat Diuus Chrysostom. *Propter Angelos* 1. Corint. c. 11 num. 10. Idest, *propter sacerdotes,* vt Ambrosius, Paulinus, Anselmus, Clemẽs, Eucumenius, D. Thomas, Caietanus, & alij interpretantur. Inde angeli lineis vestibus, aut stolis, quæ sunt propria sacerdotum insignia, sæpe leguntur induti. *Exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo vestiti lino mundo*, Apocalypsis capite 15. num. 6. Daniel cap. 10. num. 5. Ezechiel cap. 9 num. 2. Affectabant, videlicet, angeli sacerdotibus pares, aut similes apparere: vsurpabant dignissima sacerdotũ, non Regum

Lyran. *Brixian.* *Abu. q. 2* Sacerdos angelus. *Psa.* 137 *n.* 2 *Chrysos.* 1. *Cor.* 11. *n.* 10

Ambr. Paul. Anselm. Clem. Eucu. D. Tho. Caiet. Angeli sacerdotũ more induuntur. *Apoc.* 15 *n.* 6 *Dan.* 10 *n.* 5 *Ezech* 9 *n.* 2 Sacerdotibus simile, esse volunt,

Regũ inſignia, in lino ſacerdotali, quam in regia purpura, videri volebant augustiores, Prado in Ezechielem cap, 21. num. 12. Aduertit, Sacerdotes, vt Angelos, dici Deo adſtare, atque aſſiſtere, quod æqualis cum eis ſint apud Deum familiaritatis, & honoris. *Dabo tibi ambulantes,* inquit Deus ad IESV Sacerdotem, *de ijs, qui aſſiſtunt mihi,* Zachariæ cap. 3 nu 8. Hoc eſt de ijs, qui mihi in templo miniſtrant. Quod eſſe angelorum maximè familiarium munus, diſcimus Tobiæ cap. 12 num. 15: *Ego ſum Raphael vnus de ſeptem qui adſtant ante Deum.* Imò ſuperiores, ac nobiliores angelis eſſe oſtendit locus ille Apocalypſis cap. 1 num. 6, vbi ſtellæ ſeptem, id eſt, ſacerdotes, in dextera Dei eſſe dicuntur, quod de Angelis nuſquam legitur. Vide Riberam. Quare Nazianzenus oratione 1. Sacerdotis dignitatem admirans pariter, & reformidans: *Quis eſt,* inquit, *qui veritatis propugnatorem vnius diecula ſpatio, vel vt de luto ſtatuam fingit, illum, inquam, qui cum angelis ſtabit, cum archangelis glorificabit, ad ſupremum altare ſacrificia*

Prado in Ezech. 21 n, 12

Sacerdotes apud Deum æquales angelis.

Zach. 3 n, 8

Tobiæ 12 n, 15

Sacerdotes angelis nobiliores.

Apoc. 1 n. 6

Riber.

Nazianz. orat. 1

tranſmittet, cum Chriſto ſacerdotio fungetur, figmentum inſtaurabit, imaginem exhibebit, ſuperno mundo opificem aget, & vt, quod maius eſt, dicam, Deus erit, alioſque Deos efficiet &c. Hæc loquendi formula inde nata, quod templum expreſſa quidam cæli effigies ſit, cælumque dicatur iuxta illud Salomonis Deum orantis: *Quodcumque orauerint in loco iſto, & exaudies in loco tabernaculi tui in cælo* 3 Regum cap 8 n. 30 id eſt, in ipſo templo, & Pſalmo 77 n. 69: *Ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum.* Quidam apud Genebrard. legunt, *Sicut excelſa,* id eſt *cælos,* erat enim cælorum exemplar ex Ioſepho, Philone & alijs &c ad quam ſimilitudinem fabricari iuſſit Deus tabernaculum, Exodi cap. 25 num. 9: *Vt,* quemadmodum loquitur Diodorus. *Auguſtum, ac breue illud opus tabernaculi, maximum illud, auguſtumque cæli templum animo colentium repræſentaret &c.* Videntur enim, qui in loco ſacro diuinis rebus interſunt, aut orãt, iam hic in cælo eſſe, ac futuræ illius gloriæ beatitudinem prælibare; ita illis templũ, aut ſacellum cælum eſt. Vnde Chryſoſtomus hom. 46,

Sacerdos Deus.

Templũ cælũ dicitur.

3 Reg. 8 n, 30

Pſal. 77 n. 69

Genebr.

Templũ cæli exẽplar.

Ioſepho, Philone

Exodi 25 n, 9

Aug. Diodor.

Qui intẽplo orãt, in cælo ſunt.

D. Chryſoſto. homil. 46

1 ad Corinthios cap. 14. Cælum in Ecclesia esse dicit, etenim ea, quæ hic in terris celebrantur, eorum, quæ in cælis celebrantur similitudines, ac simulacra esse sanctus Dionysius censet, vt loquitur Elias Cretēsis in 1. Nazianzeni orationem. Ex hac igitur analogia Sacerdotes, quia in templo, quasi in cælo ministrant, angeli dicuntur, & militia cæli Isaiæ cap. 24 n. 21 vt videre est apud Pinedam in Salomonem lib. 5 c. 5 num. 163

1 ad Cor. c 14

Dion.

Elias Cretens. in 1 Naziāz. orat.

Isai. 24 n. 21

Pined. in Sal. lib. 5 cap. 5. n. 163

2

Cur vero Sacerdos Angelus etiam dicatur? Explicat Malachias cap. 2 num. 7, *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.* Et ideo addit ibi Hieronymus: *In Sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina, & veritas ponitur, vt discamus Sacerdotem doctum esse debere, & præconem dominicæ veritatis &c.* Quoniam annuntiare est angelicum officium implere, vt ait Rupertus, & Elias citatus: *Eo nomine,* inquit, *Angelus etiam Domini omnipotentis sacerdos appellatur (etiamsi alioqui natura homo) quoniam Dei decreta plane, ac dilucide exponit, nec nisi explanandæ legis causa linguam mouet &c.* Nam vt ait Diuus Augustinus ad fratres in Eremo sermone 38: *Hæc est scientia scientiarum, angelorum ferculum, archangelorū pulmentum.*

Hiero. in Malach. 2 n 7

Sacerdos doctus sit

Annūtiare angelicum munus.

Rupert.

Elias Cretens. in 1 Naziāz. orat.

Sacerdotes de Deo rū ... [illegible]

D. Aug. ad fratr. serm. 31

Exigitur autem hæc sciētia potissimum à sacerdote, vt populum erudiat, & corripiat delinquentes. Quemadmodum Diuus Paulus ad Titum cap. 1 n. 9. *Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere.* Nam vt ait Hieronymus citatus in Malachiam: *Qui sacerdos est, & non corripit delinquentes, sacerdotis officium præterit &c.* Et Ambrosius Epistola 17 ad Theodosiū: *Neque imperiale est libertatem dicendi denegare, neque sacerdotale quod sentiat, nō dicere, &c.* Vnde Heli, quia filios non increpauit sacerdotalem vna cum vita dignitatem amisit, 1 Regum cap. 4 n. 18, & ad Phashur sacerdotem ait Deus: *Ecce ego dabo te in pauorem, te, & omnes amicos tuos, & corruent gladio inimicorum suorum,* Hieremiæ cap. 20 num. 4. Hieronymus: *Comminatur Phashur cū omni cognatione sua, & familia ducendum in captiuitatem, & in Babilone esse moriturum eo quod populum suum mendacio decepterit, nequaquā dicens vera, & tristia,* sed

3

Sacerdoti munus delinquentes corripere.

D. Paul. ad Titū 1 n. 9

D. Hier. cit. supra

D. Amb. Epist. 17 ad Theodosium

Reges nō adimant dicēdi libertatē.

Sacerdos nō increpans, punitur.

1 Reg. 4 n. 18

Hierem. 20 n 4

D. Hier.

Sacerdos mendax punitur.

sed prospera pollicendo &c. Quare Numerorum cap. 17 legimus, inquit Ambrosius Epistola 18, *quod virga nucina Aaron sacerdotis, cum diu reposita fuisset, effloruit. Nam videtur per virgam significari, quod directa esse debeat prophetica, & sacerdotalis authoritas, vt non tam delectabilia, quam vtilia persuadeat. Ideo vero nucinum baculum sumere iubetur propheta*, Hieremiæ 1. *quia memoratæ pomum arboris amarum in cortice, durum in testa, intus est fructuosum, vt ad eius similitudinem Propheta quoque amara, & dura prætendat, & denuntiare tristia non formidet. Similiter etiã sacerdos &c.* Qui hac in re angeli partes obit, qualis ille qui Oziam increpans: *Non est tui, inquit, officij, Ozia, vt adoleas incensum Domino* 2 Paralipomenon cap. 26 num. 18. De quo Chrysostomus homilia 4 de verbis Isaiæ: *Vide*, inquit, *libertatem, vide mentem seruire nesciã, vide linguam cælos attingentem, vide hominis corpus, & angeli mentem &c.* Vbi angelicam mentem, ac linguam attribuit sacerdoti, qui impium Regem libere increpabit. Non adeo abs re igitur Phinees sacerdos angelus appellatur, qui populum delinquentem Hebræorum in sententia, angelica plane libertate redarguit.

Num. 17 D. Amb. Epist. 18

Sacerdos vtilia, nõ dulcia persuadeat.

Hiere. 1

Sacerdos nuci simi lis.

2 Paral. 26 n. 18 Chrysost. hom. 4 de verbis Isaia

Sacerdos libere increpans linguam habet angelicam.

4 Potuit etiam Phinees angelus appellari, quia zelo castitatis accensus impuros è medio sustulit, Numerorum cap. 25. Nam casti, ac virgines vulgo á patribus angeli nuncupantur. Basilius de vera Virginitate: *Hi profecto qui virginitatem seruant, angeli sunt, qui communicantes in carne corruptibili, mortalium vitam illustrando tuentur, angelique sunt non obscuri aliqui, sed sane illustres, atque nobilissimi &c.* Sociam angelorum pudicitiam appellat Ambrosius, & Bernardus in Natiuitate Beatæ Mariæ, ipsam alloquens: *Quid ni videas angelum, cum iam angelice viuas? Quid nisi visitet angelus vitæ sociam? Quid nisi visitet ciuem sanctorum, & domesticam Dei? Angelica plane vita virginitas &c.* Et Arnoldus de septem verbis Christi: *Per hanc fuerat Gabriel Archangelus Mariæ domesticus: imo tota militiæ cælestis multitudo, & naturæ angelicæ gloria (admirans, quod sic integram in terris reperisset) circumfusa vndique cognato cælibatui exhibebat reuerentiam, & diuino incolatui clientelam, &c.* Vnde angelus ille passus non est, se à Ioãne Euangelista adorari,

Numer. c. 25

Virgines angeli sunt.

Basil. de vera virg.

Casti angeli illustres.

Ambr.

Bern. in N. Virg.

Castitas angelorũ socia.

Arno. de sept. ver. Christi

Gabriel Archãgelus B. Mariæ domesticus.

Angeli castitatis clientes.

Apoc. 19 n. 0

Apocalipsis cap. 19 n, 10, de quo Petrus Damianus sermone de Ioanne Euangelista: *Noluit adoratorem quem decernebat, æqualem fratrem recognouit, socium iudicauit &c.* Nã vt ait Cyprianus de bono pudicitiæ: *Virginitas æquat se Angelis: si vero exquiramus, etiam excedit, dum in carne lætata victoriam etiam refert contra naturam, quam non habent angeli &c.* Et Xistus lib, de castitate: *Si in virginitatis,* inquit, *integritate permãseris, eris apud Deum, vt angelus & apud homines vt Deus &c.* Diuus Paulus Castitatẽ cõmendans. *Hoc,* inquit, *ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestatum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominũ obsecrandi,* 1 ad Cor. 7 n, 35. in Græco Prostò Euparedron: hoc est, *ad id quod assideat Deo.* Vt enim Cornelius explicat: *Casti vocãtur paredri id est quasi assessores Dei, tanquam angeli quidã terrestres, qui semper ob castitatẽ vident faciem Patris &c.* Seu *quod eã animã,* vt loquitur Basil. *fo. iam, assistricemque tranquillissimã ad Dei contemplationem adesse sibi iugiter cupiens, obstrepentes illi voluptates corporis quã lõgissimè fugiat &c.* Seu quod castitas Deo propius familiariusq; adhæreat, nã *incorruptio facit esse proximum Deo,* Sapientiæ c 6 n. 20. Quem locum de virginibus intelligit Bonauentura. Vnde Apocalypsis cap, 14 num, 5, dicuntur esse ante thronum, quasi propinquiores, & assessores. Ita stãtibus angelis coram Deo, casti ac virgines, assidere dicuntur, quod maioris cuiusdam excellentiæ est. Magnum re vera quiddam, ac præclarum virginitas est, quæ, vt totam semel explicem, hominem incorruptibili Deo simillimum facit &c. Nihil igitur noui, si castissimus Phinees angelus Domini appelletur, præsertim cum sacerdos esset, quem potissimũ castitas decet Angelica. Nã vt loquitur Augustinus ad fratres in Eremo sermone 37, Sacerdotes alloquens. *Hæc est illa virtus, quæ nos Deo commendat, quæ nos angelos facit, quæ nos super æthera volando conducit &c.* Hinc est vt Angeli, & sacerdotes, quod superius adnotabam, eisdem lineis vestibus, in quibus Authore Lyrano, Daniel c. 10, angelica puritas designatur, vterentur, vt doceantur sacerdotes eadem cum angelis puritate, atque eisdem castitatis insignibus exor-

Petr, Damia. ser. de Euãg.

Cypr. de bon pud. Virgines angelos excedũt.

Xist. lib. de cast. Castus apud homines Deus.

1 ad Cor. 7 n. 35

Cornel. Casti angeli terrestres.

Castitas Deo familiarius adhæret.

Sap, 6 n. 20

Bonau.

Casti coram Deo assident.

Castitas Deo simillimos facit.

Sacerdotẽ castitas decet angelica.

Aug, ad fratr. in Ere. ser. 37

Angelos facit.

Lyran. Dan, 10

exornari. Cæterum verisimilius est verum fuisse angelum. Ita Augustinus q. 12. Theod. q. 6, Hugo, Lyra, Caietanus, & Abulensis q. 2. Suadet nominis proprietas, quæ non temere detorquenda. Deinde modus loquendi ipsius angeli personam Dei agentis, quod angeli in loquendo solent, ne quid gloriæ, aut dignitatis, imo diuinitatis attribuatur. Præterea, quia à tanta hominum multitudine exaudiri non posset, nisi angelus, cuius vox, vt vox multitudinis. Daniel ca 10 n 6, *In quo*, inquit Lyra, *designatur efficacia virtutis eius ad docendum homines quia vnus angelus potest plus docere, quã multitudo hominũ, seu doctor &c.* Tandẽ quia de Galgalis ascendit, siue vt se ostẽderet eundẽ illũ, qui Iosue ibidẽ apparuerat, Iosue cap. 5. n. 23. siue, quod mauult Theodoretus, *Vt beneficiorum, quæ populus illic in traiectione fluminis, & natorum circumcisione à Deo acceperat, memoriam refricaret, &c.* Angeli enim Dei beneficij gratissimi cũ sint, gratos nos quoque, ac sui similes esse volunt. *Hoc quippe*, inquit Chrysost. Mathæi c. 8. homil. 26, de gratitudine loquẽs, *& terra nos liberat, & transponit in cælum; atque ex hominibus angelos facit.*

August. q. 12 Hugo Lyra Caiet. Abu. q. 2

Angeli in loquẽdo humiles.

Dan. 10 n. 6 Lyra

Angelicę vocis efficacia

Iosue 5 n. 23 Theod.

Angeli gratissimi.

Chrysost. Math. 8 hom. 26

Gratitudo angelos facit.

Et quidem par erat, vt angelus populum reprehẽderet, quo fructuosius, ac libentius audiretur. Irreprehensibilis enim vitæ, ac virtutis angelicæ sit oportet quisquis alios reprehendit, aut docet. Inde est, quod Ioannem Baptistam, quamuis acriter increpantem Herodes libenter audiebat Marci cap. 6. num. 20, quia angelicam in eo vitam reuerebatur; iuxta illud. *Ecce ego mitto angelum meum*, Malachias cap. 3 n. 1, qui etiã, vt ait Ambrosius: *In deserto adoleuit, & Dominum baptizauit, & consitentiam illic prius exercuit, vt postea Regem increparet &c.* Similiter Stephanus apud Iudæos cõcionaturus, eorũque incredulitatẽ reprehensurus, angelico radiare visus est vultu. *Viderunt faciẽ eius tanquam faciẽ angeli* Actorum c. 6. n. 15. Vt declararetur eius innocentia, dicẽdique libertas, quod videre licet apud Lorinum: *Vel hoc dicit*, inquit Chrysost. *vt causã propter quã passi sunt illam concionari &c.* Non enim tanta libertate dicentem tandiu paterentur, nisi angelicam in eo faciem, ac vitam agnoscerẽt.

5 Angelus sit vita alios increpaturus.

Sancti increpãtes libenter audiũtur

Marc. 6 n. 20

Malac. 3 n. 1

Ambr.

Homines solos angelos increpantes audiunt.

Actor. 6 n. 15 Lorin. Chrysost.

An-

Angelus est, qui libere increpat. Chrysost. hom. 56 Antioch. 3 Reg. 18 n. 18

Angelicæ plane vitæ erat Elias, quē propterea Chrysostomus homilia 56. Beatum angelum, & citatus Antiochus Terrestrem angelum, ac cælestem hominem vocat: ideoque tanta libertate Achab regē increpuit, 3 Regum cap. 18 num. 18. De quo Chrysostomus in Psalmo 116, *Talis nimirum insignis ille Elias erat iustitiæ fiducia subnixus, ac Regis Achab scelus coarguens &c.* Et paulo supra: *Vita etenim diuinæ legi consentanea, fiduciæ parens, & architecta est. Huiusque rei magnus Dauid testis est: quippe qui priusquam peccasset, cum ingenti fiducia Saulem alloquebatur, admisso autem peccato, parricidam filium fugiens, prono in terram vultu, obtectoque capite iter faciebat &c.*

Chrysost. in Ps. 116

Vita incorrupta fiduciæ parens.

6 Moyses etiam dictus angelus, iuxta illud: *Accepistis legem in dispositione angelorum,* Actorum cap. 7 num. 53, vt multi Patres apud Lorinum interpretantur: populo prædicaturus iubetur soluere calceamentum de pedibus exodi cap. 3 nu. 5. Ambrosius: *Vt vocaturus populum ad Dei regnum prius carnis exuuias deponeret, & nudo vestitu, vestigioque mentis incederet &c.* Et ideo pulchri Isayæ cap. 52, seu speciosi, ad Romanos cap 10. dicūtur pedes apostolorum, *Quorum Dominus*, inquit Hieronymus, *lauit pedes, vt mundi, & pulchri essent ad prædicandum &c.* Cum enim speciosi pedes, speciosa vita prædicatorum est, speciosa quoque auditoribus reprehensio, vt docet Dauid: *Audiāt verba mea, quoniam potuerunt,* Psalmo 140 num. 7. Vbi quidam apud Chrysostomum legunt, *Quoniam speciosa fuerunt,* hoc est, explicat idem Chrysost. *Scient per rerum experientiam exhortationis, & consilij mei iucunditatem, & quoniam reprehensio iustorum hunc producit fructū, & eorumque disciplina magnam affert voluptatem &c.* Tandem quos speciosus Isayas, velo ces alibi angelos vocat iuxta Hieronymum. Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes Geneseos cap. 28 num. 12. Vidit Iacob, de quibus Christus: *Videbitis cælum apertum & angelos Dei ascendentes, & descendentes,* Ioannes cap. 1 num. 51, per quos Augustinus, & Beda significatos volūt prædicatores, qui, vt populum doceant, ac reprehendantque debent prius cælum vitæ puritate conscendere, atque inde veluti angelos,

Actor. 7 n, 53

Lorin.

Exod, 3 n, 5

Ambr. Prædicatores carnalia deponūt.

Isai. 52

Ad Rom. c. 10

Hieron.

Speciosa sit prædicatorum vita.

Ps. 140 n, 7

Chrysos.

Iustorū reprehēsio fructuosa, & voluptuosa.

Isai. Hieron, Prædicatores angeli ascēdētes, & descendētes.

Ioan. 1 n. 21 Aug, Beda

é cælo

è cælo deipsos in animos descēdere auditorū: Quod pluribus contendit noster Alcaçar in Apocalypsi cap. 4 n. 1 annotatione 1.

Alcac. in Apoc. 4 n. 1 ann. 1

Eduxi vos de Ægypto & induxi in terram pro qua iuraui patribus vestris. Eodem Vers.

1 VT populi scelus ingrauet, beneficia illi præstita inde iam à terra Ægypti, vsque ad promissæ telluris ingressum strictim commemorat, quod sæpius facere solet; vnde oritur dubitatio; cur Deus beneficia sua crebrius exprobret, cum magnificentiæ proprium sit, quæ donauerit, obliuisci, nam vt ait Seneca: *Qui beneficium dedit, meminisse non debet.* Vnde Christus cum leprosum mundasset, præcepit illi, vt nemini diceret, Lucæ cap. 5 num. 14, Ambrosius: *Vt doceret, non vulganda nostra beneficia, sed premenda; Vt non solum à mercede abstineamus pecuniæ, sed etiam gratiæ &c.* Cur ergo Deus illa identidem vulgat, & exprobrat? Respondet Prado Ezechielis cap. 16 num. 22: *Deum hoc facto nomini suo parcere, vt nostræ consulat vtilitati: atque æquius ferre se iudicari exactorem, quam nos esse immemores, & ingratos, tantique interesse nostram vilem conditionem, Dei in nos beneficentiam perpetuò recordari, vt eam memoriam nobis omnino necessariam, vel cum suæ æstimationis discrimine exigat, & expostulet &c.* Respon deri etiam posset, Deum commemorare beneficia sua, non quidem vt improperet Iacobi cap. 1 num. 5. Sed vt improperium suū, nostrumque faciat palam: suum, quia improperium Dei est iniuria ab iis affici, quos beneficiis cumulauit; hoc enim improperium Christi ad Hebræos cap. 11 num. 26. Diuus Paulus appellat, interprete Chrysostomo homilia 26: *Hoc est, inquit, improperium Christi, quando quispiam a suis, quādo ab iis; quos beneficio afficit, probris afficitur: ille; enim ab eo patiebatur, qui erat affectus beneficio &c.* Quod improperiū Moyses adeo metuebat, vt ad Pharaonem in Ægypto à Deo legatus ire non auderet, Exodi cap. 4. quia ingratitudo populi illum deterrebat, vt Author est Nicetas

Obliuisci quæ donamus, magnificum. *Senec. Luc. 5 n. 24 Ambr.* Nō vulgāda, quę damus.

Deus beneficia sua exprobrat.

Prado Ezech. 16 n. 22

Minoris facit Deus suum nomē, quā nostrā vtilitatem.

Maximi interest Dei beneficia recordari.

Iacob 1 n. 5

Improperiū Christi peccatoris ingratitudo.

Ad Heb. 11 n. 26 Chrysost.

Exodi 9 Ingratitudo valde timenda.

Nicetas

cetas apud Nazianzenum in pascha oratione 2: *Periculum*, inquit, *fecerat Iudæorum ingratitudinis quippe qui beneficio quoque affecti, ipsum fuga Ægyptum relinquere coegissent* &c. Nostrum vero, quia improperium, ac probrum homini est, post beneficia numen offendere: quam ignominiam cum ferre non posset, *abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini* Geneseos cap. 3. num. 8. Abulensis: *Absconderunt se ex verecundia ingratitudinis, quia contra Deum benefacientem eis, peccauerant.* Neque alio supplicio maiori Deus murmurantem contra Moysem, & Aaron multitudinem filiorum Israel puniri voluit, quam ingratitudinis suæ rubore, vt puderet offendisse illos, quorum beneficio ab incendio seruabantur, Numerorum cap. 16 n. 47. Maluit enim iratus Deus ingratos ad ignominiam viuere, quam perdere ad vindictam, vt significat Ambrosius Epistola 25. *Qua indignatione Dominus perdidisset omnes, nisi Moysi, & Aaron primo precibus inflexus, post etiam obiectu sacerdotis sui Aaron maluisset ingratos maiore veniæ pudore donare ijs, quorum abnuebant gratiam* &c.

Nicet. apud Naz in pascha orat. 2.

Impropriũ hominis est post beneficia Deũ offẽdere

Gen. 3 n. 8

Ingratitudo verecundiã parit.

Abul.

Magnũ suppliciũ rubor ingratitudinis.

Num 16 47

Amb. Epist. 25

Probabilius tamen videtur angelũ Domini producere beneficia Dei quasi testes, quibus Israelitarum coarguat, & conuincat improbitatem, ne tam ipse, quam Dei beneficia eos accusare, ac reos agere videãtur. Ita cum populo suo Deus expostulans. *Popule meus*, inquit, *quid feci tibi, quia eduxi te de terra Ægypti. & de domo seruientium liberaui te.* Micheas cap 6 n. 4. Ambrosius in Psalmo 50. *Singula in conspectu suo locat beneficia sua, vt tanquam de his iudices quæ seruare debueras, quo magis reus fias, qui diuinis non potueris stare beneficij.* Et Bernardus in Cantica sermone 16. *Instaurat aduersum me testes (vt alia innumera taceam) huius corporis victum, & vsum tempori huius, & super omnia sanguinem dilecti filij sui clamantem de terra. Pudet ingratitudinis* &c. Ita suis Deus beneficijs ingratos conuincit, ac punit, quibus addere beneficia nihil aliud est, quam augere supplicia. Vnde Christus Dominus cum Cananeæ precibus difficulter annuisset, accedentes tamen cæcos, claudos, debiles, & alios multos Mathæi cap. 15 num. 30. cõfestim sanauit. Euthymius, *Repente curat illos*

Beneficia Dei testes in peccatores.

Mich. 6 n. 4

Eos accusant.

Amb. in Ps. 50

Bern. in Cant. ser. 16

Ingratitudo pudenda.

Ingratis beneficiẽdo supplicia auget Deus.

Mat. 15 n. 30.

Euthym.

illos, non quod maioris sint fidei, quam Chananææ, sed quod Iudæi sint, vt ingratorum obturet ora Iudæorum, demonstrans illos dignos maiori supplicio &c. *Quo enim quis*, addit Chrysostomus, *maioribus fuerit beneficijs affectus, eo se grauiori supplicio facit obnoxium si ingratus exista:* &c. Contra vero in patriam suam indulgentior Christus, non fecit ibi virtutes multas, Mathæi cap. 13 num. 58. Hieronymus, *Ne multas faciens virtutes, ciues incredulos condemnaret*, &c. Itaque ingratis maius beneficium est pauciora conferre beneficia, quia Dei munera, sua vertunt in vulnera, merito vt ingratitudinem rem peremptoriam, atque hostem gratiæ Bernardus appellet, sermone 2 de Septem misericordijs. Et Nazianzenus citatus, inter alias plagas, quibus ingratum hominem Deus castigauit beneficia numerat. Et Diuus Leo, vt supra attigimus, mentem ingratam sibi ipsi supplicium esse dixerit. Obijcit igitur angelus Israelitis beneficia Dei, non vt exprobret, sed grauioris vt pænæ reos conuincat, qui tot beneficijs ad Dei contēptum suique perniciem sunt abusi.

Chrysos. Idem. — *Math 13 58* — *Hieron.* — Beneficium Dei ingratis non benefacere. — Ingratitudo hostis gratiæ — *Ber. ser. 2 de sept. miser.* — *Nazian. cit.* — Beneficia ingratis vulnera. — *D. Leo.* — Mens ingrata supplicium sibi.

Neque eos honoris caussa nominatim angelus notat, sed, *Eduxi* inquit, *vos* quasi ingratos, memoria, nomineq; indignos, quia ingratos. Ita Christus Dñs de nouē illis leprosis, quos ingrati animi arguebat, tanquam de ignotis loquitur. *Et nouem vbi sunt?* Lucæ cap. 17. num. 17 Glossa apud Bonauenturam. *Ingratos, quasi ignotos, vbi sunt, requirit* &c. Mathæus vero his nouem prætermissis, decimi tantum leprosi meminit cap. 6. num. 2. *Qui*, vt ait Tunianus, *propter gratum animum solus commemoratur, reliquis nouem silentio dissimulatis, quos Lucas. Cum illo grato, & beneficij memore commemorauit* &c. Ingratos etiam per Isaiā Deus quasi hominū nomine indignos sigillat dum illis bruta animantia confert, imo præfert. *Filios enu triui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit*. Isaiæ cap. 1. num. 3. Zeno Veronensis serm. 5. de Isaia, *Exaltatos appellat, vt ingratos ostendat, bouem illis, asinumque preponit, vt grauius possint, si resipiscant comparatione torqueri, quam pæna.*

9 Ingrati indigni nomine. — *Text.* 1. 1 — *Luc.* 17 *n.* 17 — *Glos. apud Bon.* — *Math* 6 *n.* 2 — Ingrati, ignoti, & sine nomine. — Grati digni, qui nominētur. — *Isai.* 1 *n* 3 — Ingratis an malia præponūtur. — *Zeno ser. 5 de Isai.*

Ita

Ita reliqua vitia pares animantibus efficiunt homines, ingratitudo inferiores. Quare angelus ingratos filios Israel, velut stupidos, & vecordes, ac nulla ratione peccãtes grauiter increpat.

Noluistis audire vocem meam: cur hoc fecistis? Vers. 2.

1 Reprehẽsio blãda sanat

Amarulẽta exulcerat.

NVlla tamen in reprehendendo verborum vtitur amarulentia, vel iniuria, non sedifragos, non ingratos, aut rebelles appellat, vt reprehensio sanet, non exulceret. Ita Christus Dominus Iudæ volens blãde reprehendẽdo mederi, amicum vocat, non proditorem. *Amice ad quid venisti?* Mathæi cap. 26. n. 50. Caietanus: *Non appellauit eum proditorem, sed amicum ab officio osculi* &c. *Non aspera*, vt loquitur Leo, *nec aperta illum increpatione confundens, sed leni, ac tacita admonitione conuincens, vt facilius corrigeret pænitudo, quem nulla deformasset abiectio* &c. Et Gaudentius sermone 13. ad illa verba. *Sinite eam, quid illi molesti estis*, Marci cap. 14. num. 6. *In communi*, inquit, *omnibus discipulis loquitur, vt aduersantis Iudæ contumeliam temperet, neque acriter, vt in fraudatorem inuehitur, sed dissimulato eius crimine, quem & Euangelista furem nominat, leni monitu vniuersos pariter instruit*. Sic etiã Baptista Herodem reprehendit non admodum vehementer. *Neque enim dixit*, inquit Chrysostomus 2. ad Corinthios cap. 12. homilia 29. *O scelest̃e, imò scelestissime: ò flagitiose, ac profane Dei legem protriuisti, imperia illius contempsisti, potentiam tuam pro lege habuisti: Nihil horum locutus est; atque etiam in criminis insectatione multa ab eo moderatio, ac lenitas adhibita est. Non licet*, inquit, *tibi habere vxorem fratris tui quæ quidem verba docentis potius sunt, quam coarguentis, erudientis potius, quã vindicantis*, &c. Idẽ notat in verbis Nathã quibus Dauidẽ reprehendit 2 Reg. cap. 12. Itaque vatis est, atque angeli reprehendere quidem, sed sine contumelia, sine maledicto. Vnde cum Michael Archangelus cum Diabolo disputans altercaretur, de Moysi corpore, non ausus est iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: *Imperet tibi Deus*, Iudæ cap. 9. Caietanus: *Arguendo diabo*

Mat. 26 n. 50 Caiet.

Leo

Marc. 14 n. 6 Idem:

Gaudẽt. ser. 13

Chrysos. 2. ad Cor. 12. hom. 29 Idem.

2. Reg. c. 12

Angeli, ac vatis reprehendere est, sed sine cõtumelia.

Iud. c. 9 Caiet.

diabolum non maledica verba dixit, ſed, Increpet te Deus; quæ ſunt verba iuſtitiæ &c. Hieronymus: *Merebatur quidem diabolus maledictum, ſed per angeli os exire non debuit &c.*

Hieron. Angeli os nō maledicit.

Quam obrem nolui delere eos à facie veſtra, vt habeatis hoſtes, & dij eorum ſint vobis in ruinam.

Verſ. 3.

1 VIolati fœderis pœnam denuntiat: pacto ſe ſtaturum Deus promiſerat ea conditione, vt filij Iſrael Cananæos delerent, & illorum aras ſubuerterẽt. Neutrum ab ijs factum; vtrumque igitur Deus illis in pœnam vertit, vt & ad aras, quas euertere noluerant, ceſpitarent ac ruerent, & Cananæos, quibus cum veritas amicitias iunxerant, infeſtiſſimos hoſtes experirentur. ſæpe enim fit, Deo ita amicitiam praué initam puniente, vt quos male diligimus, vertantur in hoſtes. Ita enim ſcriptum eſt de Ægyptijs. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius*, Pſalmo 104, num. 25. Anaſtaſius ex Chryſoſtomo in Pſalmo 3. *Non datum eſſet à Deo odium, niſi prius male amaſſent; quibus enim amicitia comparabat exitium, ijs odium erat occaſio virtutis* &c. Propterea Deus, vt author eſt Baſilius homilia, quod Deus non eſt autor malorum, inimicitiã nobis erga ſerpentẽ indidit. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius; Re vera namque noxiæ ſunt amicitiæ, quæ cum malitia contrahuntur* &c.

Quos male diligimus, vertantur in hoſtes. Pſ. 104 n. 25

Anaſt. in Pſal. 3

Odiũ in prauis amicis occaſio virtutis.

Gen. 3 n. 15 Baſil.

2 Deinde angelus vim hoſtilem minatur à diuina lege recedentibus, quia vbi peccator à Deo recedit, hoſtis accedit, qui illatam Deo iniuriam vindicet, vt contigit Amaziæ Regi, *qui poſtquam receſſit à Domino tetenderunt ei inſidias in Hieruſalem*, 2. Paralipomenon cap. 25 n. 27 Quia vt magis explicat Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis. *Ex eo tempore, quo prophetæ conſilium non audiuit, neque ad Dominum conuerti voluit, præparatio coniurationis illius facta eſt, & ea tenus dilata donec ad conſumationem peruenerit* &c. Dauid etiam vbi peccauit, ſtatim hoſtes in ſui vindictam irritauit, ſic enim ad illum Nathan.

Vt à Deo recedimus, ab hoſtibus premimur.

2 Paral. 25 n. 27

Hier. in q. Hebr.

Peccata in nos hoſtes excitant.

Blaſ-

Blasphemare fecisti inimicos Domini, 2 Regum cap. 12 num. 14. Cyrillus Cathechesi 2. legit: *Irritasti inimicos Domini: multos enim propter iustitiam hostes habebas, sed custodiebat te temperantia; traditis autem his armis promptos habebis stantes contra te &c.* Eadem causa filium Absalonem in illum armauit, vt autor est Chrysostomus, in eundem Psalmum, *Dauid propter nefarium coniugium à filio suo Absalon bello impetitur, &c. Qui*, vt loquitur Saluianus lib. 2. de Gubernatione, *ita Dei iuditio à se alter effectus est, vt ei, quem timuerat forsitan totus orbis, vnus in faciem insultaret inimicus, &c.* Semei videlicet, 2 Regum cap. 16.

2 Reg. 12 n. 14 — Cyril. cathech. 2 — Têperantia no ab hostibus custodit. — Chrysost. cit. — Saluian. lib. 2 de Gubern. — 2 Reg. 16 — Peccata nos reddunt imbelles.

3 Salomon, vbi mulieres alienigenas adamauit, aduersarios in se illico excitauit. *Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idumæum*, 3. Regum cap 11. num. 14. *Suscitauit quoque ei Deus aduersarium Nazon*, nu. 23. *Ieroboam quoque leuauit manum suam contra Regem*, n. 26 Theodoretus 3 Regum q. 35. *Quandiu Salomon diuina fruebatur prouidentia, in pace degebat, & tranquillitate, omnes habens subditos, & tributum offerentes quamplurimum postquã autem ea fuit priuatus, facile patuit inimicorum insultibus &c.* Vbi iurgati sunt filij Israel, & tentauerunt Dominum, statim additur. *Venit autem Amalech, & pugnabat contra Israel*, Exodi cap. 17 num. 8. Quam primum enim populus peccauit, hostis ad fuit peccati vltor, vt videre est apud Oleastrum. Vnde Diuus Hieronymus in Epitaphio Nepotiani sui temporis bella, ac vicem dolens. *Infelices*, inquit, *nos qui tantum displicemus Deo, vt per rabiem barbarorum, illius in nos ira desæuiat &c.* Quis nam pronuntiauit Caino omnes qui occurrerent obuiã inimicos sibi, infestosque futuros. *Omnis igitur qui inuenerit me occidet me*, Geneseos cap. 4. num. 14? Nisi sceleris conscientia, quæ omnes in se creaturas armauerat, vt videre est in Procopio. *Propterea* concludit Chrysostomus, vt supra attingebamus. *Nobis datum est præceptum, ne vlciscamur inimicos, quoniam propter peccata Deus eos in nos sæpe excitat.* Addit que. *Vis videre ruinam eorum qui te oppugnant? Te tuorum pæniteat, & corruent inimici &c.*

3 Reg. 11 n. 14 — n. 23 — n. 26 — Theod. 3 Reg. q. 35 — Absque Dei fauore hostibus patemus. — Exodi 7. n. 8 — Hostes peccatorũ Deum vlciscuntur. — Oleast. — Hiero. in Epitaph. Nepot. — Genes. 4 n. 14 — Idem. — Procop. — Chrysost. — Hostes non à se, sed à Deo tales nobis sunt. — Pænitentia peccatorũ destruit inimicos.

4 Neque solum rationales creaturas, sed etiam ratione, sensuque carentes peccatum

catum

catum irritat, vel armat iuxta illud. *Armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ*, Sapiẽtiæ c.5 n.18. Vt qui cũctis sibi seruiẽtibus, Deo subiectus esse noluit, omnia sentiat effera ta. Ita loquitur Abul. ad illa verba. *Deuorabunt eos aues morsu amarissimo*, Deuteron. c.32 n.24, & Bernard. Epist. 42. Adã enim antequã peccaret, subiectas sibi, obedientesq; bestias habuit, & tanquã seruis imposuit nomina Genes. c.2 n.20. Postquã autẽ adspectũ peccato cõmaculauit, addit Chrysost. *Tunc bestiæ eũ non cognoscebãt, & quæ seruæ erant, ei hostes euaserunt.* Inde Deus populo suo iratus. *Visitabo*, inquit, *super eos quatuor species, gladiũ ad occisionem, & canes ad lacerandũ, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandũ, & dissipandum*, Hierem. c.15 n.3. Hieron. *Neque enim fieri poterat, vt creatore neglecto, non vniuersa creatura cõsurgerẽt in peccatores &c.* Et idcirco ad vltionẽ Ægyptiorũ armis vniuersi orbis est vsus. Autor mirabiliũ sacræ Scripturæ q.19. *Istarũ modus plagarũ vndiq;, hoc est de terra, aquis, animãtibus, aere, igne, nubibus, cælo, & angelis cõuenerat, vt ostẽderetur, quod cõtra Deo rebelles, & contumaces se se pariter vniuersus orbis armat, &c.*

Sap. 5 n. 18 — Peccatũ etiã irrationalia in nos armat. — Abul. Deut. 32. 24 — Bern. Epist. 42 — Idem. Gen. 2 n. 20 — Chrysost. — Hiere. 15 n. 3 — Hieron. — Creaturę Deũ neglectum nõ patiũtur. — Augu. de mirab. Script. q. 19 — In peccatores cõspirãt creaturæ.

5 Quid plura? ipse peccator sui hostis, sibique cõtrarius est. Adã enim vbi peccauit diuisionem, ac pugnam in animo sensit. Isidorus 1. sententiarũ cap. 18, *Vt, qui noluit cum Deo esse vnitus, esset in se ipso diuisus; & qui imperanti Deo noluit esse subditus, fieret sibimetipsi rebellis, atque contrarius: Vnde nec sibi poterit subiugari, si prius Deo non fuerit subiugatus, sibique seruiet nolens, qui Deo noluit volens &c.* Imo peccatum ipsum aduersus hominem pugnat. *Iniquitas calcanei mei circundabit me*, Psalmo 48 n.6. Chrysostomus: *Peccatum solum est terribile, quod vndique circuit eos, qui capiũtur quouis exercitu grauius &c.* Vnde ad Hebræos cap. 12 num. 1, *Circunstans nos peccatum dicitur, Quod inique nos impetit, & circumuallat: ab omni parte nos obsidet, circunstat, impugnat*, vt explicat Diuus Anselmus: Instar gladiatorũ, vt quidam apud Corneliũ, à quibus metuens sibi Dauid: *Peccatum*, inquit, *meum cõtra me est semper*, Psalmo 50 n.5. Ambrosius: *Tanquam hostiles acies, ita lapsus culparum suarum aduersantiũ modo sibi arbitratur obsistere &c.* Quibus consonat illud Dei ad peccatorẽ: *Arguã te, & statuã*

Peccator sibi inimicus. — Isidor. 1 sent. c. 18 — Peccatũ aduersũ nos pugnat. — Psal. 48 n. 6 — Chrysost. — Ad Hebr. 12 n. 1 — Peccatũ hostis terribilis. — Ansel. — Cornel. — Psal. 50 n. 5 — Ambr. — Peccatũ acies hostilis.

Gheb: 2 li

tra faciem tuam, Psalm. 49 n. 3. in Hebreo. *Ordinabo.* scilicet prauitates tuas: Metaphora est à bello desumpta, vt videre est in Genebrardo. Itaque peccator sibi se, & creaturas omnes habet infensas, Quemadmodum filij Israel hostes habuere Cananæos. *Vt habeatis hostes.* Septuaginta legunt: *Erunt vobis in angustias.* Pagninus: *Erunt vobis in lateribus*, idest, *in spicula, quæ vobis latera confodiant.* Vatablus: *Erunt vobis in spinas.* Peccator enim vndique pungitur, dum non compungitur. Melius Dauid: *Conuersus sum*, inquit, *in ærumna mea dum configitur spina*, Psalmo 31. num. 4. Bernardus in Cantica sermone 34. *Bene confixus, qui conuersus exinde est; bene pungeris, si compungeris*, &c.

Text. Septuag. Pagn. Peccata spicula. & spinæ. Vatab. Psal. 31 n. 4. Bern. in Cant. ser. 34. Bene pũgimur, dũ compũgimus.

Qua vero ratione Dij fuerint filijs Israel in ruinam, infra videbimus.

Cumque loqueretur angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt ipsi vocem suam, & fleuerunt.

Vers. 4.

1 TAnta verborum maiestate, ac pondere angelus in animos populi audictis influxit, vt omnes suorũ scelerũ pænitẽtia, ac dolore cõmoti cõmuni cõploratione facta in lachrymas, gemitusq; proruperint. Angeli enim est lachrymas ciere, non risus. Vnde is, qui apparuit Abraham, Sarræ risum corripiens, vt autor est Chrysostomus Mathæi cap. 2 homilia 6. *Quare*, inquit, *risit Sarra*, Geneseos cap. 18 n. 13. Noluit videlicet angelus excitator risus videri, qui lachrymas amat excitare. Ideoque fortasse angeli pacis amare dicũtur flere. Isaiæ cap. 33 num. 7. quia nos ad fletum, pænitẽtiamque alliciunt. Hinc Pelusiota Epistola 319. Sacerdotem instruens, vt subditos pænitentiam, ac seria, non risum edoceret.

Angeli est prædicatione lachrymas ciere. Chrysost. Mat 2 hom. 6 Gen. 18 n. 13 Angelum pudet risus excitare. Isai. 33 n. 7 Pelus. Epist. 319.

Sacer

Sacerdos Angelus. Angelus riſum neſcit.

SAcerdos, inquit, *Domini omnipotentis angelus eſt: Angelus autẽ riſum neſcit Deo, cum metu, ac pauore miniſtrans, &c.* Idem eſt angelici, ſeu euangelici concionatoris. Hieronym. ad illa verba. *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt*, Iſaiæ cap. 3 num. 12. *Ille eſt doctor Eccleſiaſticus, qui lachrymas, non riſum mouet, qui corripit peccatores, qui nullum beatum, nullum dicit eſſe felicem &c.* Hæc illa vox turturis, Canticorum cap. 2 nu. 12, quæ non dulce admodũ ſonat, ſed ſignificat dulcia de qua Bernardus ſermone 59. *Illius doctoris libenter audio vocem, qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctum moueat: vere turturem exhibes, ſi gemere doceas, & ſi perſuadere vis, gemendo id magis, quam declamando ſtudeas, oportebit &c.*

Iſai. 3 n. 12. *Hieron.* Prædicator corripiat lachrymas moueat. *Cant. 2 n. 12* Non ſibi plauſum ſed planctum moueat auditoribus. *Bernar. ſer. 59* Prædicator vt turtur gemat.

2 Angeli lachrymis delectantur.

Itaque plorant angeli ſi rides, rident ſi ploras, tuiſque lachrymis delectantur. Ideo Lazarus portatur ab angelis, Lucæ cap. 16 n. 22, quos luctu recreauerat, vt indicat Chryſologus ſerm. 124. *Merito portabatur ab angelis, qui iacebat, qui lugebat:* Iidem enim cum Maria plorante gaudebant miſcere colloquia. *Mulier quid ploras?* Ioannes cap. 20 nu 13: Vide Cyrillũ c. 16. Merito vt lachrymas angelorũ delicias appellet Bernardus in Cantica ſermone 68. *Gaudent, inquit, angeli ad pœnitentiam peccatoris, quod ſi deliciæ angelorum lachrymæ, quid deliciæ? &c.*

Luc. 16 n. 22 *Chryſol. ſer. 124* *Ioan. 20 n. 13* *Cyril. c. 46*

Lachrymæ deliciæ angelorum. *Bern. in Cant. ſer. 68*

3 Tripudiant angeli ad gemitus pœnitentis.

Iam vero ad vocem, gemitumque pœnitentis, quã tum in angelis gaudiũ, quã tumvé tripudium? Carceris cuſtos qui Paulũ, Sylamque cuſtodiebat ad meliora cõuerſus in hanc vocem erupit. *Domine quid me oportet facere, vt ſaluus fiam?* Actorũ cap. 16 n. 30. Chryſoſtomus ad Epheſeos cap. 4 homilia 8. *Quid hac voce iucundius, ipſa facit ſaltare angelos, vt hanc vocem audiret, ſeruus quoque factus eſt Dei vnigenitus &c.* Vox enim pœnitentiũ dulcis, & *ſicut vox cytharœdorũ cytharizantium in cytharis ſuis* Apocalypſis cap. 14 num. 2. Quo Bernardus alludens: *Cytharizant*, inquit, *in cytharis ſuis, qui voluptatis affluxionem pœnitentiæ reſtrictione reuerberant &c.* Digni profecto, qui angelorum choris ſuauiſſimam vocem interſerant. Quemadmodum Dauid: *In conſpectu*, inquit, *angelorum pſallam tibi*, Pſal. 137 n. 2. Hieron. *Vide profeſſionẽ pœnitẽtis quia poſt confeſſionem & pœnitentiam cũ angelis meretur pſal-*

Act. 16 n. 30 *Chryſoſ. ad Epheſ. c. 4 ho 8* *Apoc. 14 n. 2* *Bern.* Cytharizãt pœnitentes. *Pſa. 137 n. 2* *Hieron.* Pœnitẽs cũ Angelis pſallit.

psallere. Quid enim aliud est in lachrymis,& pænitentia vitam agere, quam cælestibus iam nunc gaudijs sociari,& conciuem fieri angelorum. Propterea Diuus Paulus: *Gaudete,inquit, in Domino semper*, ad Philipenses c. 4 n.4. Chrysostomus. Mathæi cap. 2 homilia 6. *Eam procuidubio, quæ ex his nascitur lachrymis, significans voluptatem &c.* Basilius homil. 4 de gratiarum actione: *Vt igitur beatæ illius vitæ imagine quadam tenus conemur exprimere, iussit nos gaudere semper Apostolus. Et ibidem Apostolus vt cum flentibus & ipsi fleamus permittit,quod eiusmodi lachrymæ sint seminarium quoddam ac fœnus, quibus æternum illud gaudium increscit quotidie, & cumulatur &c.* Augustinus ad fratres in Eremo sermone 11. *Si hic ploraueris,iam patriæ cælestis ciuis constitueris. Beati,* inquit, *quia lugent &c.* Lachrymæ enim angelicũ vultum cælite ciue dignum conciliant pænitenti: quo sane gloriabatur sponsa, *Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem,* Canticorum 1.n. 4 Interprete Chaldæo his verbis: *Quãdo Israelitæ fecerunt vitulum, denigratæ sunt facies eorum sicut Æthyopum, qui habitant in Cedar, & quando egerunt pænitentiã & demissum eis fuit peccatum, multiplicatus est splendor gloriæ, vultus eorũ, sicut vultus angelorum &c.* Angelo Laodiceæ ait Christus: *Æmulare ergo, & penitentiam age* Apocal. c 3 n.19. Ambros. *Ecce angelus dicitur, cui pænitentiæ curæ, conuersioque mãdatur &c.* Ita lachrymæ pænitentes ad angelicã quandã euehunt dignitatẽ, & angelos quibus gaudiũ *super vno peccatore pænitentiã agente,* Lucæ c. 15 nu.10, lætitia cumulant; quod huic angelo, de quo agimus,cæterisq; in tot hominũ fletu, ac pænitẽtia contigisse,quis dubitet?

Cõciuis angelorũ qui lachrymãs viuit. — *Phil. 4 n.4* — *Chrysos. Math. 2 hom. 6* — *Basil, hom. 4 de grat. act.* — Lachrymæ fœnus æterni gaudij. — *Aug, ad frat. ser. 11* — Effusæ lachrymæ vultum reddũt angelicum. — *Cant. 1 n. 4* — *Chald.* — Perpeccata deni grantur — Pænitentia splendorẽ multiplicat. — *Apoc. 3 n. 19* — *Ambr.* — Lachrymæ pænitẽtẽs angelos faciunt. — *Luc. 15 n. 10*

4 Quod vero filij Israel vocem eleuasse dicuntur, ne lingua illos, sed oculis tantũ lachrymisq; locutos existima, est enim maior, efficaciorque pænitentiæ vox cũ flendo peroret. Tales Annæ illius lachrymæ, de qua dicitur: *Tantum labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur*, 1 Regum cap. 1 n. 13, Chrysostomus Mathæi c. 2 n. 6, *At lachrymæ, vel solæ emittebant ad Dominum vocem omni buccina clariorem, & idcirco sterilitatem eius, in fæcunditatem Deus mutauit &c.* Inde Petrus acturus pænitentiã, nihil locutus *fleuit amare* Lucæ cap. 22 num. 61. De quo

Efficacior pænitẽtiæ vox lachrymæ. — *1 Reg. 1 n. 13* — *Chrysos. Math. 2 n. 6* — Lachrymarũ vox buccina clarior.

Am-

Ambr. ser. 48 Petri lachrymæ.

Ambrosius sermone 48. *Petrus prorupit ad lachrymas, nihil voce precatus, inuenio enim, quod fleuerit, non inuenio quid dixerit: Lachrymas eius lego; satisfactionem non lego. Recte plane Petrus fleuit, & tacuit, quia quod defleri solet, excusari, & quod defendi non potest, ablui potest, &c.* Idem indicat Bernardus de gradibus humilitatis cap. 12. *Petri post grauem lapsum lachrymam quidem video, sed precem non audio, nec tamen de indulgētia dubito* &c.

Quod deflet tur excusatur.

Bern. de grad. humil. c. 12

5 Lachrymæ Magdalenæ. Amb. de pæn. c. 17

Sic etiam Maria Magdalena pænitentiam auspicata est, quæ vt loquitur Diuus Ambrosius de pænitentia cap. 17. *Crimina sua non verbis visa est exposuisse, sed lachrymis, cuius cum orando tacuerit lingua, pænitentiæ officio confessa est conscientia* &c. *Lachrymis cæpit rigare pedes eius*, Lucæ cap. 7. n. 38. Vbi Maldonatus: *Recte peccatrix à lachrymis sumit exordium, magnæ ad flectendum Deum oratoriæ artis est peccatorem tacitū flere &c.* Quam artem miratus sanctus Laurentius Nouariensis Episcopus homilia 1. de pænitentia. *O mulier peccatrix*, inquit, *multa adinuentio tua. Quis tibi demonstrauit talem inuenire, aut proponere artem, vt congesta in te crimina momētaneis lachrymis vincere &c.* Ita Magdalena, quod verbis non poterat, lachrymis solebat impetrare. Neque enim vitā Lazaro postulauit, sed breuiter locuta: *Domine*, inquit, *si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus*, Ioann. cap. 11 n. 32. Deinde lachrymis oppleuit os totū sibi Rupertus: *Lingua conticuit, cætera lachrymis vberius peregit* &c. Vt enim addit idem Maldonatus: *Nulla est efficacior, nulla potentior oratio quam lachryma* &c. Eodem pænitentiæ genere Achab Deum pænitens exorauit. *Reueritus est à facie Domini, & ibat flens*, 3 Regum capite 21 num. 27. Ambrosius citatus capite 14. *Non orationis pompa, non sermonis ornatu, non eloquij copia placuit Deo, sed multis precibus lachrymari: os tacuit, sed cor ingemuit, oculus fleuit, sed conscientia planxit. Et verecundiam pænitudinis, pietas laudauit auctoris* &c. *Quia patiens Dominus est*, inquit Iudith ad ciues suos, *in hoc ipso pæniteamus, & indulgentiam eius fusis lachrymis impetremus*, Iudith cap. 8 n. 14. Interlinealis: *Quæ pondera vocis habent, quæ impetrant, nō supplicāt* &c. Sumptum à Poeta. *Interdum lachrymæ pondera vocis habent.*

Luc. 7 n. 38 Mald. Rhetoricū est flēdo Deum flectere.

Laur. Nauar. hom. 1 de pæn.

Quod verba nō possunt lachrymæ impetrāt

Ioan. 11 n. 32

Rupert.

Mald. Nulla oratio lachrymis efficacior

3 Reg. 21 n. 27

Amb. cit. c. 14

Iudith 8 n. 14

Interl. Lachrymæ pōdera vocis habent.

Psal. 38 13

Lorin. Psal. 6 n. 9 Thren. 2 n. 18 Delr. Ambr.

Hinc illud Psalmistæ: *Auribus percipe lachrymas meas*, Psalmo 38 num. 13. Quas scite Lorinus vocales, siue loquentes vocat. *Exaudiuit Dominus vocem fletus mei* Psalmo 6 num 9. *Neque taceat pupilla oculi tui*, Threnorum c. 2 num. 18, vbi vide Delriū. Vt enim idem Ambrosius: *Lachrymæ tacitæ quodammodo preces sunt, veniam non postulant, & merentur, causam non dicunt, & misericordiam consequuntur: Nisi quod vtiliores lachrymarum preces sunt, quam sermonum quia sermo in precando forte fallit, lachryma omnino non fallit: sermo enim interdum non totum profert negotium, lachryma semper totum prodit affectum &c* Neque enim satis est summis labijs dicere more Saulis: *Peccaui, quia præuaricatus sum sermone n. Domini* 1. Regum 15 num. 24. Eusebius Emiss. *Sed non obtinuit veniam illam, quam Dauid vna pœnitentiæ voce promeruit; & hoc quare? quia confessionem illam nuda magis verba, quam veros gemitus exprimebant &c.* Sapienter igitur filij Israel, qui ad lachrymas potius, quam ad verba confugiunt.

Sermo non totū profert negotiū, lachryma totū prodit affectum.

1 Reg. 15 n. 24 Eusebius Emiss.

6 Scelerū recordatio cōfusionē parit.

Adijcere possumus eos scelerum consciētia, ac Dei benignitate confusos verba vltra addere non potuisse, quod de populo suo Deus alibi dixit: *Suscitabo ego pactum meum tecum, & scies, quia ego Dominus, vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os, præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti*, Ezechielis cap. 16 num. 63. Hieronymus 2, aduersus Iouinianum. *Vt nihil minus iusto uin habeant pœnitentes, sufficit eis pro omni pœna sola confusio, quæ omnem loquendi libertatem, ac fiduciam adimit.* Vnde Dauid. *Domine*, inquit, *labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam*, Psalmo 50 nu. 17. Vbi Chrysostomus: *Peccatum enim suapte natura linguam adstringit, atque os obturat. Rogat itaque propheta, vt peccati remissionem priorem,* *fiduciam percipiat, ac linguam ad celebrandas Dei laudes moueat, &c.* Eadem pene habet Basilius, quod etiam dolet Isaias. *Ve mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum*, cap. 6 num. 5. Hieronymus: *Labia mea immunda sunt, & laudes Domini cum angelis cantare non audeo. &c. Quid enim prodest strepitus oris muto corde*, inquit Augustinus tractatu 9. in Ioan. alludens ad illud *At ille obmutuit*, Mathæi cap. 22 num. 12. Vtrique ergo la-

Ezec. 16 n. 63 Confusio verba reprimit.

Hiero. 2. adu. Iouin. Scelerū confusio maxima pœna.

Psal. 50 n. 17

Chrysost. Peccatū linguam catenat.

Basil. Isai. 6 n. 5 Hieron.

Nihil vox proficit, si cor obmutescit.

Aug. tra. 9 in Ioan.

lachrymando conſulunt Iſraelitæ, & voci, & pudori; Nam vt loquitur citatus Ambroſius: *Lachrymæ verecundiæ pariter, & ſaluti conſulunt, nec erubeſcunt in petendo, & impetrant in rogando &c.*

Amb. cit. Lachrymæ verecũdiæ, & ſaluti cõſulunt.

Et vocatum eſt nomen loci illius, locus flentium, ſeu lachrymarũ, immolaueruntque hoſtias Domino.

Verſ. 5.

I

A Lachrymis loco nomen inditum, quemadmodum & ille, vbi Iacob lachrymis decoratus, vocatum eſt nomen loci illius: *Planctus Ægypti*, Geneſeos cap. 50 num. 11. Et vbi ſepulta Debora. *Quercus fletus*. Geneſeos cap. 35 nu. 8, ad hunc vero flentium locum, autoribus Baſilio, & Euthymio reſpicit Pſalmiſta, cum ait: *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco quem poſuit*, Pſalmo 83 num. 7. Euthymius: *De pænitentibus enim loquitur propheta, eos beatificans, qui in valle lachrymarum aſcenſiones diſpoſuerint.* Hugo: *Gradus ſcilicet. & ſcalam per quam ad domum illam cæleſtem aſcendant &c.* Quid enim aliud pænitentia, niſi ſcala quædam in loco lachrymarum poſita, per quam facile ad cælum conſcenditur. *Dixit vir, cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Iacob*, 2 Regum cap. 23 num. 1, in Hebræo. *Cui conſtituta eſt ſcala Chriſto Dei Iacob*, Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis. *Scala eidem Chriſto Dei Iacob, ideſt Dauid, conſtituta eſt, per quam conſcenderet ad Deum, eo quod idem ſcilicet confeſſus fuerit ſe peccaſſe Deo in Vria Hethæo, & pænitentiam agens per hanc ſcalam conſcenderit ad Deum &c.* Ita vallis lachrymarum gradus ad cælum eſt? Ita pænitentes Regno cælorum, & pænitentibus appropinquat regnum cælorũ. Nec de nihilo huc angelus dicitur deſcendiſſe, quia vbi lachrymæ ad cælum aſcendunt, cælum deſcendit ad lachrymas. *A maxilla enim aſcendunt vſque ad cælum*, Eccleſiaſtici cap 35 num. 17. Nimirum vt pænitentes in cælum, ſtellaſque conuertant, vt dicitur Pſalmo 14 nu. 4. *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum, qui numerat multitudinem ſtellarum.*

Loca â lachrymis nominata. Gen. 50 n. 11 Gen. 35 n 8 Baſil. Euthym. Pſal. 83 n. 7 Pænitentia, & lachrymæ ſcalæ ad cælum. Euthym. Hugo 2 Reg. 23 n. 1 Idem. Hiero. in quæſt. Hebr. Cælũ deſcendit ad lachrymas. Eccl. 35 17. Lachrymæ pænitentes in ſtellas cõuertunt. Pſa. 146

ad delicias deitatis totas, totam pulsat cordis sui, & corporis simphoniam &c. Quod quid aliud fuit, quam gratum cõtriti animi sacrificium. Paulinus Epistola 4. *Ad pedes Christi concurrit, seque in illis abluit, & cibauit; atque ipsos sibi pedes sacrarium, vt ita dixerim, & altare constituit; in quibus libauit fletu, litauit vnguento, sacrificauit affectu: sacrificium enim Deo spiritus contribulatus &c.* Hæc melior victima, & legali gratior hostia, quia rationalis, quia viuens, ad Romanos 12 nu. 1. Chrysostomus homilia 20. *Illa enim quod consecratum est, & oblatum mortuum, ista vero viuum facit, &c.* Nullo sumptu, verbo vnico. *Peccaui*, inquit Dauid 2 Regũ cap. 12 num. 13, Ambrosius in exhortatione ad pænitẽtiam. *Quantum valent tres syllabæ, tres enim syllabæ sunt (Peccaui) sed in tribus syllabis flamma sacrificij cordis eius ad cælũ ascendit &c.*

Paul. Epist. 4 — Grata victima animus contritus. — Ad Rom. 12. 1. — Chrysost. hom. 20 — 2 Reg. 12 n. 13 — Multum valẽtes syllabæ Peccaui — Amb. in exhort. ad pæn.

4 Solemnes oportuit fuisse hostias, quibus in tam communi causa ab vniuersa multitudine Deo litatũ est; præsertim cum nulla gratior Deo solemnitas, quam cum pænitentiam agentes animas nostras affligimus, quod Deus fieri volebat festis solemnibusque diebus. *In hac die*, inquit, *expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris. Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras*, Leuitici cap. 16 num. 30, Origenes homilia 23 in Numeros: *O mira festiuitas? dies festus vocatur afflictio animæ, hic enim*, inquit, *dies est propitiationis. Vide ergo, si vis die festum agere, si vis vt lætetur Deus super te, affige animam tuam, & humilia eam &c.* Idem ad illa verba Septuaginta. *Hostias meas in odorem suauitatis obseruate, vt offeratis mihi in diebus festis meis.* Numerorũ 28 num. 2. *Habet ergo, & dies festos suos? habet: est enim ei magna festiuitas, humana Salus. Ego puto, quod per singulos quosque credentium, qui conuertantur ad Deum festiuitas oritur Domini, &c.* Quare propheta: *Celebra*, inquit, *festiuitates tuas*, Nahum cap. 1 n. 15. Hieronymus 45 Ezechielis: *Clariores habeamus solemnitates, in quibus nobis omnia peccata donantur &c.* Eo fortassis spectat illud. *Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi*, Psalmo 75 n. 11, vbi ex Hebræo legi potest: *Reliquiæ pænitentiæ diem festum agent tibi.* Quæ omnia significat Prodigi parens, cum ait:

Leuit. 16 n. 30 — Vera festiuitas pænitentia est. — Origen. hom. 23 in Num. — Septuag. — Numer. 28 n. 2. — Festiuitas Domini peccatoris conuersio. — Origen. ibid. — Nahũ 1 n. 15 — Hiero. in 45 Ezec. — Psal. 75. 11 — Idem.

Luc. 15 23

ait: *Epulari, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: & adducite vitulum saginatum, vt manducemus, & epulemur*, Lucæ cap. 15 n. 23 Ambrosius: *Hoc est pro reconciliato offerre imperat gratissimum sacrificium, quod esset acceptum, & cælo & exercitibus angelorum* &c. Quo vero iure fas fuerit extra sanctuarium Israelitis sacrificari Vide apud Abulensẽ q. 8, & Caietanum.

Ambr.

Abul. q. 8

Caiet.

Dimisit ergo Iosue populum, & abierunt filij Israel vnusquisque in possessionem suam: seruieruntque Domino cũ Elis diebus eius, & seniorum.

Verf. 6. & 7.

1

VT læuum populi statum Iudicum tempore describat, per recapitulationem attingit, quam bene se idem populus gesserit, Deoque seruierit, tempore seniorum, atque Iosue, cuius ea de causa hic mentio iteratur, quanuis enim iam mortuum cum Sacer scriptor superiori libro descripserit: Id tamen Diuus Hieronymus 1. aduersus Iouian. ad virginitatis, qua Iosue floruit, immortalitatem refert: *Cum*, inquit, *in sepultura Iosue lib. r. qui ex nomine eius appellatur, expletus sit, rursum in Iudicum volumine quasi viuens, resurgensque describitur*, &c. Ac si virgo, nec mortuus quidẽ mori potuerit: Qua de re pau'o inferius. Dimissus ab eo dicitur populus ad obtinẽdam possessionem suã, quam tamen integram nõ obtinuit, vel ob ignauiam, & auaritiam vt cap. primo vidimus: vel Deo, qui viciniorem sibi populum, ne ei molestus esset, vellet, rem ita disponente, ne à tẽplo, quod ter in anno adeũdum erat, longius remoueretur, vt existimat hic Theodoretus q. 6. *Non abs re*, inquit, *conclusit eos in arctum locum, vt facile vel ipsi pigri ad ædem consecratam adeundam excitari possint*, &c. Templi, Deique vicinia quam longa terrarum possessione ditiores.

Castitas immortalis.

Hiero. 1 ad Iouia.

Castus etiã mortuus non moritur.

Text.

Theod. q. 16

Dei vicinia ditior lõgissima hæredita te.

2

Sed quinam isti seniores, qui long[e p]ost Iosue vixerunt tempore? Iudices ipsos nonnulli credunt, ob ætatis, quæ illos maxime decet,

Iudices decet maturitas.

Reipublicæ clades à iuuenibus.

decet, maturitatem. Neque enim grauior vlla Reipublicæ pœna, quam si illi iuuenes dominentur, ac iudicent, iuxta illud: *Dabo pueros principes eorum*, &c. Isaiæ cap. 3 n. 4 Basilius: *Plane nouerat eiusmodi pœnam fore grauissimā, si ea ciuitas sub principatu adolescentulorum esset, & ab eis administraretur* &c. Et quidem grauis adeo fuit, vt qui Babylonem, in captiuitatem adducti fuerant. *Melioris*, inquit Lyranus, *iudicarentur conditionis, quam qui sub ijs iudicibus in vrbe emanserūt* &c. Quasi vero mitius fuerit hostibus, & tyrannis, quam iudicibus pueris subiacere. Hinc enim Reipublicæ labes, ac ruina, vt prosequitur Augustinus ad fratres in Eremo sermone 14, qui addit: *Tunc Regnum Romanorum pacifice tandiu perseuerauit, quandiu sapientes regere permiserunt: sed dum iuuenes, & inexpertos regere permiserunt, tanquam iustitiam ignorantes, acceptores personarum facti sunt, & sic iustitiam perdentes dominium orbis terrarum perdiderunt.*

Isai. 3 n. 4

Basil.

Lyran.

Melius captiuari quam à pueris regi.

Aug. ad frat. ser. 14

Reipublicæ ruina, à pueris regi.

Dices iuuenes fuisse iudicum non[illegible]os: at qui morum, iudicijque maturitate senes erant, quales Deus Moysi iubet eligere. *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri*, Nam reuera Deus nō senectutem annorum, sed senectutem requirit animorum. Vt enim ponderare iubet Caietanus, & Gregorius 19 Moralium cap. 13. *Si senectus in eis corporis quæreretur, à tantis sciri poterant, à quantis videri* &c. Ita & Salomon, vt ait Hieronymus in 3. Isayæ. *Duodecim erat annorum quando suscepit imperium: & quia habebat sapientiam, propterea non est appellatus iuuenis* &c. Et Daniel, iuxta Theodocionem, antequam iudicaret, appellatus est puer, postquam vero excitauit in eo Deus spiritum, & iudicauit senes, accepit præsbyterij dignitatem, vt infra, ibidem loquitur Hieronymus. Vide Diuum Ignatium Epistola 5. Eiusmodi erat Ioseph, quem *Israel diligebat super omnes filios suos, eo quòd in senectute genuisset eum*, Geneseos cap. 37. num. 3 In Hebræo: *Eo quod esset filius senectutum*, idest vt explicat Abulensis, *quod loqueretur senectute: cum enim paruæ esset ætatis, tamen prudentissimus erat* &c. E contra vero Caim iuuenis dicitur moribus, non ætate. *Occidi*, inquit

3 Gubernēt iuuenes ætate, si sint senes moribus.

Num. 11 n. 16

Caiet.

Greg. 19 mor. c. 13

Hiero. in 3. Isai.

Non vocādus iuuenis, qui sapiens.

Theodoc.

Hieron.

D. Ignat. Epist. 5

Gene. 37 n. 3

Sapiēs dicitur filius senectutis.

Abul.

Senex vagus, & vitiosus, iuuenis dicendus.

quit Lamech, *adoleſcentulum in liuorem meum*, Geneſeos c. 4 num. 22, Beda: *Iuuenem occidiſſe ſe ſe dicit, non quia iuuenis eſſet, ſed vagus, & inſtabilis erat, &c.* Eodē ſenſu filij Eli pueri dicuntur 1 Regum cap. 2 num. 17. Vbi Lyranus: *Pueri moribus, non ætate, quia iam erant ætate prouecti &c.* Talis denique, inquit Hieronymus, *fuit rex iuuenis Roboam, non quod ætate eſſet iuuenis, ſed ſapientia &c.*

Beda. | 1 Reg. 2 n. 17 | Idem. | Lyran. | Hieron.

4 Senū exēplū maximi ponderis.

Verius tamē eſt ſeniores iſtos, non iudices, ſed viros fuiſſe alios Ioſue ætate ſuperiores, quorum exemplo, conſilio, & authoritate iuniores Deo ſeruiebant, vt patet ex ipſo contextu. Tantum valent ſeniorum exempla, dum enim vixerunt illi, vixit pietas: vbi extincti, extincta quoque religio, ad Deos perrexit alienos. Nāque authore Ambroſio 1. de Officijs cap. 43: *Vt æqualium vſus dulcior, ita ſenum tutior eſt: qui magiſterio quodam, & ductu vitæ colorat mores adoleſcentium, & velut murice probitatis inficit &c.* Ideoque magiſtri dicuntur. Numerorum c. 11. In quibus quo infirmior ætas, fortius eſt exemplum: *Adoleſcentibus*, inquit Eleazarus, *exemplum forte relinquam, ſi prompto animo, ac fortiter pro ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar*; 2 Machabeorum cap. 6 numero 28. De quo Cyprianus: *Maluit vitam ſuam tormentis obijcere, quam cuiquam magiſter prædicationis exiſtere &c.* Et Ambroſius 2 de Iacob cap. 10: *In moriendo tormentis, factus eſt cæteris magiſterium perſeuerantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum &c.* Et cap. 11. *Poſt ipſum ſtatuti ſunt pueri ſeptem cum matre. Inſultare licet tyranno, qui dum callide à ſene incipiendum putat, magiſtrum eligit, quo diſcipulos faceret fortiores &c.* Sic Abraham nonaginta nouem annorū circunciditur, Geneſeos cap. 17 num. 24. Chryſoſtomus: *Filium, & vernaculos omnes promptiores reddens, ne cunctarentur, ſed magna alacritate Dei præceptum implerent.* Idem alibi: *In tali ætate circunciditur, vt poſteris omnibus lex quædam, & regula fierent ea, quæ Patriarcha prior fecerat &c.* Adeo ad poſteros valuit Abrahæ ſenioris exemplum.

Ambr. 1 de Offic. c. 43 | Æqualiū cōſuetudo dulcior, ſenū tutior. | Senes magiſtri. | Num. 11 | 2 Mach. 6 n. 28 | Cyprian. | Multum docent exēplo. | Ambr. 2 de Iacob c. 10 | Idē c. 11 | Conſtās in tormētis. | Gene. 17 n. 24 | Chryſoſt.

5

Vel per ſeniores intellige Principes, ac magiſtratus, quos vna cum Ioſue ad pietatem præeūtes populus ſequebatur. Per paſtorū enim

Subditi principes omnino imitãtur. Cyril. in Zach. c. 13 Theod. hic q. 6

vestigia subditi omnino gradiuntur, vt loquitur Cyrillus in Zachariam cap. 13. Vnde Theodoretus hic q. 6. *Ex his discimus, quantum iuuet subditos pietas principum; quantumque noceat ea carere principes, aut è diuerso principũ improborum regi imperio* &c.

Cassiod. 3 Var. 12 Difficilimũ cum malo principe bona Respublica. Amb. ad B. 6

Vt enim Cassiodorus 3. variarum 12. *Facilius est quippe, si dicere fas est, errare naturam, quam dissimilem sui princeps posse formare rempublicam*, &c. Quanto enim honorificentior ordine est, tanto magis suadet imitandum se se, vt loquitur Ambrosius ad B. 6 de hacre infra.

Mortuus est autem Iosue filius Nun famulus Domini centum & decem annorum: & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thamnathare.

Vers. 8. & 9.

1 Origen. hom. 2

De morte Iosue vide hic Origenem homilia 2. vbi tropologice de ijs agit, in quibus Iosue viuere dicitur, vel defungi. *In quibus*, inquit, *defunctus est Iosue? In illis sine dubio, qui pænitendo, & iterum delinquendo, velut insultari morti Iosue dicũtur, de quibus ad Hebræos scribens dicit Apostolus. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes &c.*

Optimi viri memoria in prauis solũ moritur.

Nomen IESVS vita, & medicina Ambros. Ps. 118

Quod vero Iosue tandiu vixerit, Sanctissimi nominis IESVS, cuius typum gerebat, virtuti adscribit Ambrosius in Psalmo 118. *Quicumque exierunt de Ægypto, perierunt in deserto: Mortuus est Aaron, mortua est Maria: Mortuus est ipse Moyses; solum IESVS naue nominis sacri similitudo seruauit &c.* Merito, vt salutiferum nomen vitam, medicinãque appellet Bernardus in Cantica sermone 15. qua mors, morbique pellantur.

Bern. in Cant. ser. 15

2

Rerũ distributores non sibi meliꝰ assumãt. Hiero. in Ezech. 47

Sepultus dicitur In finibus possessionis suæ; suæ, inquam, non quam ipse propriam elegerit, sed quã velut mutuo, siue dono acceperit; vt explicat Hieronymus in Ezechielem c. 47. *Ipse Iosue, qui diuisor terræ fuit, non propriam sibi separauit terram, ne optimam elegisse videretur, sed accepit à principibus omnium tribuum Thamnathare &c.* Idẽ in Epitaphio Diuæ Paulæ, quæ loca sancta perlustrauerat; *Satis, inquit,*

Idem Epist. D. Paul.

quit, *mirata eſt, quod diſtributor poſſeſſionum ſibi montana, & aſpera delegiſſet, &c.* Theodoretus in Ioſue q, 17. *Partem ſibi non impertiuit, ſed eam, quæ oblata eſt, accepit: docens eos, qui in aliquo magiſtratu ſunt conſtituti, non ſuis commodis, ſed vtilitati ſubditorum inſeruire.* Tum etiam vt Chriſti, quē adumbrabat, paupertatem imitaretur, qui nec domū, nec tumulum ſuum habuit, vt videre eſt in Ambroſio Lucæ 23. *Imitatus*, inquit Theodoretus, *eſt in eo modeſtiam Domini, qui extremam expertus eſt inopiam, ita vt nec domum quidem haberet: Filius*, inquit, *hominis non habet vbi caput ſuum reclinet &c.* Quod etiam in Abraham notauit Chryſoſtomus homilia 48. in Geneſim: *Proprium ſepulchrum non poſſedit, ſicut nunc multi faciunt agros, & vineas, infinitamque aliam ſubſtantiam profundere ſtudentes: habebat enim ſufficientes diuitias mentis, & de alijs non erat anxius &c.* Ergo Ioſue amplas alijs, nullas ſibi poſſeſſiones impertijt, vt ſe principem verum probaret, cui pulchrius eſt honores, poſſeſſioneſque pedibus conculcare. *Quam pulchri ſunt greſſus tui, in calceamentis filia principis*, Canticorum cap. 7 n. 1. calceamentum enim dominatum, poſſeſſioneſque ſignificat, iuxta illud: *In Idumaeam extendam calceamentum meum. Mihi alienigenæ ſubditi ſunt*, Pſalmo 59 num. 10. Quibus Dauid velut calceamentis vtebatur pedibus ſubijciens, non capiti imponens.

Theod in Ioſ q 17
Qui regūt, ſubditorum cōmoditati inſeruiant, nō ſuæ.
Ioſue Chriſti pauperis imitator.
Ambr. Luc. 23
Theod.
Luc. 9 58
Qui mētis diuitias habēt, alias non curant.
Verus princeps poſſeſſiones calcat.
Cant. 7 n. 1
Pſal. 59 n. 10
Diuitiæ pedibus ſubijcien dæ, nō capiti imponēdæ.

Sepelitur vero in *Thamnathare*, id eſt, vt explicat citatus Hieronymus, *Imperfectiſſimo principatu, ſiue in numero operimenti noui, vt virginum ſignificaret greges ſalutoris auxilio coopertos &c.* Alii *Thamnathare* effigiē ſolis interpretantur, quam Hebræi tradunt impoſitam ſepulchro Ioſue quia Solis curſus precibus eius ſteterat, vt Brixianus, Abulenſis q 12. & alij referunt; Nempe virginibus Sol nunquam occidit, quibus Sol ipſa virginitas, vt vocat Sanctus Aldhelmus de laudibus Virginitatis. *Virginitas*, inquit, *Sol, cælibatus lucerna, coniugiū tenebræ &c.* Peluſiota lib 3. Epiſtola 35. *Soli enim eos, qui virginitatem, Lunæ autem eos, qui continentiam amplexi ſunt, comparare licet &c.* [Ideo fortaſſe Virgo ſanctiſſima mulier dicitur *amicta Sole*,] Apocalypſis cap. 12 num. 1. ſiue *Aurora*, quæ in ſplendoribus ſancti-

3
Hier cit.
Chriſtus virginū auxiliator.
Sol in Ioſue ſepulchro.
Brixian. Abul. q. 12.
Virginitas Sol.
Aldhel. de laud. virg.
Cōiugiū tenebræ.
Peluſ. 3 Epiſt. 35
Cōtinentes Lunæ comparātur.
Apoc 12 n. 1
Virgo Sol Aurora.

Psal. 109 *n.* 3 sanctitatis, Psalmo 109 n. 3, idest integritatis Christum genuit. Meritò, vt exclamat Sapiens: *O quam pulcra est casta generatio cum claritate*, Sapientiæ cap. 4 num. 1. *Sap.* 4 *n.* 1 Vbi vide Lorinum: *Lorin.* Nec mirum si Iosue Virgini Sol paruerit, Deus obedierit, cum virginitati paruerit Sol ipse iustitiæ Christus Dominus, qui duobus virginibus factus est subditus, vt loquitur Cassia. ad illa verba: *Et erat subditus illis*, Lucæ cap. 2 n. 51 *Cassia.* *Luc.* 2 *n.* 51

Christus virginitatis subditus.

4 De Mausolæo Iosue nihil certi dignum tanto duce fuisse oportuit. Epitaphij loco fuerit nobile illud elogium: *Iosue famulus Domini.* Quam Diuus Hieronymus in Psalmo 133, dignitatem appellat infinitam: *Infinita*, inquit, *dignitas est, se dicere esse seruum Domini* &c. Quo titulo se iactat sæpe Dauid præsertim in Psalmo 36, cuius titulus: *In finem seruo Domini ipsi Dauid.* Et in Psalmo 15 num. 7: *O Domine quia ego seruus tuus.* Vbi idem Hieronymus: *Grandis dignitatis est, & meriti esse seruum Domini, & non seruum peccati &c.* Et Apostolus ad Philippenses cap 1: *Paulus, & Timotheus serui IESV Christi.* Vbi Chrysostomus: *Nec ponit suum magisterij nomen, sed aliud quiddam, illudque magnum, seruum se ipsum nominat, non Apostolum* &c. Eo etiam nomine Nabuchodonosor tribus pueris ablanditur. *Serui Dei excelsi, egredimini*, Danielis cap. 3 num. 93, de quo Chrysostomus homilia 8, ad Ephesios cap. 4: *Vocem vocauit iucundissimam; sciebat se ea maxime assentari. Non si eos vocasset Reges, non si dominos orbis terræ, non tanta eos affecisset voluptate, quanta cum eis dixit: Serui Dei* &c. Et Deus ipse populo suo: *Nunc audi Iacob serue meus, & Israel, quem elegi*, Isaiæ cap. 44 num. 1: Aliter supra loquutus: *Non me inuocasti, Iacob, nec in me laborasti Israel*, cap. 43 num. 12. Hieronymus: *Vbi accusatur populus Iudæorum ob incredulitatem, atque blasphemiam, absque vlla nominis dignitate puris appellatur vocabulis Vbi autem ad Apostolorum chorum, qui ex Iudæis est, sermonem facit, iunguntur & nominum priuilegia. Audi Iacob serue meus. & Israel quem elegi, vt prima sit seruitus, secunda electio* &c. Vnde non ignominiæ, sed gloriæ magnæ fuit, quod idem Iosue Gabaonitas ministerio Domini, vel altaris, adduxit Iosue cap. 9 num. 27, de quo Theodoretus q. 12. *Declarat*,

Dici seruus Domini dignitas infinita.
Hieron. *Psal.* 133
Psal. 36
Psal. 15 *n.* 7
Hieron.
Ad Phil. 1, 1
Chrysost.

Idem.
Magna assentatio seruum Dei nominare.
Dan. 3 *n.* 93
Chrysost. hom. 8 *ad Eph.* 4
Isai. 44 *n.* 1
Cap. 43 *n.* 12
Maximū donum, à Deo seruus me9, nominari.
Hieron.
Valde honorificū seruire Deo.
Iosue 9 *n.* 27
Theod. *q.* 12

clarat, eos miniſtros ſancti ſacrificij, non quod contumelioſum ſit ſeruire Deo, ſed valde honorificum &c. Quod de angelis etiã dixit Cyrillus catheheſi 10. *Miniſtrabãt ipſi, quod eſt officium ſeruitutis. Cum e virgine naſci debebat miniſtrabat, tunc Gabriel propriam dignitatem eſſe reputans ipſi miniſtrare eſſet &c.*

Cyril. catbec. 10.

5. Sed cur Ioſue planctu nullo ſepelitur, cum Iacob flens diebus ſeptuaginta; Aaron triginta, totidem Moyſes, Samuel quoque planctu ſepultus, 1. Regum cap. 25 commemoretur? Diuus Hieronymus, & alij Patres myſteriũ olent. Ita enim ille ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ. *In Moyſe, ideſt in lege veteri ſub peccato Adam omnes tenebamur elogio, & ad inferos deſcendentes conſequenter lachrymæ proſequebantur, ſecundum Apoſtolum, qui ait. Regnauit mors ab Adam, vſque ad Moyſem; In IESV vero, ideſt in Euangelio per quem paradiſus eſt apertus mortem gaudia proſequuntur.* &c. Et in Epitaphio Nepotiani. *Iudæorum luctus, Chriſtianorum gaudium eſt. Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia; vnde & Moyſes moriens plangitur. IESVS abſq; funere, & lachrymis in morte ſepelitur* &c. Nimirũ, vt verũ adũbraret Ieſũ, qui mortẽ ac paſſionẽ ſuã muliebri fleri prohibuit eiulatu. *Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me*, Lucæ c. 23. n. 23. Titus Roſtrenſis. *Quia mœſtæ, afflictæq; eum lugebant, quem æquius erat planſu, lætaque acclamatione excipere.* &c. Peluſiota lib. 2. Epiſtola 185. *Eum, qui laudibus, ac plauſu dignus erat, ille fletu ac lachrymis proſequebantur:* Propterea, vt nõnulli exiſtimant, ipſis malum imprecatus eſt; re vera autem calamitates ipſis prænuntiabat. Quibus concinit locus ille Diui Leonis ſermone 10. de Paſſione. *Iſtum ſibi planctum Dominus IESVS dedignabatur impendi, quia non decebat luctus, triumphum, & lamenta victoriam.* Et Ambroſius in Pſalmo 118. *Nolebat fleri, qui dicebat ad filias Hieruſalem; nolite me flere; ablaturus enim omnes lachrymas ſuæ beneficio crucis. In paſſione propria futuræ inſtar beatitudinis lætitiam exhibebat* &c. Adeo Chriſtus ſuam, ac ſuorum mortem vertit in gaudium, vt loquitur idem Ambroſius, ad illa verba Chriſti Domini ad Paralyticum. *Tolle lectum, tuum, & vade in domum tuã*, Lucæ cap. 5. num. 24.

Cur Ioſue mors non ploretur.

1. Reg. c. 25.

Hieron. ad Paul. ſup obit. Bleſil.

Iuſtorũ mortes nõ flendæ.

Idem in Epitaph. Nepot.

Lucæ 23 n. 28

Titus Roſtr.

Chriſtus crucem portans dignus plauſu, non lachrymis.

Peluſ. li. 2. Epiſt. 185.

D. Leo ſer. 10. de Paſſ.

Crucẽ baiulare triumphus.

Ambr. Pſ. 118.

Chriſtus ſuam, ac ſuorum mortem vertit in gaudium

Luc. 5. n. 24

Psal. 38 13

Hinc illud Psalmistæ: *Auribus percipe lachrymas meas*, Psalmo 38 num. 13. Quas scite Lorinus vocales, siue loquentes vocat. *Exaudiuit Dominus vocem fletus mei* Psalmo 6 num 9. *Neque taceat pupilla oculi tui*, Threnorum c. 2 num. 18, vbi vide Delriũ. Vt enim idem Ambrosius: *Lachrymæ tacitæ quodammodo preces sunt, veniam non postulant, & merentur, causam non dicunt, & misericordiam consequuntur: Nisi quod vtiliores lachrymarum preces sunt, quam sermonum quia sermo in precando forte fallit, lachryma omnino non fallit: sermo enim interdum non totum profert negotium, lachryma semper totum prodit affectum &c* Neque enim satis est summis labijs dicere more Saulis: *Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini* 1. Regum 15 num. 24. Eusebius Emiss. *Sed non obtinuit veniam illam, quam Dauid vna pœnitentiæ voce promeruit; & hoc quare? quia confessionem illam nuda magis verba, quam veros gemitus exprimebant &c.* Sapienter igitur filij Israel, qui ad lachrymas potius, quam ad verba confugiunt.

Lorin. Psal. 6 n. 9 Thren. 2 n. 18 Delr, Ambr.

Sermo non totũ profert negotiũ, lachryma totũ prodit affectum.

1 Reg. 15 n. 24 Eusebius Emiss.

6 Scelerũ recordatio cõfusionẽ pa. [illegible]

Adijcere possumus eos scelerum conscientia, ac Dei benignitate confusos verba vltra addere non potuisse, quod de populo suo Deus alibi dixit: *Suscitabo ego pactum meum tecum, & scies, quia ego Dominus, vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os, præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti*, Ezechielis cap. 16 num. 63. Hieronymus 2, aduersus Iouinianum. *Vt nihil minus iusto habeant pœnitentes, sufficit eis pro omni pœna sola confusio, quæ omnem loquendi libertatem, ac fiduciam adimit.* Vnde Dauid. *Domine*, inquit, *labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam*, Psalmo 50 nu. 17. Vbi Chrysostomus: *Peccatum enim suapte natura linguam adstringit, atque os obturat. Rogat itaque propheta, vt peccati remissionem priorem, fiduciam percipiat, ac linguam ad celebrandas Dei laudes moueat, &c.* Eadem pene habet Basilius, quod etiam dolet Isaias. *Ve mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum*, cap. 6 num. 5. Hieronymus: *Labia mea immunda sunt, & laudes Domini cum angelis cantare non audio. &c. Quid enim prodest strepitus oris muto corde*, inquit Augustinus tractatu 9. in Ioan. alludens ad illud *At ille obmutuit*, Mathæi cap. 22 num. 12. Vtrique ergo la-

Ezec. 16 n. 63 Confusio verba reprimit.

Hiero. 2. adu. Iouin. Scelerũ confusio maxima pœna.

Psal. 50 n. 17

Chrysost. Peccatũ linguam catenat.

Basil. Isai. 6 n. 5 Hieron.

Nihil vox proficit, si cor obmutescit.

Aug. tra. 9 in Ioan.

lachrymando conſulunt Iſraelitæ, & voci, & pudori; Nam vt loquitur citatus Ambroſius: *Lachrymæ verecundiæ pariter, & ſaluti conſulunt, nec erubeſcunt in petendo, & impetrant in rogando &c.*

> Amb. cit. Lachrymæ verecũdiæ, & ſaluti cõſulunt.

Et vocatum eſt nomen loci illius, locus flentium, ſeu lachrymarũ, immolaueruntque hoſtias Domino.

Verſ. 5.

A Lachrymis loco nomen inditum, quemadmodum & ille, vbi Iacob lachrymis decoratus, vocatum eſt nomen loci illius: *Planctus Ægypti*, Geneſeos cap. 50 num. 11. Et vbi ſepulta Debora. *Quercus fletus*. Geneſeos cap. 35 nu. 8, ad hunc vero flentium locum, autoribus Baſilio, & Euthymio reſpicit Pſalmiſta, cum ait: *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco quem poſuit*, Pſalmo 83 num. 7. Euthymius: *De pænitentibus enim loquitur propheta, eos beatificans, qui in valle lachrymarum aſcenſiones diſpoſuerint.* Hugo: *Gradus ſcilicet. & ſcalam per quam ad domum illam cæleſtem aſcendant &c.* Quid enim aliud pænitentia, niſi ſcala quædam in loco lachrymarum poſita, per quam facile ad cælum conſcenditur. *Dixit vir, cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Iacob*, 2 Regum cap. 23 num. 1, in Hebræo. *Cui conſtituta eſt ſcala Chriſto Dei Iacob*, Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis. *Scala eidem Chriſto Dei Iacob, ideſt Dauid, conſtituta eſt, per quam conſcenderet ad Deum, eo quod idem ſcilicet confeſſus fuerit ſe peccaſſe Deo in Vria Hethæo, & pænitentiam agens per hanc ſcalam conſcenderit ad Deum &c.* Ita vallis lachrymarum gradus ad cælum eſt? Ita pænitentes Regno cælorum, & pænitentibus appropinquat regnum cælorũ. Nec de nihilo huc angelus dicitur deſcendiſſe, quia vbi lachrymæ ad cælum aſcendunt, cælum deſcendit ad lachrymas. *A maxilla enim aſcendunt vſque ad cælum*, Eccleſiaſtici cap 35 num. 17. Nimirum vt pænitentes in cælum, ſtellaſque conuertant, vt dicitur Pſalmo 14 nu. 4. *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum, qui numerat multitudinem ſtellarum.*

> 1 Loca â lachrymis nominata.
> Gen. 50 n. 11
> Gen. 35 n 8
> Baſil.
> Euthym.
> Pſal. 83 n. 7
> Pænitentia, & lachrymæ ſcalæ ad cælum.
> Euthym.
> Hugo
> 2 Reg. 23 n. 1
> Idem.
> Hiero. in quæſt. Hebr.
> Cælũ deſcendit ad lachrymas.
> Eccl. 35 17.
> Lachrymæ pænitentes in ſtellas cõuertunt.
> Pſa. 146

Hieron.

Diuus Hieronymus: *Quæ consequentia iuxta literam; qui numerat multitudinem stellarũ, & alligat contritiones eorum. Sed quãdo sanat contritos corde, & alligat contritiones eorũ, illos, qui ante contriti fuerant, & postea sanati, vertit in stellas* &c. Idem in Psalmo 134. *Multi de terra cæli fiunt, & multi de cælo terra.* Infelix Iudas cælum fuit, & factus est terra, Paulus Apostolus eo tempore, quo persequebatur Ecclesiam terra erat, confessus est, & cælum factus est.

Hiero. in Ps. 134 Multi de terra cæli & multi de cælo terra fiunt.

2 Illustris nomen à lachrymis, quã ab angelo sumptum.

Insigniorem hũc locum flentiũ lachrymæ reddiderũt, neque enim ab Angelo, qui hic apparuit, vt olim puteus Agar. Geneseos cap. 16 num. 14. Sed à fletu, lachrymisque nomen accepit, quo illustrior in posterum habentur. Ita lectum, quẽ regius Psaltes pernox lachrymis irrigabat, insigniorem ipsæ lachrymæ reddidere, quã si auro, gẽmisque fulgeret. De quo Chrysostomus Lucæ ca. 16 concione 1. de Lazaro: *Vis lecti videre pulchritudinem? non argento, & auro, sed vndique lachrymis, & confessione erat exornatus. Lauabo per singulas noctes lectũ meum, lachrymis meis stratum meum rigabo,* Psal. 6 nu. 7. *Itaque vice margaritarum, vndique lachrymis erat distinctus* &c. Adeo pænitentia maius semper à lachrymis nomen, de cusque deriuat. Inde est, quod lachrymantium frontes angelico notantur insigni. *Signa Thau super frontes virorum gementiũ, & dolentium.* Ezechielis c. 9 num. 4. Symachus, & Aquila, *Signa signum,* vt insigniores essent, magisque conspicui. Theodoretus: *Signo conspicui fiunt, ne pænarum participes fiant* &c. Sic Petrus post lachrymas insignius honoratur, & nominatur. *Dicite discipulis eius, & Petro,* de quo Chrysostomus homilia 8. ad Antioch. *Post illum grauem casum, rursum eum ad priorem reduxit honorem pænitentia, & ei per totum orbem terrarum Ecclesiæ præsidentiam tradidit* &c. Et Ambrosius Epistola 48. *Videte, quantum fletus profuerit Petro; ante quam fleret, lapsus est, postquam fleuit electus est, & qui ante lachrymas præuaricator extitit, post lachrymas pastor assumptus est* &c. Insignitus etiam flentium nomine locus ille, vt Israelitæ iugem ipsius memoriam haberent, atque adeo ad culpas perẽnibus lachrymis eluendas excitarentur, vt indicat

Gene. 16 14

Lachrymæ auro, & gẽmis pulchriores.

Chrysost. Luc 16 conc. 1. de Laz.

Lachrymantium frõtes angelico notantur insigni.

Ezech. 9 n. 4

Simach. Aquil.

Theod.

Dolẽtes pænarũ participes non sunt.

Marc. c. 16. 7

Post lachrymas insigniuc honoramur.

Chryso. hom. 8 ad Ant.

Amb. Epist. 48

Sẽper in hac vita lachrymandũ.

Caiet. in Psal. 83

dicat Caietanus in Psalmo 83. Semper enim peccatoribus in hac lachrymarũ valle fletui indulgendum, nec cessandum, donec abstergat Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, Apocalypsis 7. num. 17. *In quo docet*, vt explicat Ribera, *lachrymas non esse in hac vita abstergẽdas sed in futura* &c. Neque solis contẽti lachrymis Israelitæ, vt notat hic Caietanus, sed sacrificio etiã pænitentiam egerunt, dũ hostias Domino immolarunt: lachrymæ enim, nisi bona sequantur opera, frustra sunt, ac Deo displicẽt. *Ne loquamini loquentes, non stillabit super istos*, Micheas cap. 2 num. 6. Septuaginta: *In Ecclesia Domini ne flete lachrymis.* Cyrillus Alexandr. *Deus siquidem non simpliciter lachrymas, & bona opera, sed vitam, & mores adspiciet.*

Apoc. 7 n. 17

Ribera.

Caiet.

Vacuæ lachrymæ sine operibus.

Mich. 2 n. 6

Septuag.

Cyril. Alex.

3 Hostias igitur immolarunt, seu sacrificia, quæ dicebantur pro peccato, quibus in lege gratiæ, vt Autor est Ambrosius Epistola 59. pænitentiæ sacrificia successere: Nam his voluptuosius pascitur, ac reficitur Deus, quam omnibus legalibus epulis, vel sacrificijs, vt videre est in eadem Magdalena, cuius

Amb. Epist. 59

pænitentiam lauto Pharisæi conuiuio Christus antetulit Lucæ cap. 7 num. 44. Ambrosius 12. de pænitentia: *Præfert apparatibus inuitantis, confitentis obsequium, magis delectatus mulieris facto, quam prandio; cui plus fuit conuersione delectari, quam pasci, vt qui cibi desiderio minime ducebatur, confessionis epulis pasceretur* &c. & Sanctus Laurentius citatus apud quem Christus Pharisæum ita allequitur: *Tu fecisti conuiuiũ, & meretrix coronata est. Quare? quia multum plorauit, multum pænituit. Plus valuit apud me fletus meretricis, quam tua fercula* &c. Ideo enim Christus illã ingressus est domum, non tam epulaturus, *Quam*, vt loquitur Diuus Chrysologus sermone 93. *pænitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus delinquentium gemitus esurit, sitit lachrymas peccatorum* &c. Vel, vt ait Bernardus: *Cibus eius pænitentia mea, cibus eius salus mea; an non cinerem tamquam panem mãducat* &c. Hanc mẽsam laute illi apposuit illa peccatrix, vt pulchre describit idẽ Chrysol. *Pænitentiæ ponit mensam, fercula compunctionis apponit, panem doloris infert, potum lachrymis temperat in mensura, &* ad

Dulciores epulæ Christo lachrymæ, quã conuiuia

Luc. 7 n. 44

Magdalena.

Amb. 12 de pæn.

Idem.

Laurent. cit.

Chryso. ser. 93

Deus sitit lachrymas peccatorum.

Bern.

Cibus Dei pænitentia.

Chrysol.

Pænitentiæ mẽsa Christo à Magdalena data

ad delicias deitatis totas, totam pulsat cordis sui, & corporis simphoniam &c. Quod quid aliud fuit, quam gratum cōtriti animi sacrificium. Paulinus Epistola 4. *Ad pedes Christi concurrit, seque in illis abluit, & cibauit; atque ipsos sibi pedes sacrarium, vt ita dixerim, & altare constituit; in quibus libauit fletu, litauit vnguento, sacrificauit affectu: sacrificium enim Deo spiritus contribulatus &c*. Hæc melior victima, & legali gratior hostia, quia rationalis, quia viuens, ad Romanos 12 nū. 1. Chrysostomus homilia 20. *Illa enim quod consecratum est, & oblatum mortuum, ista vero viuum facit, &c*. Nullo sumptu, verbo vnico. *Peccaui*, inquit Dauid 2 Regū cap. 12 num. 13, Ambrosius in exhortatione ad pænitētiam. *Quantum valent tres syllabæ, tres enim syllabæ sunt (Peccaui) sed in tribus syllabis flamma sacrificij cordis eius ad cælū ascendit &c*.

Paul, Epist. 4. Grata victima animus contritus. Ad Rom. 12. 1. Chrysost. hom. 20. 2 Reg. 12 n. 13. Multum valēt tres syllabæ Peccaui. Amb. in exhort. ad pæn.

4 Solemnes oportuit fuisse hostias, quibus in tam communi causa ab vniuersa multitudine Deo litatū est; præsertim cum nulla gratior Deo solemnitas, quam cum pænitentiam agentes animas nostras affligimus, quod Deus fieri volebat festis solemnibusque diebus. *In hac die*, inquit, *expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris. Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras*, Leuitici cap. 16 num. 30, Origenes homilia 23 in Numeros: *O mira festiuitas? dies festus vocatur afflictio animæ, hic enim*, inquit, *dies est propitiationis. Vide ergo, si vis die[m] festum agere, si vis vt lætetur Deus super te, affige animam tuam, & humilia eam &c*. Idem ad illa verba Septuaginta. *Hostias meas in odorem suauitatis obseruate, vt offeratis mihi in diebus festis meis*. Numerorū 28 num. 2. *Habet ergo, & dies festos suos? habet: est enim ei magna festiuitas, humana Salus. Ego puto, quod per singulos quosque credentium, qui conuertantur ad Deum festiuitas oritur Domini, &c*. Quare propheta: *Celebra*, inquit, *festiuitates tuas*, Nahum cap. 1 n. 15. Hieronymus 45 Ezechielis: *Clariores habeamus solemnitates, in quibus nobis omnia peccata donantur &c*. Eo fortassis spectat illud. *Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi*, Psalmo 75 n. 11, vbi ex Hebræo legi potest: *Reliquiæ pænitentiæ diem festum agent tibi*. Quæ omnia significat Prodigi parens, cum ait:

Leuit. 16 n. 30. Vera festiuitas pænitentia est. Origen, hom. 23 in Num. Septuag. Numer. 28 n. 2. Festiuitas Domini peccatoris conuersio. Origen, ibid. Nahū 1 n. 15. Hiero. in 45 Ezec. Psal. 75. 11. Idem.

Luc, 15 23

ait: *Epulari, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: & adducite vitulum ſaginatum, vt manducemus, & epulemur,* Lucæ cap. 15 n. 23 Ambroſius: *Hoc eſt pro reconciliato offerre imperat gratiſſimum ſacrificium, quod eſſet acceptum, & cælo & exercitibus angelorum* &c. Quo vero iure fas fuerit extra ſanctuarium Iſraelitis ſacrificari Vide apud Abulenſẽ q. 8, & Caietanum.

Ambr, Abul, q. 8 Caiet,

Dimiſit ergo Ioſue populum, & abierunt filij Iſrael vnuſquiſque in poſſeſſionem ſuam: ſeruieruntque Domino cũ Eis diebus eius, & ſeniorum.

Verſ. 6. & 7.

1 VT læuum populi ſtatum Iudicum tempore deſcribat, per recapitulationem attingit, quam bene ſe idem populus geſſerit, Deoque ſeruierit, tempore ſeniorum, atque Ioſue, cuius ea de cauſa hic mentio iteratur, quanuis enim iam mortuum cum Sacer ſcriptor ſuperiori libro deſcripſerit: Id tamen Diuus Hieronymus 1. aduerſus Iouian. ad virginitatis, qua Ioſue floruit, immortalitatem refert: *Cum,* inquit, *in ſepultura Ioſue lib. r, qui ex nomine eius appellatur, expletus ſit, rurſum in iudicum volumine quaſi viuens, reſurgenſque deſcribitur,* &c. Ac ſi virgo, nec mortuus quidẽ mori potuerit: Qua de re paulo inferius. Dimiſſus ab eo dicitur populus ad obtinẽdam poſſeſſionem ſuã, quam tamen integram nõ obtinuit, vel ob ignauiam, & auaritiam vt cap. primo vidimus: vel Deo, qui viciniorem ſibi populum, ne ei moleſtus eſſet, vellet, rem ita diſponente, ne à tẽplo, quod ter in anno adeũdum erat, longius remoueretur, vt exiſtimat hic Theodoretus q. 6. *Non abs re,* inquit, *concluſit eos in arctum locum, vt facile vel ipſi pigri ad ædem conſecratam adeundam excitari poſſint,* &c. Templi, Deique vicinia quam longa terrarum poſſeſſione ditiores.

Caſtitas immortalis. Hiero. 1 ad Iouia. Caſtus etiã mortuus non moritur. Text. Theod. q. 16 Dei vicinia ditior lõgiſſima hæreditate.

2 Sed quinam iſti ſeniores, qui long[illegible] poſt Ioſue vixerunt tempore? Iudices ipſos nonnulli credunt, ob ætatis, quæ illos maxime decet,

Iudices decet maturitas.

decet, maturitatem. Neque enim grauior vlla Reipublicæ pœna, quam si illi iuuenes dominentur, ac iudicent, iuxta illud: *Dabo pueros principes eorum*, &c. Isaiæ cap. 3 n. 4 Basilius: *Plane nouerat eiusmodi pœnam fore grauissimã, si ea ciuitas sub principatu adolescentulorum esset, & ab eis administraretur* &c. Et quidem grauis adeo fuit, vt qui Babylonem, in captiuitatem adducti fuerant. *Melioris*, inquit Lyranus. *iudicarentur conditionis, quam qui sub ijs iudicibus in vrbe emanserãt* &c. Quasi vero mitius fuerit hostibus, & tyrannis, quam iudicibus pueris subiacere. Hinc enim Reipublicæ labes, ac ruina, vt prosequitur Augustinus ad fratres in Eremo sermone 14, qui addit: *Tunc Regnum Romanorum pacifice tandiu perseuerauit, quandiu sapientes regere permiserunt: sed dum iuuenes, & inexpertos regere permiserunt, tanquam iustitiam ignorantes, acceptores personarum facti sunt, & sic iustitiam perdentes dominium orbis terrarum perdiderunt.*

Reipublicæ clades à iuuenibus. Isai. 3 n. 4 Basil. Lyran. Melius captiuari quam à pueris regi. Aug. ad frat. ser. 14 Reipublicæ ruina, à pueris regi.

3 Dices iuuenes fuisse iudicum non[illegible]os: at qui morum, iudicijque maturitate senes erant, quales Deus Moysi iubet eligere. *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri*, Nam reuera Deus nõ senectutem annorum, sed senectutem requirit animorum. Vt enim ponderare iubet Caietanus, & Gregorius 19 Moralium cap. 13. *Si senectus in eis corporis quæreretur, à tantis sciri poterant, à quantis videri* &c. Ita & Salomon, vt ait Hieronymus in 3. Isayæ. *Duodecim erat annorum quando suscepit imperium: & quia habebat sapientiam, propterea non est appellatus iuuenis* &c. Et Daniel, iuxta Theodocionem, antequam iudicaret, appellatus est puer, postquam vero excitauit in eo Deus spiritum, & iudicauit senes, accepit præsbyterij dignitatem, vt infra, ibidem loquitur Hieronymus. Vide Diuum Ignatium Epistola 5. Eiusmodi erat Ioseph, quem *Israel diligebat super omnes filios suos, eo quòd in senectute genuisset eum*, Geneseos cap. 37. num. 3 In Hebræo: *Eo quod esset filius senectutum*, idest vt explicat Abulensis, *quod loqueretur senectutes: cum enim paruæ esset ætatis, tamen prudentissimus erat* &c. E contra vero Caim iuuenis dicitur moribus, non ætate. *Occidi*, inquit

Gubernẽt iuuenes ætate, si sint senes moribus. Num. 11 n. 16 Caiet. Greg. 9 mor. c. 13 Hiero. in 3. Isai. Nouvo cãdus iuuenis, qui sapiens. Theodoc. Hieron. D. Ignat. Epist. 5 Gene. 37 n. 3 Sapiẽs dicitur filius senectutis. Abul. Senex vagus, & vitiosus, iuuenis dicendus.

quit Lamech, *adolescentulum in liuorem meum*, Geneseos c. 4 num. 22, Beda *Iuuenem occidisse se se dicit, non quia iuuenis esset, sed vagus, & instabilis erat, &c.* Eodē sensu filij Eli pueri dicuntur 1 Regum cap. 2 num. 17. Vbi Lyranus: *Pueri moribus, non ætate, quia iam erant ætate prouecti &c. Talis denique*, inquit Hieronymus, *fuit rex iuuenis Roboam, non quod ætate esset iuuenis, sed sapientia &c.*

Beda, 1 Reg. 2 n. 17 Idem. Lyran. Hieron.

4 Senū exēplū maximi ponderis.

Verius tamē est seniores istos, non iudices, sed viros fuisse alios Iosue ætate superiores, quorum exemplo, consilio, & authoritate iuniores Deo seruiebant, vt patet ex ipso contextu. Tantum valent seniorum exempla, dum enim vixerunt illi, vixit pietas: vbi extincti, extincta quoque religio, ad Deos perrexit alienos. Nāque authore Ambrosio 1. de Officijs cap. 43: *Vt æqualium vsus dulcior, ita senum tutior est: qui magisterio quodam, & ductu vitæ colorat mores adolescentium, & velut murice probitatis inficit* &c. Ideoque magistri dicuntur. Numerorum c. 11. In quibus quo infirmior ætas, fortius est exemplum: *Adolescentibus*, inquit Eleazarus, *exemplum forte relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro sanctissimis legibus honesta morte perfungar*, 2 Machabeorum cap. 6 numero 28. De quo Cyprianus: *Maluit vitam suam tormentis obijcere, quam cuiquam magister proditionis existere* &c. Et Ambrosius 2 de Iacob cap. 10: *In moriendo tormentis, factus est cæteris magisterium perseuerantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum* &c. Et cap. 11. *Post ipsum statuti sunt pueri septem cum matre. Insultare licet tyranno, qui dum callide à sene incipiendum putat, magistrum eligit, quo discipulos faceret fortiores &c.* Sic Abraham nonaginta nouem annorū circunciditur, Geneseos cap. 17 num. 24. Chrysostomus: *Filium, & vernaculos omnes promptiores reddens, ne cunctarentur, sed magna alacritate Dei præceptum implerent.* Idem alibi: *In tali ætate circunciditur, vt posteris omnibus lex quædam, & regula fierent ea, quæ Patriarcha prior fecerat* &c. Adeo ad posteros valuit Abrahæ senioris exemplum.

Ambr. 1 de Offic. c. 43 Æqualiū cōsuetudo dulcior, senū tutior. Senes magistri. Num. 11 2 Mach. 6 n. 28 Cypria. Multum docent exēplo. Ambr. 2 de Iacob c. 10 Idē c 11 Constās in tormētis. Gene. 17 n. 24 Chrysos.

5

Vel per seniores intellige Principes, ac magistratus, quos vna cum Iosue ad pietatem præeūtes populus sequebatur. Per pastorū enim

Subditi principes omnino imitãtur. *Cyril. in Zach. c. 13* *Theod. hic q. 6*

vestigia subditi omnino gradiuntur, vt loquitur Cyrillus in Zachariam cap. 13. Vnde Theodoretus hic q. 6. *Ex his discimus, quantum iuuet subditos pietas principum; quantumque noceat ea carere principes, aut è diuerso principũ improborum regi imperio* &c. Vt enim Cassiodorus 3. variarum 12. *Facilius est quippe, si dicere fas est, errare naturam, quam dissimilem sui princeps posse formare rempublicam*, &c. Quanto enim honorificentior ordine est, tanto magis suadet imitandum sese, vt loquitur Ambrosius ad B. 6 de hacre infra.

Cassiod. 3 Var. 12 Difficilimũ cum malo principe bona Respublica. *Amb. ad B. 6*

Mortuus est autem Iosue filius Nun famulus Domini centum & decem annorum: & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thamnathare.

Vers. 8. & 9.

1 *Origen. hom. 2*

DE morte Iosue vide hic Origenem homilia 2. vbi tropologice de ijs agit, in quibus Iosue viuere dicitur, vel defungi. *In quibus*, inquit, *defunctus est Iosue? In illis sine dubio, qui pœnitendo, & iterum delinquendo, velut insultari morti Iosue dicũtur, de quibus ad Hebræos scribens dicit Apostolus. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes &c.* Quod vero Iosue tandiu vixerit, Sanctissimi nominis IESVS, cuius typum gerebat, virtuti adscribit Ambrosius in Psalmo 118. *Quicumque exierunt de Ægypto, perierunt in deserto: Mortuus est Aaron, mortua est Maria: Mortuus est ipse Moyses; solum IESVS naue nominis sacri similitudo seruauit &c.* Merito, vt salutiferum nomen vitam, medicinãque appellet Bernardus in Cantica sermone 15. qua mors, morbique pellantur.

Optimi viri memoria in prauis solũ moritur.

Nomen IESVS vita, & medicina *Ambros. Ps. 118*

Bern. in Cant, ser. 15

2

Sepultus dicitur In finibus possessionis suæ; suæ, inquam, non quam ipse propriam elegerit, sed quã velut mutuo, siue dono acceperit; vt explicat Hieronymus in Ezechielem c. 47. *Ipse Iosue, qui diuisor terræ fuit, non propriam sibi separauit terram, ne optimam elegisse videretur, sed accepit à principibus omnium tribuum Thamnathare &c.* Idẽ in Epitaphio Diuæ Paulæ, quæ loca sanctã perlustrauerat: *Satis, inquit,*

Rerũ distributores non sibi meliꝰ assumãt. *Hiero. in Ezech. 47* *Idem Epist. D. Paul.*

quit, *mirata eſt, quod diſtributor poſſeſſionum ſibi montana, & aſpera delegiſſet, &c.* Theodoretus in Ioſue q, 17. *Partem ſibi non impertiuit, ſed eam, quæ oblata eſt, accepit: docens eos, qui in aliquo magiſtratu ſunt conſtituti, non ſuis commodis, ſed vtilitati ſubditorum inſeruire.* Tum etiam vt Chriſti, quē adumbrabat, paupertatem imitaretur, qui nec domū, nec tumulum ſuum habuit, vt videre eſt in Ambroſio Lucæ 23. *Imitatus*, inquit Theodoretus, *eſt in eo modeſtiam Domini, qui extremam expertus eſt inopiam, ita vt nec domum quidem haberet: Filius*, inquit, *hominis non habet vbi caput ſuum reclinet &c.* Quod etiam in Abraham notauit Chryſoſtomus homilia 48. in Geneſim: *Proprium ſepulchrum non poſſedit, ſicut nunc multi faciunt agros, & vineas, infinitamque aliam ſubſtantiam profundere ſtudentes: habebat enim ſufficientes diuitias mentis, & de alijs non erat anxius &c.* Ergo Ioſue amplas alijs, nullas ſibi poſſeſſiones impertijt, vt ſe principem verum probaret, cui pulchrius eſt honores, poſſeſſioneſque pedibus conculcare. *Quam pulchri ſunt greſſus tui, in calceamentis filia principis*, Canticorum cap. 7 n. 1. calceamentum enim dominatum, poſſeſſioneſque ſignificat, iuxta illud: *In Idumæam extendam calceamentum meum. Mihi alienigenæ ſubditi ſunt*, Pſalmo 59 num. 10. Quibus Dauid velut calceamentis vtebatur pedibus ſubijciens, non capiti imponens.

Theod in Ioſ q 17

Qui regūt, ſubditorum cōmoditati inſeruiant, nō ſuæ.

Ioſue Chriſti pauperis imitator.

Ambr. Luc. 23

Theod.

Luc. 9 58

Qui mētis diuitias habēt, alias non curant.

Verus princeps poſſeſſiones calcat.

Cant. 7 n. 1

Pſal. 59 n. 10

Diuitiæ pedibus ſubijcien dæ, nō capiti im ponēdæ.

Sepelitur vero in *Thamnathare*, id eſt, vt explicat citatus Hieronymus, *Imperfectiſſimo principatu, ſiue in numero operimenti noui, vt virginum ſignificaret greges ſalutoris auxilio coopertos &c.* Alii *Thamnathare* effigiē ſolis interpretantur, quam Hebræi tradunt impoſitam ſepulchro Ioſue quia Solis curſus precibus eius ſteterat, vt Brixianus, Abulenſis q 12. & alij referunt; Nempe virginibus Sol nunquam occidit, quibus Sol ipſa virginitas, vt vocat Sanctus Aldhelmus de laudibus Virginitatis. *Virginitas*, inquit, *Sol, cælibatus lucerna, coniugiū tenebræ &c.* Peluſiota lib 3. Epiſtola 35. *Soli enim eos, qui virginitatem, Lunæ autem eos, qui continentiam amplexi ſunt, comparare licet &c.* Ideo fortaſſe Virgo ſanctiſſima mulier dicitur *amicta Sole*, Apocalypſis cap. 12 num. 1. ſiue *Aurora*, quæ in ſplendoribus ſancti-

3

Hier cit.

Chriſtus virg nū auxiliator.

Sol in Ioſue ſepulchro.

Brixian. Abul. q. 12.

Virginitas Sol.

Aldhel. de laud. virg.

Cōiugiū tenebræ.

Peluſ. 3 Epiſt. 35

Cōtinentes Lunæ compaiātur.

Apoc 12 n. 1

Virgo Sol Aurora.

Psal. 109 n. 3 sanctitatis, Psalmo 109 n. 3, idest integritatis Christum genuit. Meritò, vt exclamat Sapiens: *O quam pulcra est casta generatio cum claritate*, *Sap. 4 n. 1* Sapientiæ cap. 4 num. 1. Vbi vide Lorinum: *Lorin.* Nec mirum si Iosue Virgini Sol paruerit, Deus obedierit, *Christus virginitatis subditus.* cum virginitati paruerit Sol ipse iustitiæ Christus Dominus, qui duobus virginibus factus est subditus, vt loquitur Cassia. *Cassia.* ad illa verba: *Et erat subditus illis*, Lucæ cap. 2 n. 51 *Luc. 2 n. 51*

4 De Mausolæo Iosue nihil certi dignum tanto duce fuisse oportuit. Epitaphij loco fuerit nobile illud elogium: *Iosue famulus Domini.* *Dici seruus Domini dignitas infinita.* Quam Diuus Hieronymus in Psalmo 133, *Hieron. Psal. 133* dignitatem appellat infinitam: *Infinita*, inquit, *dignitas est, se dicere esse seruum Domini* &c. Quo titulo se iactat sæpe Dauid præsertim in Psalmo 36, *Psal. 36* cuius titulus: *In finem seruo Domini ipsi Dauid.* Et in Psalmo 15 num. 7: *Psal. 15 n. 7* *O Domine quia ego seruus tuus.* Vbi idem Hieronymus: *Hieron.* *Grandis dignitatis est, & meriti esse seruum Domini, & non seruum peccati &c.* Et Apostolus ad Philippenses cap 1: *Ad Phil. c. 1* *Paulus, & Timotheus serui IESV Christi.* Vbi Chrysostomus: *Chrysos.* *Nec ponit suum magisterij nomen, sed aliud quiddam, illudque magnum, seruum se ipsum nominat, non Apostolum* &c. *Idem.* Eo etiam nomine Nabuchodonosor tribus pueris ablanditur. *Magna assentatio seruum Dei nominare.* *Serui Dei excelsi, egredimini*, Danielis cap. 3 num. 93, *Dan. 3 n. 93* de quo Chrysostomus homilia 8, ad Ephesios cap. 4: *Chrysos. hom. 8 ad Eph. 4* *Vocem vocauit iucundissimam; sciebat se ea maxime assentari. Non si eos vocasset Reges, non si dominos orbis terræ, non tanta eos affecisset voluptate, quanta cum eis dixit: Serui Dei* &c. Et Deus ipse populo suo: *Nunc audi Iacob serue meus, & Israel, quem elegi*, Isaiæ cap. 44 num. 1: *Isai. 44 n. 1* Aliter supra loquutus: *Non me inuocasti, Iacob, nec in me laborasti Israel*, cap. 43 num. 12. *Cap. 43 n. 12* *Maximũ donum; à Deo seruus me9, nominari.* Hieronymus: *Hieron.* *Vbi accusatur populus Iudæorum ob incredulitatem, atque blasphemiam, absque vlla nominis dignitate puris appellatur vocabulis. Vbi autem ad Apostolorum chorum, qui ex Iudæis est, sermonem facit, iunguntur & nominum priuilegia. Audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi, vt prima sit seruitus, secunda electio* &c. Vnde non ignominiæ, sed gloriæ magnæ fuit, *Valde honorificũ seruire Deo.* quod idem Iosue Gabaonitas ministerio Domini, vel altaris, adduxit Iosue cap. 9 num. 27, *Iosue 9 n. 27* de quo Theodoretus q. 12. *Theod. q. 12* *Declarat,*

clarat, eos miniſtros ſancti ſacrificij, non quod contumelioſum ſit ſeruire Deo, ſed valde honorificum &c. Quod de angelis etiã dixit Cyrillus catheсheſi 10. *Miniſtrabãt ipſi, quod eſt officium ſeruitutis. Cum e virgine naſci debebat miniſtrabat, tunc Gabriel propriam dignitatem eſſe reputans ipſi miniſtrare eſſet &c.*

Cyril. ca thec. 10.

5. Cur Ioſue mors non ploretur.

Sed cur Ioſue planctu nullo ſepelitur, cum Iacob flens diebus ſeptuaginta; Aaron triginta, totidem Moyſes, Samuel quoque planctu ſepultus, 1. Regum cap. 25 commemoretur? Diuus Hieronymus, & alij Patres myſteriũ olent. Ita enim ille ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ. *In Moyſe, ideſt in lege veteri ſub peccato Adam omnes tenebamur elogio, & ad inferos deſcendentes conſequenter lachrymæ proſequebantur, ſecundum Apoſtolum, qui ait. Regnauit mors ab Adam, vſque ad Moyſem; In IESV vero, ideſt in Euangelio per quem paradiſus eſt apertus mortem gaudia proſequuntur.* &c. Et in Epitaphio Nepotiani. *Iudæorum luctus, Chriſtianorum gaudium eſt. Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia; vnde & Moyſes moriens plangitur. IESVS abſq; funere, & lachrymis in morte ſepelitur* &c. Nimirũ, vt verũ adũbraret Ieſũ, qui mortẽ ac paſſionẽ ſuã muliebri fleri prohibuit eiulatu. *Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me,* Lucæ c. 23. n. 23. Titus Roſtrenſis. *Quia mæſtæ, afflictæq; eum lugebant, quem æquius erat planſu, lætaque acclamatione excipere,* &c. Peluſiota lib. 2. Epiſtola 185. *Eum, qui laudibus, ac plauſu dignus erat, ille fletu ac lachrymis proſequebantur:* Propterea, vt nõnulli exiſtimant, ipſis malum imprecatus eſt; re vera autem calamitates ipſis prænuntiabat. Quibus concinit locus ille Diui Leonis ſermone 10. de Paſſione. *Iſtum ſibi planctum Dominus IESVS dedignabatur impendi, quia non decebat luctus, triumphum, & lamenta victoriam.* Et Ambroſius in Pſalmo 118. *Nolebat fleri, qui dicebat ad filias Hieruſalem; nolite me flere; abluturus enim omnes lachrymas ſuæ beneficio crucis. In paſſione propria futuræ inſtar beatitudinis lætitiam exhibebat* &c. Adeo Chriſtus ſuam, ac ſuorum mortem vertit in gaudium, vt loquitur idem Ambroſius, ad illa verba Chriſti Domini ad Paralyticum. *Tolle lectum, tuum, & vade in domum tuã,* Lucæ cap. 5. num. 24.

1. Reg. c. 25.

Hieron. ad Paul. ſup obit. Bleſil.

Iuſtorũ mortes nõ flendæ.

Idem in Epitaph. Nepot.

Lucæ 23 n. 28

Titus Roſtr. Chriſtus crucem portans dignus plauſu, non lachrymis.

Peluſ. li. 2. Epiſt. 185.

D. Leo ſer. 10. de Paſ. Crucẽ ba iulare triumphus.

Ambr. Pſ. 118. Chriſtus ſuam, ac ſuorum mortem vertit in gaudium

Luc. 5. n. 24

Iam non lectus doloris, sed quietis, miseratione etenim Domini capit quies esse quod mors erat: qui nobis soporem mortis vertit in gratiam voluptatis, &c. Ante Christum quidē mors erat horribilis, atque adeo multis lachrymis deploräda, vt in funere Iacob: *Planctu magno, atque vehementi impleuerunt septem dies* Genes. ca. 50. n. 10. Chrysostomus: *Quia timuerant mortem hoc faciebant, nunc autem propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, & cōsūmatio quies quasi de vita in vitam transferendi, sic exultemus, & lætemur*. Et Basilius homil. in Barlaam martyrem. *Primùm quidem Sanctorum mors planctu, ac lachrymis cohonestabatur, nūc vero morientibus sanctis exultamus: tristitiā namque post crucem Domini immutata est natura*, &c Vnde etiam Christus Dominus in horto, ac monumento nouo sepeliri voluit, Ioannes cap. 19. nu. 4. In horto quidem, vt suauē, ac veluti, floream mortis iucunditatem significaret, qua Stephanus, & alij, obdormierunt in Domino, Actorum cap. 7. numero 59. *Veluti teneris floribus*, inquit Nyssenus, *vel rore quodam veluti circunfusus in dulcem simul, ac beatum somnum delapsus est*, &c. *Monumenti autem nouitas*, addit Cyril. in Ioannem lib. 12. cap. 42. *Nouum, atque inauditum de morte ad vitam reditum significat: Nam ipsa mors in morte Christi ad somni conditionem mutata est* &c. Vnde Nazianzenus in funere patris. *Haud scio*, inquit, *an proprie mors appellari queat, vt pote nomine magis, quam re formidabilis* &c. Imo amabilis, & gustu quodam alliciens. *Sunt quidā de hic stantibus, qui non gustabunt mortē* &c. Math cap. 6. n. 28. Hilarius: *Ex cōditione gustatus tenuē quandā fidelibus liberationē mortis ostendit*. Quare Christus Dn̄us ad discipulos: *Si diligeretis me*, inquit, *gauderetis vtique, quia vado ad Patrē*, Ioānes c. 14. n. 28. Cyprian. de mortalitate: *Docens, scilicet, & ostēdens cū chari, quos diligimus, de sæculo exeunt, gaudendum potius quam dolendum* &c. Denique vita ipsa, quàm mors lachrymis dignior, vt Christus ostendit, qui in Lazari morte fleuisse non legitur, eundem ad vitam reuocaturus, illachrymauit, Ioannes cap. 11. nu. 35. Pelusiota Epistola 137. *Quoniam ipsum ob suam gloriam à morte ad vitam excitaturus esset, collachrymauit; his propemodum verbis vtens; Eum, qui ad portum iam*

Ambr. — Ante Christū mors horribilis. — *Genes. 50 n. 10.* — *Chrysost.* — Post Christū somnus. — *Basil. in Barla. mart.* — *Ioan. 19. n. 41.* — Christi mors florida. — *Actor. 7. n. 59* — *Nyssen.* — *Cyril. in Ioan. li. 12. c. 42* — Mors in morte Christi in somnum mutata. — *Naziā.* — In morte amabilitas, & gustus. — *Mat. 16 n. 28* — *Hilar.* — *Ioan. 14. n. 28* — Vita, quā mors, lachrymis dignior. — *Ioan. 11. n. 35.* — *Pelus. Epist. 137*

appulerat, rurſum ad flatus, & procellas voco: eum qui iam coronam conſecutus erat, ad certamina rurſum duco &c. Vnde Baſilius ad illa verba: *Pretioſa in conſpectu Domini mors,* Pſalmo 115. num. 5. *Fletu,* inquit, *magis proſequenda venit ipſa natiuitas, & ex vtero in hanc vitam progreſſio; itaque pretioſa eſt mors, non item pretioſa natiuitas, &c.* Nam vt ait Ambroſius citatus: *Christus pro nobis mortuus eſt, vt nobis, in quibus antea vita ignobilis, & degener habebatur; inciperet mors eſſe pretioſa &c.* Itaque concludit Cyprian. *Mors timeat, qui non Christi cruce, & paſſione cenſetur &c. Qui,* vt ait Auguſt. *mortuus eſt, ne mori timeremus &c.*

Pſa. 115 n. 5. Mors pretioſa. *Baſil.* *Ambr. cit.* *Cyprian.* Mors nō timenda. *Auguſt.*

6\. Alteram cauſam, cur Ioſue non plangitur, reddit Hieronymus 1. aduerſus Iouian. *Moyſes moriens plangitur á populo Iſrael. IESVS autem quaſi victurus non plangitur: nuptiæ enim finiuntur in morte, virginitas poſt mortem incipit coronari &c. Immortalis eſt enim memoria illius,* Sapientiæ cap. 4. num. 1. Itaque Ioſue non defletur vt mortuus, quia virgo nō moritur. Idem enim virgo, qui & immortalis iuxta illud. *Vinum germinans virgines* Zachariæ 9. num. 7. Ideſt *Immortales,* vt videre eſt apud Prado in Ezechielem cap. 15. in quibus vt ait Chryſoſtomus: *Mortalitas in certamen cum immortalitate deſcendit &c.* Et Cyprianus de bono pudicitiæ: *Virginitas,* inquit, *quid aliud eſt, quam futuræ vitæ glorioſa meditatio? Virginitas eſt perſeuerans infantia, &c.* Et Fulgentius de Virginitate Epiſtola 3. *O ineffabile ſuperni, ſempiternique muneris decus, quod qui accipiunt, hoc meditantur in carne mortali, quod ſunt in immortalitate ſumpturi.* Baſilius de vera virginitate: *Præoccupauerunt denique virtutis opere virgines, quod in regeneratione per eam corporum mutationem, quæ in reſurrectione continget, in ipſis Dei virtute perficiendum eſt &c.* Vnde non de nihilo exijt ſermo *inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur,* Ioannes capite 21 numero 23. *Ex quo oſtenditur,* inquit Diuus Hieronymus, *virginitatem non mori, nec ſordes nuptiarum ablui cruore martyrij, ſed manere cum Christo, & dormitionem eius tranſitum eſſe, non mortem &c.* Adeo æternant virginum corpora balſamo virginitatis cō'dita. *Hæc enim eſt,* vt ait Ber-

Hiero. 7. adu. Iou. Caſtus non moritur. *Sap. 4. n. 1.* *Zach. 9. n. 7.* *Prad. in Ezec. 15.* *Chryſoſ.* *Cypr. de bon. pud.* Virginitas immortalis. *Fulg. de Virg. Epiſt. 3.* *Baſil. de ver. virg.* *Ioan. 21. n. 23.* Idem. *Hieron.* Sordes nuptiarū martyrij cruore nō abluuntur. *Bern. Epiſt. 42.*

Ambr. *Iam non lectus doloris, sed quietis, miseratione etenim Domini capit quies esse quod mors erat: qui nobis soporem mortis vertit in gratiam voluptatis,* &c. Ante Christum quidē mors erat horribilis, atque adeo multis lachrymis deplorāda, vt in funere Iacob: *Planctu magno, atque vehementi impleuerunt septem dies* Genes. ca. 50. n. 10. Chrysostomus: *Quia timuerant mortem hoc faciebant, nunc autem propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, & cōsūmatio quies quasi de vita in vitam transferendi, sic exultemus, & lætemur.* Et Basilius homil. in Barlaam martyrem. *Primùm quidem Sanctorum mors planctu, ac lachrymis cohonestabatur, nūc vero morientibus sanctis exultamus: tristiū namque post crucem Domini immutata est natura,* &c Vnde etiam Christus Dominus in horto, ac monumento nouo sepeliri voluit, Ioannes cap. 19. nu. 4. In horto quidem, vt suauē, ac veluti, floream mortis iucunditatem significaret, qua Stephanus, & alij, obdormierunt in Domino, Actorum cap. 7. numero 59. *Veluti teneris floribus,* inquit Nyssenus, *vel rore quodam veluti circunfusus in dulcem simul, ac beatum somnum delapsus est,* &c. *Monumenti autem nouitas,* addit Cyril. in Ioannem lib. 12. cap. 42. *Nouum, atque inauditum de morte ad vitam reditum significat: Nam ipsa mors in morte Christi ad somni conditionem mutata est* &c. Vnde Nazianzenus in funere patris. *Haud scio,* inquit, *an proprie mors appellari queat, vt pote nomine magis, quam re formidabilis* &c. Imo amabilis, & gustu quodam alliciens. *Sunt quidā de hic stantibus, qui non gustabunt mortē* &c. Math cap. 6. n. 28. Hilarius: *Ex cōditione gustatus tenuē quandā fidelibus liberationē mortis ostendit.* Quare Christus Dn̄us ad discipulos: *Si diligeretis me,* inquit, *gauderetis vtique, quia vado ad Patrē,* Ioānes c. 14. n. 28. Cyprian. de mortalitate: *Docens, scilicet, & ostēdens cū chari, quos diligimus, de sæculo exeunt, gaudendum potius quam dolendum* &c. Denique vita ipsa, quám mors lachrymis dignior, vt Christus ostendit, qui in Lazari morte fleuisse non legitur, eundem ad vitam reuocaturus, illachrymauit. Ioannes cap. 11. nu. 35. Pelusiota Epistola 137. *Quoniam ipsum ob suam gloriam à morte ad vitam excitaturus esset, collachrymauit; his propemodum verbis vtens; Eum, qui ad portum iam appu-*

Marginal notes (left): Ante Christū mors horribilis. — *Genes. 50 n. 10.* — *Chrysos.* Post Christū somnus. — *Basil. in Barla. mart.* — *Ioan. 19. n. 41.* — Christi mors florida. — *Actor. 7. n. 59* — *Nyssen.*

Marginal notes (right): *Cyril. in Ioan. li. 12. c. 42.* — Mors in morte Christi in somnum mutata. — *Naziān.* — In morte amabilitas, & gustus. — *Mat. 16 n. 28* — *Hilar.* — *Ioan. 14. n. 28* — Vita, quā mors, lachrymis dignior. — *Ioan. 11. n. 35.* — *Pelus. Epist. 137*

appulerat, rursum ad flactus, & procellas voco: eum qui iam coronam consecutus erat, ad certamina rursum duco &c. Vnde Basilius ad illa verba: *Pretiosa in conspectu Domini mors*, Psalmo 115. num. 5. *Fletu*, inquit, *magis prosequenda venit ipsa natiuitas, & ex vtero in hanc vitam progreßio; itaque pretiosa est mors, non item pretiosa natiuitas, &c.* Nam vt ait Ambrosius citatus: *Christus pro nobis mortuus est, vt nobis, in quibus antea vita ignobilis, & degener habebatur; inciperet mors esse pretiosa &c.* Itaque concludit Cyprian. *Mors timeat, qui non Christi cruce, & passione censetur &c.* *Qui*, vt ait August. *mortuus est, ne mori timeremus &c.*

Psa. 115 n. 5. Mors pretiosa. Basil. Ambr. cit. Cyprian. Mors nõ timenda. August.

6\. Alteram causam, cur Iosue non plangitur, reddit Hieronymus 1. aduersus Iouian. *Moyses moriens plangitur á populo Israel. IESVS autem quasi victurus non plangitur: nuptiæ enim finiuntur in morte, virginitas post mortem incipit coronari &c. Immortalis est enim memoria illius*, Sapientiæ cap. 4. num. 1. Itaque Iosue non defletur vt mortuus, quia virgo nõ moritur. Idem enim virgo, qui & immortalis iuxta illud. *Vinum germinans virgines* Zachariæ 9. num. 7. Idest *Immortales*, vt videre est apud Prado in Ezechielem cap. 15. in quibus vt ait Chrysostomus: *Mortalitas in certamen cum immortalitate descendit* &c. Et Cyprianus de bono pudicitiæ: *Virginitas*, inquit, *quid aliud est*, *quam futuræ vitæ gloriosa meditatio? Virginitas est perseuerans infantia*, &c. Et Fulgentius de Virginitate Epistola 3. *O ineffabile superni, sempiternique muneris decus, quod qui accipiunt, hoc meditantur in carne mortali, quod sunt in immortalitate sumpturi.* Basilius de vera virginitate: *Præoccupauerunt denique virtutis opere virgines, quod in regeneratione per eam corporum mutationem, quæ in resurrectione continget, in ipsis Dei virtute perficiendum est* &c. Vnde non de nihilo exijt *sermo inter fratres, quia discipulus ille non moritur*, Ioannes capite 21 numero 23. *Ex quo ostenditur*, inquit Diuus Hieronymus, *virginitatem non mori, nec sordes nuptiarum ablui cruore martyrij, sed manere cum Christo, & dormitionem eius transitum esse, non mortem* &c. Adeo æternant virginum corpora balsamo virginitatis cõdita. *Hæc enim est*, vt ait Ber-

Hiero. 1. adu. Iou. Castus non moritur. Sap. 4. n. 1. Zach. 9. n. 7. Prad. in Ezec. 15. Chrysos. Cypr. de bon. pud. Virginitas immortalis. Fulg. de Virg. Epist. 3. Basil. de ver. virg. Ioan. 21. n. 25. Idem. Hieron. Sordes nuptiarũ martyrij cruore nõ abluuntur. Bern. Epist. 42.

Virginitas instar balsami. Bernardus Epistola 42. *instar odoriferi balsami, quo condita cadauera incorrupta seruantur* &c. vel cedri, quæ arbor æterna est iuxta illud: *Tigna domorum nostrorum cedrina*, Canticorum cap. 1. num. 16. quæ verba nonnulli interpretantur de Virgine beatissima, quæ ob incorruptibilitatem virgineam cedrina tota fuit.

Cant. 1. n. 16. B. virg. cedrina.

Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos; feceruntque filij Israel malum in conspectu Domini.

Vers. 10. & 11.

2. VLtima origo malorũ, in quæ delapsi Israelitæ, fuit interitus seniorum, quorum exemplo illi in officio continebantur. Id quod repetit Sacer scriptor, quasi dolens eorum iacturam. Quemadmodũ, & Diuus Ambrosius 2. de Abel, & Caim capite 3. *Cum aliquis*, inquit, *huiusmodi decidit, quamuis longa senectute depositus, afficior, quia destituitur grex iuuenum muro senili. Denique perituræ vrbis, aut malorum immimentium, vel futuræ labis hoc primum indicium est*, &c. Congregata vero dicitur ad patres suos generatio illa vulgari hebraismo, quo mortui dicuntur apponi ad populum, vel genus suum: in quo tamen Ambrosius discrimen agnoscit lib. 1. de Abel capite 2. vbi enim scribitur de Isac. *Appositus est populo suo.* Geneseos capite 35. num. 29. legit ille. *Appositus est ad genus suum*: additque, *Pulchre autem ad genus suum, ait, non ad populum, sicut alibi: Nam legimus. Alijs locis appositos fuisse ad populum suum, sed isti non tam præstantes: præstantior autem, qui paucorum similis fuerit, & non plurimorum. Plures in populo, quam genere, & præstantius dicitur paucorum similem esse, quã plurimũ* &c. De hoc hebraismo vide Pereira in Genesi cap. 25 disp. 8.

Ambr. 2. de Abel, & Caim

Gene 35 n. 29

Amb. li. 1. de Abel c. 2.

Præstantius est paucorũ similis esse.

Perei. in Gen. 25. disp. 8.

2. Text.

Mortuis igitur senioribus, *surrexerunt alij, qui non nouerant Dominum, & opera quæ fecerat cum Israel*, idest, qui nec Dei præcepta, nec beneficia recordati, dijs se manciparunt alienis;

vtrum-

Ingratitudo, & inuidia idolatriæ crimen. Exod. 32

vtrumque enim vitiũ idolatria; ingratitudo ſcilicet, & inuidia. Quemadmodũ Exodi cap. 32. contigit; vbi enim populus Deos qui ſe præcederent, poſtulauit, inaures ſibi deferri iuſſit Aaron. Quod Nyſſenus in vita Moyſis interpretatur in hunc modum. *Moyſes Hebræorum virtutem in auribus ornare voluit, id eſt lex, quam pro Moyſe intelligimus obedientia, quæ per inaures ſignificatur, Iudæorum virtutem confirmauit. Quam tollit Aaron, vt inobedientia ipſorum oſtenderet ad cultum deorum eſſe peruentum &c.* Sceleris magnitudo ſignificatur illis verbis. *Feceruntque filij Iſrael malum in conſpectu Domini.* Cui germanum eſt illud. *Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* Septuaginta. *Peccatores in conſpectu Dei*, Geneſis capite 13. num. 13. Chryſoſtomus: *Non ſimpliciter peccatores, ſed & coram Deo, hoc eſt, prodigioſa erat eorum iniquitas &c.* Quod in ijs præſertim, qui Dei notitiã habent, monſtri perſimile eſt. Vnde ſoli peccare dicũtur, qui Dei vbique præſentis oculos non reuerentur, quaſi cæteri præ illis minime peccent. *Erant filij Iſrael, & filij Iudà iugiter facientes malum in oculis meis*, Hieremiæ cap. 32. num. 30. Septuaginta, *Soli facientes malum.* Hieronymus: *Num & aliæ gentes eo tempore, quo Iſrael, Iudaſque peccauerũt, malum non fecerunt? Quod ſic ſoluitur. Qui habet notitiam Dei, & recedit ab eo, ſolus peccat in oculis Dei, qui vero increduli permanſerint, quaſi illo non vidente, & negligente delinquunt &c.* Hoc idem clarius ſignificat Dauid. *Quo ibo ab ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam*, Pſalmo 138. num. 7. Chryſologus ſermone 2. *Videt per totum mundum nuda Dei oculis delicta conſiſtere, non cælum, non terram, non maria, non abyſſum, non ipſam noctem Deo velare poſſe peccata; ſentit quantum ſit ſceleris, mali quantum, in ipſo Dei peccare conſpectu, & ideo clamat. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Cum omnia nuda, & aperta ſint oculis eius.* Ad Hebræos cap. 4. num. 13. ac veluti vitrea iuxta illud Apocalypſis cap. 4. nu. 6. *In conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo*, vbi Ribera interprete. *Multitudo hominũ, qui in terra ſunt, comparatur mari vitreo, id eſt pellucido, quod eſt in conſpectu* ſedis

Nyſſen. in vita Moyſ.

Text.

Gene. 13. n. 13.

Septuag.

Chryſoſ. Qui Deũ magis cognoſcunt grauius errãt peccando.

Hierem. 32. n. 30

Septuag.

Hieron.

Peccata Chriſtianorũ lædũt oculos Dei, incredulorũ non ita.

Pſa. 138. n. 7.

Chryo.

Peccatũ aggrauat Dei conſpectus.

Ad Heb. 4. n. 13. Omnia nuda, & aperta oculis Dei.

Apoc. 4. n 6.

Riber.

ſedis Dei, quoniam quamuis celare Deum velint ſua conſilia, & occultiſſimè peccare, pellucida ſunt oculis eius omnia de cælo contemplantis. Vnde prodigus ille adoleſcens quantũuis peregre profectus fuerit patris oculos non effugit. *Pater peccaui in cælum, & coram te*, Lucæ cap 15. num. 15. Idem Chryſologus, *Peregre profectus eſt iſte, & in regionem longinquam fugit, ſed accuſatores ſuos, ſed teſtes ſuos diuini Patris oculos non refugit*. &c. Quod tamen fieri poſſe, credidit impius Caim, cum rogatus à Deo vbi eſſet frater eius. *Neſcio*, inquit, *nũ cuſtos fratris mei ſum ego*, Geneſeos cap 4. num. 9. Irinæus lib. 3. cap. 36. *Extendens, & multiplicans malum per reſponſionem. Etenim ſi malum eſt occidere fratrem, multo peius ſic audacter, & irreuerenter reſpondere omnia ſcienti Deo, quaſi poſſet fruſtrare Deum &c.* Hac enim ſolum ratione fit, inquit Clemens Alexandrinus 3 pædagogij cap. 5. vt quis nunquam labatur, ſi Deum ſibi ipſi adeſſe exiſtimet. Quo impudentior Iſraelitarum iniquitas, qui ne Dei quidem præſentiam in peccando reueriti, fecerunt malum in conſpectu Domini, de quo Hebraiſmo vide Per. in Geneſim cap. 13. num. 13. Riberam in 3. Ionæ cap 3. Lorinum in Pſalmo 50.

Idem. Luc. 1. n. 15

Chryſol.

Geneſ. 4. n. 9.

Irin. lib. 3. c. 36.

Clemens Alex. 3. pædag. c. 5. Nũquam quis peccaret, ſi Deũ adeſſe exiſtimaret.

Per. in Gen. 13. n 13. Rib in 3. Ion. c. 3.

3. Sequentibus duobus numeris 12. & 13. deſcribitur Iſraelitarum impietas adeo præcipitantium, vt relicto vero numine ſeruierint Baal, & Aſtaroth de quibus poſt Auguſtinum hic q. 16. Vide Pinedam in Salomonem l. 7. cap. 11. Prado in Salomonem cap. 8. ad finem, & Serarium hoc loco.

Iſraelitarũ præcipitata impietas.

Auguſt. q. 16. Pined. in Salo. l 7 c. 11. Prad. in Sal. c. 8. Serar.

Iratuſque Dominus cõtra Iſrael, tradidit eos in manus diripientium, qui ceperunt eos, & vendiderunt hoſtibus.

Verſ. 14. & 15.

1. Quia Dei ſeruitutem excuſſerant, hoſtibus traduntur in ſeruitutem, vt magno ſuo malo, vtriuſque ſeruitutis diſcrimen experiantur. Quo etiam conſilio Deus Roboam, ac Principes Iudà, quia peccauerant tradidit in manũ Seſac Regis Ægypti. *Seruient*

Maxime diſtat ſeruire Deo, aut hominibus.

uient, inquit; *ei, vt ſciant diſtantiam ſeruitutis meæ, & ſeruitutis regni terrarum*, 2.Paralipomenon cap.12.num.8. *Quia ſeruitus Dei*, inquit Lyranus, *ſuauis eſt, & conſolabilis: ſeruitus autem humana dura, & quaſi importabilis &c.* *Quanto enim benignior*, addit Bernardus, *& dulcior eſt diuina clementia quolibet homine, tanto ſuauius eſſe certum eſt iugum eius cæteris omnibus &c.* Nam durius, & acerbius hominem homo, quã Deus ipſe premit, & punit. Vnde Deus non punit, ſed puniẽdos tradit hoſtibus Iſraelitas, quibus mitius foret in Dei manus, quam manus incidere in humanas. Neque vni modo hoſti tradũtur, ſed alijs, atque alijs, ab his enim diripiuntur, capiuntur; alijs traduntur, atque venduntur. Ita fere ſolent peccatores: vnum, ac leue Dei iugum excutiunt, vt plura alia, eaque grauiſſima accipiant. Quod miratur Diuus Bernardus in illo homine, qui ſuaui, imo conuiuiali Chriſti iugo repudiato: *Iuga boum emit quinque*, Lucæ cap.14. num.19. *Cum ſine iugo eſſe non poſſint; quale hoc ipſum eſt, eligere potius quinque, quam vnum. Qui enim poteſt ſeruire quinque dominis, ne dum quinque tyrannis, quinque prædonibus? &c.* Et paulo ſupra pia, qua ſolet, venuſtate vtriuſque iugi differentiam explicãs. *Quid enim*, inquit, *iuga emit, & iuga boum, cui iugum ſuaue gratis offertur: Nam iugum Chriſti, iugum hominis ſiquidem & Chriſtus homo, nec modo gratis tribuitur, ſed etiam copioſa his qui tulerint illud remuneratio eſt, vt á nemine non dico emi, ſed gratis ſuſtineri queat, &c.* Quod tandem ſuo malo didicit prodigus ille filius, cum paternam præmij loco ambit ſeruitutem. *Fac me ſicut vnũ de mercenarijs tuis*. Lucæ cap.15.num.19. de quo Chryſologus ſermone 2. *Hoc petit quia, qui penes extraneum ſeruam ſenſerat libertatem, penes patrem credidit ſibi futuram liberam ſeruitutem &c.* Aureæ enim charitatis hæc ſeruitus eſt, illa ferreæ neceſſitatis. Bernardus de diligendo Deo. *Bona itaque lex charitas, & ſuauis, quæ non ſolum leuiter, ſuauiterque portatur, ſed etiam ſeruorum, & mercenariorum leges portabiles, ac leues reddit &c.* Merito ergo Iſraelitæ, qui aureas Dei cõpedes dulciter ſuſtinere nõ poterant, ferreis, ac duriſſimis, quas hoſtes iniecerant, implicantur.

[Marginal notes, left: 2.Paral. 12.n.8. — Lyran. Seruitus Dei ſuauis. Humana importabilis. — Bern.ſer. de ſubiect. noſt. volunt. — Durior homo in hominẽ, quã Deus — Mitiores manus Dei, quã hominũ. — Excuſſo Dei iugo, mille alia accipim9 grauiora. — Luc. 14 n.19 — Bern.]

[Marginal notes, right: Mũdi iuga emim9, Chriſti gratũ repellimus. — Improbi ſuo malo diſcunt. — Seruitus Dei præmium. — Chryſol. ſer.2. — Seruitus Dei libertas. — Dei ſeruitus cõpes aurea, mũdi ferrea. — Bern. de dilig. Deo.]

2. Corporis voluptates tortores. *Ad Rom. 1. n. 24.*

Ab hac similitudine tradi à Deo dicuntur in flagitia peccatores. *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum*, ad Romanos cap. 1. num. 24. Vt qui Deo noluerant subijci, corporis voluptatibus, tanquam tortoribus, tyrannis, hostibusque subijcerentur. Vitium enim crudelia, tyrannica, hostilia exercet in peccatore. Diuus Thomas in locum Pauli citatum: *Inducit homines in desideria cordis eorum; sicut in manum dominorum crudelium &c.* Anselmus: *Vt culpis culpæ feriantur, quatenus supplicia fiant peccantium ipsi incrementa vitiorum &c.* Chrysostomus: *Ait enim illos alijs haud quaquam indigere, à quibus contumelia afficiantur: Verum eadem aduersus se ipsos patrare, ad quæ ab inimicis inuitari, ac componi possent &c.* Imo addit Theodoretus: *Quæ nullus vnquam hostis in eos perpetrauit, ea libentissime, & promptissime amplectuntur, & quod nullus vnquam iudex in eos supplicium statuerit, ij illud in se ipsos attrahunt, &c.* Ita grauiora de se peccator, quam Deus supplicia sumit; crudelior sui ipsius vindex, & carnifex. Vnde Isaias: *Allisisti nos.* (Septuag. *Tradidisti nos*) *in manu iniquitatis nostræ*, cap. 64. num. 7. Quidam scholiastes *tanquam tortoris, & carnificis.* Hieronymus: *Ex quo discimus, quod & iniquitas manus habeat, & omnia peccata, quæ nos fortiter strictos tenere desiderant &c.* Tanta peccatum in hominem ipsum tyrannide bacchatur, ac sæuit. Propterea Paulus Romanos adhortatur. *Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore*, cap. 6. n. 12. Theodoretus: *Non dixit, non tyrannizet vos peccatum, sed ne regnet in vobis, illud enim est illius proprium, hoc vero nostræ mentis, & voluntatis &c.* Vbi peccatum vocat eam, quæ ad peccatum impellit, concupiscentiam, seu voluntatem, de qua Bernardus in acclamationibus *Non est*, inquit, *Dominus crudelis ad illam non est tyrannus tam impius, & inhumanus, sic vrgens seruulũ, & non parcens, fatigatum magis instigat, subditum premit durius &c.* Itaque nihil grauius in vindictam peccatoribus infligi potest, quam scelera ipsa quæ admittunt. *Væ animæ eorum*, exclamat Isaias, *quoniam reddita sunt eis mala*, c. 3. n. 9. Hieronymus iuxta Hæbraicũ, & cæteros interpretes, hũc habet

D. Tho. | *Anselm.* Vitia peccãtiũ supplicia. | *Chrysost.* | *Theod.* | Crudelior sui carnifex, peccator, quã Deus | *Isai. 64 n. 7.* | *Septuag.* | *Hieron.* Iniquitas manus habet, quæ is nos eruerit. | *Ad Rom. 6. n. 12.* | *Theod.* Peccatũ in nobis tyrannidem exercet. | *Bern. in acclam.* | Scelera peccatorũ crudelissima vindicta. | *Isai. 3. 9*

Hieron.

habet sensum. *Væ illis, qui sua scelera receperunt. Quasi dicat. Nullam aliam illis opes crudeliorem quam sua scelera, carnificinam &c.*

3. Text. Peccatores hostibus vendit Deus sine pretio. August. q. 17. Iudit. 7. n. 13. Deut. 32 n. 30.

Nec satis fuit à diripientibus capi, nisi etiam hostibus venderentur. *Et vendiderunt hostibus.* In Hebræo. *Vendidit*, vt referatur ad ipsum Deum, sitque sensus. Tradidit eos, & vendidit, quemadmodũ legit Augustinus q. 17. Estque phrasis Scripturæ familiaris. *Vendidit nos Deus in manibus eorum*, Iudith cap. 7. num. 13. *Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos?* Deuteronomij capite 32. num. 30. At quo pretio illos vendidit? Nullo plane, vt explicat Dauid.

Psal. 43. n. 13.

Vendidisti populum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum Psalmo 43. num. 13. Siue vt alius vertit: *Non multum fecisti pretium eorum.* Chrysostomus.

Chrysost. Quã sint viles peccatores.

Quam sint viles, & abiecti ostendit: Nempe nullius pretij; quæ enim magni facimus, ea si vendamus, magno pretio vendimus, quæ vero parui, ea vel gratis damus &c. Adeo vero vili pretio venundati sunt Iudæi, vt auctore Lyrano in illud Isaiæ: *Ecce enim iniquitatibus vestris venditi estis*, cap. 50. *Non*

Lyran. Isai. 50.

desuerint aliqui venditores, qui triginta pro vno numismate darent, vt dicit Hugo Floriacensis; *Sicut è conuerso Christum triginta denarijs emerant &c.* Ambrosius in eundem Psalmum. *Qui ergo venditur, vilis, & sine pretio est, quasi qui non sit.* Vnde Aquila dicit: *Tradidisti populum tuum vt non esset.* Et Simachus: *Tradidisti populum tuum sine substantia.* Non sunt enim qui repudiantur à Christo, sunt autem qui eliguntur à Domino. In nihilum ergo traditus est ille populus, quia peccato suo venditus erat, nullam enim habet culpa substantiam; quo enim pretio iniquus veneat, per peccatum redactus ad nihilum? *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus*, Psalmo decimoquarto num. 4. Hieronymus: *In Ecclesia, qui malus est in conspectu sancti pro nihilo computatur.* Imo infra nihilum. *Mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant, ipsi de vanitate in id ipsum*, Psalmo 6. numero 10. In Hebræo: *In bilancibus ad ascendendum, ipsi plusquam vanitas simul*, idest, vt explicat Caietanus: *Si in bilancibus homi-*

Hugo Flor. Peccatores nullius pretij. Ambr. Aquila. Simach. Peccatũ reddit ad nihilum. Psal. 14. n. 4. Hieron. Psal. 6 n. 10. Homo minoris põderis, quã vanitas.

homines ponerentur ex vna parte, & vanitas ex alia, plus ascenderet homo, quam vanitas, hoc est minoris ponderis inueniretur homo, quam vanitas &c. Itaque vanitas ipsa, siue nihilum peccatori, peccato ve præponderet. Adeo infra omne pondus, ac pretium, imo infra nihilum sunt peccatores apud Deum, propterea gratis illos vendit; Iudæos præsertim, qui se tam vili pretio autorauerant. Vnde citatus Ambrosius argute notat, populum Iudæorum venditum dici, Christianorum vero emptum, siue redemptum. *Hoc*, inquit, *genere venditus populus Iudæorum, emptus est populus Christianus. Ille peccatis venditus, hic emptus sanguine.* Vnde Petrus ait: *Non corruptibilibus argento, vel auro empti estis, sed pretioso sanguine.* Vnde sine pretio populus Iudæorum, pretiosus autem populus Christianorum, ille pretiũ non habet, iste in pretio est cui peccatum remissum est

Infra nihilũ peccatores apud Deum.

Iudæi vẽditi dicũtur.

Ambr. cit.

D. Petr. Epist. 1. c. 1. n. 18

Iudæi sine pretio Christiani pretiosi.

4. Direptis alijs, alijsque diuenditis, qui supererant, adeo imbelles, ignauique redditi sunt, vt non possent resistere aduersarijs, quæ est alia peccati pæna, pauidum, atque imbecillũ reddere peccatorem. Vnde Nathan ad Dauidem: *Blasphemare fecisti inimicos Domini*, 2. Regum cap. 12. num. 14. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis: *Saluationem tribuisti inimicis Domini, quibus insurgentibus contra populum Domini, peccato hoc tuo præpediente, non poterit ei resistere. Insuper etiam ipsi inimici victoriosi existent propter peccatum tuum super populum Domini &c.* Ipse Dauid, qui hostiles ante a fugabat exercitus post peccatum filium fugiebat, *Surgite fugiamus*, 2. Regum cap. 15. num. 14. De quo Chrysostomus in Psalmum 3. *Fugiebat filium Dauid, quoniam castitatem fugerat: fugiebat filium, quoniam Dei legem fugerat &c.* Saul etiam vitio debilitante quã timidus, & ignauus, ita enim loquitur cum Dauide. *Iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei*, 1. Regum cap. 24. num. 22. Theodoretus q. 55. *Tanta est vitij imbecillitas; qui erat dux, & imperator tam multorum millium, rogabat fugitiuum; & qui erat cum multitudine, rogabat eum, qui aufugiebat, vt ipsum impertiret benignitate, ac clementia &c.* Iamvero Herodes ad Ioannis

Peccatũ imbelles reddit.

2 Reg. 12. n. 14.

Hieron. in quæst. Hebr.

Peccatũ nostrum hostes victores facit.

2. Reg. 15. n. 14.

Chrysost. in Ps. 3.

1. Reg. 24. n. 22.

Theod. q. 55.

Peccatũ animos adimit.

Mat. 14 n. 2. Euth. Iniqui, & mortuos timent. Sanctus etiā post mortē pauorē incutit.

nis vmbram expauescit. *Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis,* Mathæi cap. 14. num. 2. *Vide rem mirandam,* inquit Euthymius, *is, qui interemerat timet interemptum, talis est enim iniquus, vt & mortuos timeat, & talis est, qui virtutem colit, vt pauorem etiam post mortem immittat viuentibus &c.* Vt enim loquitur Chrysostomus in Psalmo 7. *Vitium etiamsi secum habeat vniuersum terrarum orbem, est omnium maximè imbecillum. Virtus autem & si sola sit est omnium potentissima, habet enim Deum secū stantem &c.* Quare Madianitæ cum Israelitas, Deo ab ijs pugnante, vincere non possent, peccandi occasiones obtulerunt, Numerorum cap. 25. Theodoretus q. 45. *Vt propter impietatem diuino denudati auxilio captu faciliores essent &c.* Et Chrysostomus ad Antioch homilia 14. *Postquam in peccatum ceciderunt, omnibus facti sunt expugnabiles, & quos arma, & equi, & milites, & tot machinamenta capere non potuerunt, hos peccati natura vinctos hostibus tradidit &c.* Proinde monet Pelusiota Epistola 294. *Si hostes vincere cupis, Dei metu exercitum ducito, iustitia enim hoc affert, vt quis strenue ac feliciter pugnet: contra iniustitia nostra hostium est auxilium &c.*

Chrysos. Ps. 7. Vitiū maxime imbecillū. Virtus potentissima.

Numer. 25.

Theod. q. 45.

Chrysos. ad Ant. hom. 14. Peccatū militibus fortius.

Pelusiot. Epist. 294.

Hostib. auxilio est.

Suscitauitque Dominus iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus sed nec eos audire voluerunt. &c.

Vers. 16. & 17.

1. De nomine Iudicum plura superius. Qua ratione populum liberauerint, infra videbimus. Suscitati vero dicuntur, idest in lucem editi, quasi viuū, & animatum, non vero mortuum gesserint magistratum; nam qui tunc tēporis iudicabant, seu præerant populo, nimia vel impunitate, vel indulgentia in deterius abeunte, mortui magis videbantur, quā viui: de illis enim scriptura quasi iam non essent, aut non viuerent, ita loquitur. *In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat,* Iudicum cap. 21. num. 24. Rupertus, quem supra attigimus lib. 4. de Victoria cap. 10. *Ac si dicat. Qui in diebus*

Praui iudices mortui vocandi.

Iudic. 21 n. 24.

Ruper. 4 de Vict. c. 10.

bus istis iudicabat Israel, etsi secundum nomen, personamque aliquid erat, secundum rem, meritumque nullus erat &c. Vnde Heli cum iudicauerit Israel quadraginta annis, 1. Regum cap 4. num. 18. in iudicum tamē numero nō reponitur. Idem Rupertus: *Quam ob causam de numero tollitur? Nimirum propter contemptum verbi Domini. Quia in diebus eius abijcere legem Domini nimia fere omnibus licentia fuit* &c. Et infra: *Dolendum quippe est illi qui cum tot annis iudicauerit Israel, nihil vsquam memorabile, vel iudicis officio nihil gessit* &c. Ita iudices illi Babyloniæ, seu potius iudicum vmbræ regere populum videbantur: *Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum*, Daniel c. 13. num. 5. Hieronymus: *Pulchre de presbyteris peccatoribus non ait, qui regebant populum, sed qui videbantur regere, qui enim bene præsunt populo, regunt populum, qui autem nomen habent iudicum, & iniuste præsunt populo, regere videntur populum magis, quam regere* &c. Quo etiam modo locutus est Christus Dominus. *Scitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis*, Marci cap 10. num. 42. Non solum, quia principatus, atque honor temporalis ijs, quibus seruire, atque temperare gloria est, vmbra quædam, vel species cassa censetur, sed etiā, quia iniquum imperiū, quo tunc agentes abutebantur videbatur magis, quam erat: cute tenus speciosum, intus sanguine carens, & vita, velut inane quiddā, atque exanime. Vnde rex Ozias, qui in regno se impie gessit mortuus dicitur, Isaiæ cap. 6. num. 1. cum tamen adhuc vitam viueret, vt ex Lyrano ostendimus; proinde illi apud Ozeam quæruntur. *Non est rex nobis, non enim timemus Dominum*, cap. 10. num. 3. Vt enim explicat Ribera: *Rex quem habemus perinde est, ac si nullus esset.* Inde Saul duobus tantum annis regnasse dicitur, 1. Regum cap. 13. num. 1. cum tamen plures regnauerit, quia duobus illis annis, vt loquitur Interlinealis iuste, & mansuete regnauit: Reliqui quasi non fuerint, aut Saul ipse desierit viuere, prætermittuntur. Quare Salomon: *Dux*, inquit, *indigens prudentia multos opprimet*. Prouerbiorum cap. 28. nu. 16. Vbi nomen *dux*, siue *princeps* in Hebræo deducitur

Nihil sūt qui meriti non sunt.

1. Reg. 4 n. 8.

Rupert. Contēptus verbi Domini de illustrium numero homines tollit.

Dan. 13. n. 5.

Hieron. Qui male præsunt, non regūt, sed regere videntur.

Marc. 10 n. 42

Imperiū, illo gloriātibus, vmbra est.

Iniquum imperiū cute tenus speciosum.

Isai. 6. n. 1.

Lyran. Rex non est, qui male regit.

Ozeæ 10. n. 3.

Ribera.

1. Reg. 13 n. 1.

Tandiu quis regnat, quandiu bene regnat.

Interl.

Prou. 28 n. 16.

Princeps ex Hebræo, id est. Mors

tur à verbo, Neqiid, quod mori ſignificat. Vnde quidam Rabbini apud Villalpandum in Ezechielem capite 19. hunc ſenſum eliciunt: Expirauit, perijt, & extinctus eſt quicumque multiplicat rapinas. Quaſi princeps mortuus ſit, ſi male ſe gerat, vt idem interpretatur. Ex his colligere licet, quam verè, ac propriè noſtri iudices, ſiue Principes dicantur á Deo ſuſcitati, cum populum liberantes in rebus deſperatis, ac pene mortuis viuum bene imperando geſſerint magiſtratum.

Villalp. in Ezec. 29.

Mortuus princeps, qui male ſe gerit.

2. Mortuorum magis ſimiles Iſraelitæ, qui ſuſcitatos à Deo iudices audire noluerint, deſerta confeſtim via per quam ingreſſi fuerant patres eorum, vt dicitur num. 17. Quod illorum ſcelus magis ingrauat, cum talibus orti parentibus diſſimiles Deo habuerint mores; præſertim, quia vt ait Caſſiodorus 9. variarum quæſt. 2. *Magnus verecundiæ ſtimulus eſt laus parentum, dum illis non patimur eſſe impares, quos gaudemus authores &c.* Et infra: *Plus exigitur hæres honorum, quando ſine ceſſatione compellitur, qui maiorum virtutibus admonetur, &c.* Vnde ſolet Scriptura, quo mores poſteriorum magis vituperet, parentũ honorem facere mentionẽ. Ita Nabal, qui peſſimus fuerat, dicitur de genere Caleb, qui vir optimus fuit. *Porro vir eius peſſimus, & malitioſus, erat autem de genere Caleb*, 1. Regum cap. 25. numero 3. Lyranus: *Grauius peccauit ipſum vituperando &c.* Beda: *Quia Caleb Patriarcham fide, ac virtute potentem legimus, poſſumus dicere, quod argumentum damnationis ſit in fidelibus, vita fidelium, à qua degenerauere, parentum.* Dauid etiam vt aduerſariorum ſcelus magis exaggeret filios hominum vocat. *Filij hominum vſquequo graui corde.* Pſalmo 4 num. 3. Lyranus: *Ideſt rationabiliter, & iuſte viuentium, quales fuerunt Abraham, Iſac, & Iacob ex quibus deſcenderunt Saul, & viri eius &c.* Et Moyſes poſteros Seth Dei filios vocat. *Videntes filij Dei filias hominum*, Geneſ. cap. 6. n. 2. *Propterea quod*, inquit D. Chryſoſtomus, *eo vſque parentum virtutem imitati ſunt &c.* Et in Pſalmum citatum: *Vt magis amplificaret eorum reprehenſionem, eorum honorem reuocauit in memoriã, maximum eſſe crimen oſtendens, quod cum tales eſſent, vt orti ex tali-*

Text.

Caſſiod. 9. varia. q. 2.

Maxima verecundia optimos parẽtes nõ æmulari.

Parentũ virtus filiorũ arguit vitia.

1. Reg. 25 n. 3.

Lyran.

Beda.

Pſal. 8 n 3.

Lyran.

Gen. 6. n. 2.

Filij dij dicũtur, qui parẽtũ virtutem imitantur.

Chryſoſ. Idem in Pſal. 4.

Aggrauat paréntũ sanctitas natorũ errores.
Isai 48. n. 1.
Hieron.

talibus, ad tantam se precipitassent improbitatem &c. Inde Deus per Isaiam cap. 48. num. 1. *Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis.* Hieronymus: *Vt nequaquam eos virtutis patriarcharum filios ostenderet esse, sed carnium &c.*

3. Math. 3. n. 9.
Erubescant filij nõ hæredes paternæ virtutis.
Tertu. de pudic.
Imperf.

Propterea Ioannes Pharisæos arguens. *Ne velitis*, inquit, *dicere intra vos. Patrem habemus Abraham*, Mathæi cap. 3 num. 9. Tertullianus de pudicitia: *Ne scilicet rursum blandimenta delinquentia, de Patrum resumerent gratia*, &c. Author Imperfectus: *Nolite gloriari dicentes. Quia Patrem habemus Abraham, sed magis erubescite, quia filij eius estis, & sanctitatis eius non estis hæredes* &c. Sic diues ille epulo se ipsum magis arguit, cum patrem vocat Abraham. *Pater Abraham miserere mei*, Lucæ cap. 16 nu. 24.

Luc. 16 n. 24
Ille pater, cuius virtutes imitamur.
Gloßa.
Chrysol. ser. 122.
Idẽ ser. 123.

Glossa Ordinaria. *Falso, & pro nihilo vocat patrem, quẽ in operibus minime voluit imitari* &c. Et Chrysologus sermone 122. *Infelix quem sic ipsa origo arguit* &c. Et sermone 123. *O mira pietas! adhuc vocat filium, quem degenerasse propria crudelitate sic respicit. Sed vocat filium, vt magis, magisque filij prodatur impietas* &c. Hinc Bernardus, Solita pietate dolens filium se à Deo patre degenerem, ita loquitur sermone 16. in Cantica. *Ipse quidem patrem se exhibuit mihi, sed non ego me illi vicißim filium. Quanam fronte attolo iam oculos ad vultum patris tam boni tam malus filius pudet indigna geßiße genere meo; pudet tanto patri vixisse degenerem* &c.

Bern. in Cant. ser. 16
Pudeat malos esse filios in Deum optimũ patrem.

Hæc cauerat iam inde Deus cum iussit Aaron nomina filiorum inscripta portare. *Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum*, Exodi cap. 28. nu. 29. *Non solum quia*, vt ait Arnoldus tractatu 7. de septem verbis Domini, *se ipsum etiam ad præcedentium patrum, quorum gestat nomina, conformare debet exempla. vt quorum recolit gloriam, imitetur & vitam: neque ab eorum fide & operibus se alienum exhibeat, quorum actus, & titulos circumfert, & probat* &c.

Exod. 28. n. 29
Arnold. tract. 7. de sept. verb.
Quorum recolim9 gloriam, imitemur & vitam.

Sed vt populus, authore Beda, *scripta in veste præsulis patrum nomina videns, sedulo curaret, ne ab illorum meritis discedens, ad errorum contagia declinaret.* Hæc enim via regia, qua Deus volebat, incederent, & à qua sæpius aberrarunt ipso querente: *Oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in vijs suis in semitis*

Beda.
Propõnẽda exempla maiorum.
Hierem. 18. 15.

mitis ſæculi, Hieremiæ cap. 18. num.15. Vatablus. Hoc eſt. *Antiquis, ſiue maiorum ſuorum fidelium, & piorum, vt relicta via regia, iterum per vias nouas, & non tritas* &c. Conſultius foret tot calamitatibus eductos in viam reuerti, ac maiorum ſeruare veſtigia. Quemadmodũ Lot qui rebus eruditus aduerſis, didicit Abrahæ hoſpitalitatem, cæteraſque virtutes æmulari. *Venerunt duo Angeli Sodomam ueſperi, & ſedente Lot in foribus ciuitatis,* Geneſeos cap. 19. num.1. Nimirum vt patriarchæ inſtar hoſpitio exciperet venientes. Ambroſius: *Emendauerant Lot ſanctum aduerſa captiuitatis, & ſollicitiorem fecerãt. Itaque proceſſu ætatis didicit imitari parentem &c.*

Vatab. Maiorũ vijs incedendum.

Gen. 19. n.1.

Ambr. Aduerſa docẽt virtutem.

4. Illud etiam crimen exauget, quod cito deſeruerunt viam, per quam ingreſſi patres eorum, quod & ingratitudinis, cum calentibus adhuc Dei beneficijs, Dei obliuiſcerentur, & leuitatis, atque inconſtãtiæ fuit, Id, quod illis obijcit Deus cum Moyſe loquens. *Receſſerunt cito de via, quam oſtendiſti eis,* Exodi cap. 32. num. 8. Et Dauid: *Cito fecerunt, obliti ſunt operum eius,* Pſalmo 105. num. 13. Et Paulus ad Galatas: *Miror, quod ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti,* cap. 1. num. 6. Vbi Chryſoſtomus: *Eſt quidem & ille dignus reprehenſione, qui poſt longum temporis ſpatium deficit. Cæterum, quia prima eruptione, & in ipſo ſagittarum è longinquo volantium iactu concidit extremæ imbecillitatis de ſe ſpecimen præbuit &c.*

Citò deuiare à virtute, multiplex crimen.

Exod. 32 n. 8.

Pſ. 105. n.13.

Ad Gal. 1. 6.

Chryſoſt.

In primo cõgreſſu fugere maxima imbecillitas

Cumque Dominus iudices ſuſcitaret in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus.

Verſ. 18.

Cereus in miſericordiam flectitur Deus, cum iratus fuerit, miſericordiæ recordatur: diuturniora ſupplicia etiam cum iuramento ſuperius intentauerat, ſed miſericordia iuſtitiæ conatibus intercedente, mitiora ijs, quæ fuerat minitatus, exequitur, ſic enim flecti diuinam cõmotionem docet Ambroſius in Pſalmo 37. afferteque

1. Cereus Deus in miſericordiam.

Dei misericordia maxima.

que locum 2. Regum cap. 24. vbi Deus, qui proposuerat mortem triduo exercere, ne vnum quidem diem integrum sæuire permisit. *Misertus est Dominus super afflictionem, & ait Angelo percutienti populũ, sufficit*, n.16. *Domini*, inquit Ambrosius, *vide gratiam, quod & ipse à proposita conditione deflexit. Numquid aliquod miserationi est crimen, quia plus minatur, & minus exigit qui in remuneratione præmiorum sua promissa custodit, in exactione pœnarum præscriptum [illegible] cum [illegible] tur in reum, differt; cum miseretur, properat, vt absoluat &c.* Et adducens illa verba: *Calix in manu Domini, vini meri plenus misto, inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fæx eius non est exinanita*, Psalmo 74. n. 9 *Ad terrẽdum*, inquit, *plenus est calix, ad feriendum non exinanitus: plenus erat calix, cum mors per triduum mandaretur, sed occurrit misericordia Dei: tenuit manum angeli prius, quam calicem exinaniret &c.* Adeo vero flexilis ad misericordiã Deus, vt opus Ecclesiæ fuerit illum iureiurando adigere, ne latæ seuerioris sententiæ pæniteret. *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba,*

2. Reg. 24. 16

Ambr. Psal. 37.

Deus clan dicat ad supplicium aduolat ad veniã.

Psal. 74 n 9.

Amb. cit. Dei irato ta abit in minas.

Non facile punit Deus, nisi iuraméto adstrict9.

3. Regum cap. 17. num. 1. Ita enim explicat Chrysostomus sermone in Eliam Prophetam: *Volens eos punitum iri, cogitabat quidnam aduersum diuinæ bonitati opponeret, quæ paruis lachrymis statim mouetur, vt iram ponat, decreuit tandem, vt ad conceptam contra eos pœnam Deum iuramento adstringat, quo ligatus, sententiam contra eos nõ facile solueret &c.* Sed quis continebit misericordias Domini? Ipse rationem inuenit, qua sine periurio sententiam mutet: ipse apud seruulum de misericordia intercedit: *Vade*, inquit, *ad Eliam, & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ*, 3. Regum cap. 18. num. 1. Idem Chrysostomus: *Verba legationis Dei sunt: Deus ipse per semetipsum de misericordia apud seruum legationis munus obit, & intercedit &c.* Sed de misericordia plura superius: contextus verba expediamus, præsertim illa: *Flectebatur misericordia &c.*

Chrysost. ser. in El.

Paruæ lachrymæ Dei iram sedant.

De aduẽ homines de misericordia intercedit.

3. Reg. 18 n. 1.

Chrysost.

Text.

In Hebræo est. *Pœnitebat Dominum à gemitu eorum à faciebus opprimentium.* Caietanus: *Describitur tanquam motus ad pænitendum quod afflixerit populum &c.* Quemadmodum & in Psalmo 105. n 45. *Pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.* Et

2. Deũ suo modo pænitet suppliciorũ. Cajet.

Psa. 105. n. 45

2. Re-

2. Reg. 1 n. 24 Ambr.

2. Regum cap. 24 *Misertus est Dominus super afflictionem.* Ambrosius legit: *Habuit pœnitentiam super malitia.* Nullius enim rei Deũ, nisi vindictæ, atq; supplicij pœnitet: quasi delictũ aliquod bonitatis illius fuerit puniẽdi seueritas, cuius illũ pœniteat, sic enim significat Ozeæ c. 11. n. 9. *Conuersum est in me cor meum: pariter conturbata est pœnitudo mea: non faciam furorem iræ meæ.* Hieronymus. *Cum duram, imo crudelem sententiam protulisset, rursum parentis affectu misericordia vincitur; & austeritatem iudicis pietate mitigat patris. Crudelitas mea,* inquit, *pœnitentiæ, & pietatis occasio est* &c. Quod nihil aliud est nisi culpam supplicij, quod nos iuste meremur, in se ipsum, misericordia iustitiam incusante, reijcere. Itaque Deum oplerumque pœnitet illati supplicij, misericordiæ nunquam, quia nunquam sine pœnitentia ac dolore punit. Quod de bono principe dixit Sanctus Hidelbertus Epist. 25. *Bonus princeps neminem sine pœna punit; neminem sine dolore proscribit &c.*

Seueritatis, quasi delicti Deũ pœnitet. Ozeæ 11 n. 9. Hieron.

Hidelbe. Epist. 25 Bonus princeps neminẽ sine pœna punit.

3. Significat etiam verbum *Nacham*, quod hic ponitur in Hebræo, non solũ pœnitere, sed etiam consolari, vt constat, cum ex alijs locis, tum ex illo Iob cap 42. numero 6. *Ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.* Quid enim aliud potest solamen afferre nisi pœnitentia, morũq; mutatio? vt videre est apud Pinedã. Hæc significatio præsenti loco optime quadrat, vt Deus, qui puniẽdo dolorẽ concipit, miserãdo consolationem hauriat. Vnde Septuaginta vertũt in hoc loco: *Consolatus est Dominus à gemitu eorũ* &c. Quo etiã modo loquitur de illo Moyses. *Iudicabit Dñus populũ suũ, & in seruis suis miserebitur,* iuxta alios, *consolabitur*, Deuteron. c. 32. n. 36. Neq; abludit Isaias c. 9. n. 17. *Super adolescentibus eius nõ lætabitur,* idest, nõ erit clemens, misericordia nõ mouebitur; quã cũ exercet, lætitia affluit, & consolatione. Dices Deus etiã cõsolatur peccatorum vindicta, iuxta illud. *Heu cõsolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis,* Isai. c. 1 n. 24. Vbi Hieron. *Consolatio Dei super hostibus eius, & inimicis est, vt qui non senserunt beneficia, supplicijs corrigantur,* &c. At eam consolationẽ gemitus comitatur, & luctus: Heu enim gementis est. Solatium ergo quod solet afferre vindicta, Deus nõ,

Iob 42 n. 6. Pœnitentia solamen affert. Pined. Misericordia Dei solatiũ, & lætitia. Sept. ag. Deut. 32 n. 35. Isai. 9. n. 17. Isai. 1. n. 24 Solatiũ Dei peccatores punire, vt corrigantur. Hieron. Solatiũ Dei ex vindicta dolore mixtum

nisi cum gemitu percipit. ac dolore. [illegible]re pater est in iudicio, qui vt ait Chrysologus sermone 2. *Dissimulat iudicem, qui magis vult implere genitorem* &c. Vide Prado in Ezechielem cap. 5. num. 13.

Chrysol. ser. 2
Prado in Ezec. c. 5 n. 13

4.
Text.
Satis vnus iustus, vt peccatricē multitudinē liberet à supplicio
Hierem. c. 5. n. 1.

Causa cur Deus misericordia flectatur duplex. Prima inuenitur illis verbis. *In diebus eorum.* in Hebræo: *In diebus iudicis.* Diuinæ enim misericordiæ, vt peccatorū multitudini parcat, satis est iustus vnus vel alter. Vnde per Hieremiā: *Circuite*, inquit, *vias Hierusalē, & aspicite & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virū facientē iudiciū, & quærentē fidē, & propitius ero ei.* c. 5. n. 1. Cyrillus contra Iulianum: *Vide quomodo vnum pro multis compensandum recipiat Deus, & populosam ciuitatē cum vno iusto, & bono potius seruet, quam vnum iustum cum multis impijs perdat &c.* Quibus concinit illud Christi Domini. *Breuiabuntur propter electos dies illi* Math. c. 24. n. 22. Vbi Caietanus: *Benignus Dominus mauult erga promiscuam multitudinem propter electos clementia vti, quam solos electos à plaga illa seruare, quod facillime posset.* Quare Deus tunc irā effundit, cum ne vnus quidem superest, qui illam sistat; iuxta illud. *Vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium: vidit quia non est vir, & aporiatus est, quia non est qui occurrat*, Isaiæ cap. 59. num. 16. Alij ex Hebræo. *Quod non esset intercessor, seu qui orasset.* Septuaginta. *Et non erat qui defenderet.* Procopius: *Pro sua siquidem in homines beneuolentia toti ciuitati vnius nomine peccata condonat* &c. Hieronymus: *Desiderauit aliquem virum iustum, qui sibi irato posset occurrere, & non inuenit*, &c. Occurrebant vero iudices, Deique manus ligabāt, ne sæuiret in populum, sed ad misericordiam flecteretur, precibus scilicet, & meritis illorum, vt Hugo explicat.

Cyril cōtra Iul.

Mat. 24 n. 22.
Propter electos impijs parcit Deus.
Caiet.
Vbi iustus deficit, Dei ira effunditur.

Isai. 59. n. 16.

Septuag.
Procop.
Vnus iustus iram Dei sistit.
Hieron.

Hugo.

Altera causa significatur sequentibus verbis, *Audiebat afflictorum gemitus.* Vatablus vertit: *Pænitudine ducebatur Dominus, propter suspiria illorum*; quamuis enim tempore afflictionis, opem exposcere sit impudentiæ, iuxta illud Dei. *Vertunt ad me tergum, & non faciem, & in tēpore afflictionis suæ dicent: Surge, & libera nos.* Hieremiæ cap. 2. num 27. Hieronymus: *Impudens postulatio tempore necessitatis, & angustiæ,*

5.
Text.

Vatab.
Tēpore afflictionis solū, opē exposcere impudentiæ.
Hierem. 2 n. 27.

Hieron.

stiæ, ab eo quærere auxilium, quem in pace contempserunt &c. Deus tamẽ afflictorum gemitu adeo commouetur, vt ferreum murum obijciat, cum iudicem acturus est, ne illos exaudiat. *Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter ciuitatem*, Ezechielis cap. 4. num. 3. Hieronymus: *Sartago ferrea, quæ instar muri inter Prophetam, & vrbem ponitur, grandem iram demonstrat Dei, quæ nullis precibus fatigetur, nec flectatur ad misericordiam.* &c. At ibi maximè prodit se se misericordia Dei, cui ferreo muro sit opus, ne ad homines miserendo transiliat, audiatque miserorum gemitus, quibus auditis non poterit non misericordia commoueri, quod ipse indicat per Prophetã. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam*, Psalmo 11. n. 6 Chrysostomus: *Maximæ defensionis loco est calamitas, & mala pati: magna est vis eiulatus, qui supernum vocat auxilium. Timete quicumque pauperes iniuria afficitis, habetis vos potentiam; opes, & pecuniam, & iudicum beneuolentiam, sed habent illi arma omnium validissima luctus, & eiulatus, & illud ipsum iniuria affici, quæ è cælis auxilium attrahunt*, &c. Idem experta est Agar, ad quam Angelus. *Vocabis nomen eius Ismael, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam*, Geneseos cap. 16. num. 11. Caietanus: *Iam omnis afflictio diuinum meruerat auditum* &c. Et Dauid cum ait, *De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine*, Psalmo 117. numero 5. Ambrosius: *Bona ergo tribulatio, quæ dignos nos facit, vt exaudiamur à Domino*, &c. Nescio enim qua suauitate miserorum gemitus Dei aures demulcent, vt incantare illum, atque delenire videantur. *Domine*, inquit Isaias, *in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis*, cap. 26. n. 16. In Hebræo: *Effundunt oratoriam, quãdo castigatio tua eis.* Vbi nomen Hebræum apud Forerium incantationes, seu compositas arte orationes significat, quas effundunt suauius, qui affliguntur: simili pene voluptate videre afflictos Deus dicitur: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui*, Exodi cap 3 numero 7. Chrysostomus in Psalmo 135. *Non dixit videns vidi*

Quãtus gemitus in Deũ.

Ezec. 4. n. 3.

Hieron. Opus æneo muro cum Deus irascitur, ne diuina misericordia vincat.

Non potest non ad gemitũ Deus moueri.

Psal. 11. n. 6.

Chrysost.

Pauperes timeamus offẽdere.

Arma omniũ validissima eiulatus.

Ipsa calamitas superno auxiliũ attrahit.

Gen. 16 n. 11

Gaiet.

Ps. 117. n. 5.

Tribulatio nos dignos facit diuino auxilio.

Ambr.

Miserorũ gemitus Deo suaues.

Deũ incãtant.

Isai. 26. n. 16

Forer.

Oratio incãtatio

Exod. 3. n. 7.

Afflictos cũ voluptate videt Deus.

vidi mutationem illorum in melius, id est illorum felicitatem, sed videns vidi afflictionem populi mei &c. Id enim ait Gregorius 26. Moralium capite 21. *Famulos suos tunc magis respicit, cum iniustè eos nequitia persequentis affligit* &c. *Anima nanque afflicta Deo vicina est,* inquit Apostolus Petrus, vt videre est apud Basilium Epistola 110. Huc enim Deus libenter descendit: *Sciens dolorem eius, descendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum* Exodi cap. 3. n. 8. Non ne de cælo, & de sede tua sancta, Domine, eos poteras liberare, vel qui eos liberaret angelum mittere, cur ipse descendis? Oleaster: *Gaudet Dominus, vt leciora faciat, quæ Sancti patiuntur mala, sese illis immiscere* &c. Qua de re infra plura dicentur.

Gen. 26. Mor. 21.

Anima afflicta Deo vicina.

Basil. Epist. 110. Exod. 3. n. 8.

Immiscet se Deus laborantibus, vt laborē leuet.

Oleast.

Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur multo faciebant peiora &c.

Vers. 19.

1. NEc Dei misericordia prouocati, nec pœna deterriti à peccando feriebantur, sed peccata peccatis addere, retroque abire, per damnata Patrum vestigia pergebant. Quod etiam queritur Isaias. *Abalienati sunt retrorsum.* capite 1. num. 4. Chrysostomus: *Maxima condemnatio, quod nihilo fiunt meliores per cruciatus, & irrogata supplicia* &c. Vt enim ait Nazianzen. in plagam grandinis: *Nequaquam graue est plagis affici, sed plaga meliorem non fieri, grauius, & acerbius est.* Illud minus ferendum. Quod Dei misericordia ad peccandum licentius abutebantur, post pænitentiam ad idola regressi, vt enim grauiter Tertullianus de pænitentia: *Non leuiter in Deū peccat, qui cum æmulo eius diabolo pænitentia renunciasset, & hoc nomine illum Domino subiecisset, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem eius se ipsum facit, vt denuo malus recuperata præda sua aduersus Dominum gaudeat* &c. Sed vt illi, ita supplicia in deterius ibant; scelera nanque sceleribus attexentes iram Dei in grauiora trahebant. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum, & qui dicitis: festinet, & cito veniat,*

Suppliciis non cohibere maxima condemnatio.

Isai. 1. 4

Chrysost.

Naziāz.

Res non ferenda, misericordia abuti ad peccādū.

Tertul. de pæn.

Dū relabimur in peccata, diabolus in Deum triūphat.

Ad peccatorū mēsurā crescūt supplicia.

Isai. 5. n. 18.

Isaiæ

Iſaiæ cap. 5. nu. 18. Aliter, *Væ qui trahitis peccata tanquã funiculo longo*. Vbi Procopius: *Funiculus longus ipſa ſunt, quo longe remota ſcelera, ideſt ſcelerum pænas, in noſtrum caput attrahimus. Nam & numinis vindictam perſæpe, tanquam vi in nos attrahimus*, &c. Vbi vides non modo Deum inuitum, atque nolentem, quaſi funibus ad ſupplicium trahi; ſed eos etiam, qui peccata ſæpius iterant, Dei vrgere, atque accelerare vindictam, vt ſolito citius, vel etiã ſubito puniat. Dicunt enim opere ipſo, *feſtinet, & cito veniat*. Vnde Chriſtus Dominus monens hominẽ illum, quem ſanum fecerat, *Iam noli*, inquit, *peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*, Ioannis cap. 5. ideſt. Ne ſubita mors, vel ſupplicium aliquod repentinum peccata iterantem opprimat, vt Toletus ſignificat. Imo Deus ipſe cum ait. *Ego Dominus, qui ſeruo eam, repente propinabo ei*, Iſaiæ cap. 27 numero 3. Hieronymus: *Dicit ſe Dominus multo eam tempore cuſtodiſſe, & locum dediſſe pænitentiæ, ſed quia conuerti noluerit, ſubito inebriandam.*

Procop.

Supplicia, quo tardiora, eo grauiora.

Deus inuitus trahitur ad puniẽdũ.

Peccatorũ iterato res ſubito puniũtur.

Ioan. 5.

Tolet.

Iſai. 27. *n.* 3.

Hieron.

Nec euaſiſſe ſe credat, vt monet Cyprianus de lapſis, *ſi eum interim pæna diſtulerit, cùm timere plus debeat, quem ſibi Dei iudicis cenſura ſeruauit* &c. *Neque miſericordiam Dei*, ait Hildebertus Epiſtola 15 *lucrantur illi, quam ſibi etiam timide pollicentur boni, in ea ſperare ſaluberrimum eſt conſilium, ſed de ea totum pendere periculoſum eſt refugium* &c. illi enim iram theſaurizare dicuntur 2. ad Romanos numero 5. *Theſaurizas tibi iram in die iræ*. Diuus Anſelmus de benignitate Dei: *Iram ſibi reprobus theſaurizat, quia dum ad pænitendum tempus accipit, & ad peccandum expendit, ipſum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ*, &c. Et Ambroſius: *Neceſſe eſt enim ſeueriore pæna vt flectatur, qui longa Dei patientia non ſolum ſe emendare noluit, ſed adhuc addens ad contemptum exaggerauit peccata* &c. Atque idcirco illi fæx calicis diuinæ iuſtitiæ reſeruatur. *Fæx eius non eſt exinanita*, Pſalmo 74. numero 9. Nazianzenus: *Fæcem tamen interim, hoc eſt extremam iram aſſeruat, vt eam totam in eos effundat, qui humanitate ipſius, & facilitate adeo non ſanantur, vt etiam*

2. *Cyprian. de lapſ.*

Hildeb. Epiſt. 15.

Iram Dei theſaurizant, qui ſæpe labuntur.

Ad Rom. 2. *n.* 5.

Anſelm. de benig. Dei.

Ambr.

Qui ſæpe labitur, Dei patiẽtiã contẽnit.

Pſal. 74 *n.* 9.

Naziãz.

Fæcẽ diuinæ iræ ebibit.

 obdu-

Nihil sũt qui meritis non sunt.

bus istis iudicabat Israel, etsi secundum nomen, personamque aliquid erat, secundum rem, meritumque nullus erat &c. Vnde Heli cum iudicauerit Israel quadraginta annis, 1. Regum cap 4. num. 18. in iudicum tamẽ numero nõ reponitur Idem Rupertus: *Quam ob causam de numero tollitur? Nimirum propter contemptum verbi Domini, Quia in diebus eius abijcere legem Domini nimia fere omnibus licentia fuit* &c. Et infra: *Dolendum quippe est illi qui cum tot annis iudicauerit Israel, nihil vsquam memorabile, vel iudicis officio nihil gessit* &c. Ita iudices illi Babyloniæ, seu potius iudicum vmbræ regere populum videbantur: *Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum*, Daniel c. 13. num. 5. Hieronymus: *Pulchre de presbyteris peccatoribus non ait, qui regebant populum, sed qui videbantur regere, qui enim bene præsunt populo, regunt populum, qui autem nomen habent iudicum, & iniuste præsunt populo, regere videntur populum magis, quam regere* &c. Quo etiam modo locutus est Christus Dominus. *Scitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis*, Marci cap 10, num.

1. Reg. 4 n. 18.

Rupert. Contẽptus verbi Domini de illustrium numero homines tollit.

Dan. 13. n. 5.

Hieron. Qui male præsunt, non regũt, sed regere videntur.

Marc, 10 n. 42

4. Non solum, quia principatus, atque honor temporalis ijs, quibus seruire, atque temperare gloria est, vmbra quædam, vel species cassa censetur, sed etiã, quia iniquum imperiũ, quo tunc agentes abutebantur videbatur magis, quam erat: cute tenus speciosum, intus sanguine carens, & vita, velut inane quiddã, atque exanime. Vnde rex Ozias, qui in regno se impie gessit mortuus dicitur, Isaiæ cap. 6. num. 1. cum tamen adhuc vitam viueret, vt ex Lyrano ostendimus, proinde illi apud Ozeam quæruntur. *Non est rex nobis, non enim timemus Dominum*, cap. 10. num. 3. Vt enim explicat Ribera: *Rex quem habemus perinde est, ac si nullus esset.* Inde Saul duobus tantum annis regnasse dicitur, 1. Regum cap. 15. num. 1. cum tamen plures regnauerit, quia duobus illis annis, vt loquitur Interlinealis iuste, & mansuete regnauit: Reliqui, quasi non fuerint, aut Saul ipse desierit viuere, prætermittuntur. Quare Salomon: *Dux*, inquit, *indigens prudentia multos opprimet*. Prouerbiorum cap. 28. nu. 16. Vbi nomen *dux*, siue *princeps* in Hebræo deducitur

Imperiũ, illo gloriãtibus, vmbra est.

Iniquum imperiũ cute tenus speciosum.

Isai. 6. n. 1.

Lyran. Rex non est, qui male regit.

Ozeæ 10. n. 3.

Ribera.

1. *Reg.* 15 n. 1.

Tandiu quis regnat, quandiu bene regnat.

Interl.

Prou. 28 n. 16.

Princeps ex Hebræo, id est. Mors

tur à verbo, *Neqvid*, quod mori ſignificat. Vnde quidam Rabbini apud Villalpandum in Ezechielem capite 19. hunc ſenſum eliciunt: Expirauit, perijt, & extinctus eſt quicumque multiplicat rapinas. Quaſi princeps mortuus ſit, ſi male ſe gerat, vt idem interpretatur. Ex his colligere licet, quam verè, ac propriè noſtri iudices, ſiue Principes dicantur á Deo ſuſcitati, cum populum liberantes in rebus deſperatis, ac pene mortuis viuum bene imperando geſſerint magiſtratum.

Villalp. in Ezec. 29.

Mortuus princeps, qui male ſe gerit.

2. Mortuorum magis ſimiles Iſraelitæ, qui ſuſcitatos à Deo iudices audire noluerint, deſerta confeſtim via per quam ingreſſi fuerant patres eorum, vt dicitur num. 17. Quod illorum ſcelus magis ingrauat, cum talibus orti parentibus diſſimiles Deo habuerint mores; præſertim, quia vt ait Caſſiodorus 9. variarum quæſt. 2. *Magnus verecundiæ ſtimulus eſt laus parentum, dum illis non patimur eſſe impares, quos gaudemus authores &c.* Et infra: *Plus exigitur hæres honorum, quando ſine ceſſatione compellitur, qui maiorum virtutibus admonetur, &c.* Vnde ſolet Scriptura, quo mores poſteriorum magis vituperet, parentũ honorem facere mentionẽ. Ita Nabal, qui peſſimus fuerat, dicitur de genere Caleb, qui vir optimus fuit. *Porro vir eius peſſimus, & malitioſus, erat autem de genere Caleb,* 1. Regum cap. 25. numero 3. Lyranus: *Grauius peccauit ipſum vituperando &c.* Beda: *Quia Caleb Patriarcham fide, ac virtute potentem legimus, poſſumus dicere, quod argumentum damnationis ſit in fidelibus, vita fidelium, à qua degenerauere, parentum.* Dauid etiam vt aduerſariorum ſcelus magis exaggeret filios hominum vocat. *Filij hominum vſquequo graui corde.* Pſalmo 4 num. 3. Lyranus: *Ideſt rationabiliter, & iuſte viuentium, quales fuerunt Abraham, Iſac, & Iacob ex quibus deſcenderant Saul, & viri eius &c.* Et Moyſes poſteros Seth Dei filios vocat. *Videntes filij Dei filias hominum,* Geneſ. cap. 6. n. 2. *Propterea quod,* inquit D. Chryſoſtomus, *eo vſque parentum virtutem imitati ſunt &c.* Et in Pſalmum citatum: *Vt magis amplificaret eorum reprehenſionem, eorum honorem reuocauit in memoriã, maximum eſſe crimen oſtendens, quod cum tales eſſent, vt orti ex tali;*

Text.

Caſiod. 9. varia. q. 2.

Maxima verecundia optimos parẽtes nõ æmulari.

Parentũ virtus filiorũ arguit vitia.

1. Reg. 25 n. 3.

Lyran.

B.da.

Pſal. 8 n 3.

Lyran.

Gen. 6. n. 2.

Filij dij dicũtur, qui parẽtũ virtutem imitantur.

Chryſoſ. Idem in Pſal. 4.

Aggrauat paréntũ sanctitas natorũ errores.

talibus, ad tantam se precipitassent improbitatem &c. Inde Deus per Isaiam cap. 48. num.1. *Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda exiîstis.* Hieronymus: *Vt nequaquam eos virtutis patriarcharum filios ostenderet esse, sed carnium &c.*

Isai 48. n. 1.

Hieron.

Propterea Ioannes Pharisæos arguens. *Ne velitis,* inquit, *dicere intra vos. Patrem habemus Abraham*, Mathæi cap.3 num.9. Tertullianus de pudicitia: *Ne scilicet rursum blandimenta delinquentia, de Patrum resumerent gratia,* &c. Author Imperfectus: *Nolite gloriari dicentes. Quia Patrem habemus Abraham, sed magis erubescite, quia filij eius estis, & sanctitatis eius non estis hæredes* &c. Sic diues ille epulo se ipsum magis arguit, cum patrem vocat Abraham. *Pater Abraham miserere mei,* Lucæ cap.16 nu. 24. Glossa Ordinaria. *Falso, & pro nihilo vocat patrem, quẽ in operibus minime voluit imitari* &c. Et Chrysologus sermone 122. *Infelix quem sic ipsa origo arguit* &c. Et sermone 123. *O mira pietas! adhuc vocat filium, quem degenerasse propria crudelitate sic respicit. Sed vocat filium, vt magis, magisque filij prodatur impietas* &c. Hinc Bernardus. Solita pietate dolens filium se à Deo patre degenerem, ita loquitur sermone 16. in Cantica. *Ipse quidem patrem se exhibuit mihi, sed non ego me illi vicißim filium. Quanam fronte attolo iam oculos ad vultum patris tam boni tam malus filius pudet indigna geßiße genere meo; pudet tanto patri vixisse degenerem* &c. Hæc caueat iam inde Deus cum iussit Aaron nomina filiorum inscripta portare. *Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum,* Exodi cap.28. nu. 29. *Non solum quia,* vt ait Arnoldus tractatu 7. de septem verbis Domini, *se ipsum etiam ad præcedentium patrum, quorum gestat nomina, conformare debet exempla. vt quorum recolit gloriam, imitetur & vitam: neque ab eorum fide & operibus se alienum exhibeat, quorum actus, & titulos circumfert, & probat* &c. *Sed vt populus*, authore Beda, *scripta in veste præsulis patrum nomina videns, sedulo curaret, ne ab illorum meritis discedens, ad errorum contagia declinaret.* Hæc enim via regia, qua Deus volebat, incederent, & à qua sæpius aberrarunt ipso querente: *Oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in vijs suis in semitis*

Math.3. n. 9.

Erubescant filij nõ hæredes paternæ virtutis.

Tertu. de pudic.

Imperf.

Luc. 16 n. 24

Ille pater, cuius virtutes imitamur.

Gloßa.

Chrysol. ser. 122. idẽ ser. 123.

Bern. in Cant. ser. 16

Pudeat malos esse filios in Deum optimũ patrem.

Exod. 28 n. 29

Arnold. tract. 7. de sept. verb.

Quorum recolimus gloriam, imitemur & vitam.

Beda.

Propõnẽda exempla maiorum.

Hierem. 18. 15.

nitis ſæculi, Hieremiæ cap. 18. num. 15. Vatablus. Hoc eſt. *Antiqui, ſiue maiorum ſuorum fidelium, & piorum, vt relicta via regia, iterũ per vias nouas, & non tritas* &c. Conſultius foret tot calamitatibus eductos in viam reuerti, ac maiorum ſeruare veſtigia. Quemadmodũ Lot qui rebus eruditus aduerſis, didicit Abrahæ hoſpitalitatem, cæteraſque virtutes æmulari. *Venerunt duo Angeli Sodomam ueſperi, & ſedebat Lot in foribus ciuitatis*, Geneſeos cap. 19. num. 1. Nimirum vt patriarchæ inſtar hoſpitio exciperet venientes, Ambroſius: *Emendauerant Lot ſanctum aduerſa captiuitatis, & ſollicitiorem fecerãt. Itaque proceſſu ætatis didicit imitari parentem &c.*

Vatab. Maiorũ vijs incedendum.

Gen. 19. n. 1.

Ambr. Aduerſa docẽt virtutem.

4. Illud etiam crimen exauget, quod cito deſeruerunt viam, per quam ingreſſi patres eorum, quod & ingratitudinis, cum calentibus adhuc Dei beneficijs, Dei obliuiſcerentur, & leuitatis, atque inconſtãtiæ fuit, Id, quod illis obijcit Deus cum Moyſe loquens. *Receſſerunt cito de via, quam oſtendiſti eis*, Exodi cap. 32. num. 8. Et Dauid: *Cito fecerunt, obliti ſunt operum eius*, Pſalmo 105. num. 13. Et Paulus ad Galatas: *Miror, quod ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti*, cap, 1. num. 6. Vbi Chryſoſtomus: *Eſt quidem & ille dignus reprehenſione, qui poſt longum temporis ſpatium deficit Cæterum, quia prima eruptione, & in ipſo ſagittarum è longinquo volantium iactu concidit extremæ imbecillitatis de ſe ſpecimen præbuit &c.*

Citò deuiare à virtute, multiplex crimen.

Exod. 32 n. 8.

Pſ. 105. n. 13.

Ad Gal. 1. 6.

Chryſoſ.

In primo cõgreſſu fugere maxima imbecillitas

Cumque Dominus iudices ſuſcitaret, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus.

Verſ. 18.

Cereus in miſericordiam flectitur Deus, cum iratus fuerit, miſericordiæ recordatur: diuturniora ſupplicia etiam cum iuramento ſuperius intentauerat, ſed miſericordia iuſtitiæ conatibus intercedente, mitiora ijs, quæ fuerat minitatus, exequitur, ſic enim flecti diuinam cõmotionem docet Ambroſius in Pſalmo 37. afferque

1. Cereus Deus in miſericordiam.

que locum 2. Regum cap. 24. vbi Deus,qui proposue rat mortem triduo exercere, ne vnum quidem diem integrum sæuire permisit. *Misertus est Dominus super afflictionem, & ait Angelo percutienti populũ,sufficit,* n.16. *Domini,* inquit Ambrosius, *vide gratiam, quod & ipse à proposita conditione deflexit. Numquid aliquod miserationi est crimen, quia plus minatur, & minus ex[illegible]it qui in remuneratione præmiorum sua promissa custodit, in exactione pænarum, præscriptum [illegible]mordet? cum [illegible]tur in reum, differt; cum miseretur, properat, vt absoluat &c.* Et adducens illa verba: *Calix in manu Domini, vini meri plenus misto, inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fæx eius non est exinanita,* Psalmo 74.n.9 *Ad terrẽdum,*inquit,*plenus est calix,ad feriendũm non exinanitus: plenus erat calix, cum mors per triduum mandaretur, sed occurrit misericordia Dei: tenuit manum angeli prius, quam calicem exinaniret &c.* Adeo vero flexilis ad misericordiã Deus,vt opus Ecclesiæ fuerit illum iureiurando adigere, ne latæ seuerioris sententiæ pæniteret. *Viuit Dominus Deus Israel,in cuius conspectu sto. si erit annis his ros, & pluuia,nisi iuxta oris mei verba,*

Dei misericordia maxima,

2. Reg. 24. 16

Ambr. Psal.37.

Deꝰ clan dicat ad supplicium aduolat ad veniã.

Psal.74 n 9.

Amb.cit. Dei irato ta abit in minas.

Non facile punit Deus,nisi iuraméto adstrict[illegible].

3. Regum cap. 17. num. 1. Ita enim explicat Chrysostomus sermone in Eliam Prophetam: *Volens eos punitum iri, cogitabat quidnam aduersum diuinæ bonitati opponeret, quæ paruis lachrymis statim mouetur, vt iram ponat, decreuit tandem, vt ad conceptam contra eos pænam Deum iuramento adstringat, quo ligatus, sententiam contra eos nõ facile solueret &c.* Sed quis continebit misericordias Domini? Ipse tationem inuenit, qua sine periuriosententiam mutet: ipse apud seruulum de misericordia intercedit: *Vade,* inquit, *ad Eliam,& ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ,* 3.Regum cap.18. num. 1. Idem Chrysostomus: *Verba legationis Dei sunt: Deus ipse per semetipsum de misericordia apud seruum legationis munus obit, & intercedit &c.* Sed de misericordia plura superius: contextus verba expediamus,præsertim illa: *Flectebatur misericordia &c.*

In Hebræo est. *Pænitebat Dominum à gemitu eorum à faciebus opprimentium.* Caietanus: *Describitur tanquam motus ad pænitendum quod afflixerit populum &c.* Quemadmodum & in Psalmo 105.n 45. *Pænituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.* Et

Chrysost. ser.in El.

Paruæ lachrymæ Dei iram sedant.

Deꝰ aduehomines de misericordia intercedit.

3.Reg.18 n.1.

Chrysost.

Text.

2.

Deũ suo modo pænitet suppliciorũ.

Caiet.

Psa.105. n.45

2.Re-

2. Reg. 1 n. 24

Ambr.

2. Regum cap. 24 *Miſertus eſt Dominus ſuper afflictionem.* Ambroſius legit: *Habuit pænitentiam ſuper malitia.* Nullius enim rei Deũ, niſi vindictæ, atq; ſupplicij pænitet: quaſi delictũ aliquod bonitatis Illius fuerit puniẽdi ſeueritas, cuius illũ pæniteat, ſic enim ſignificat Ozeæ c. 11. n. 9. *Conuerſum eſt in me cor meum: pariter conturbata eſt pænitudo mea: non faciam furorem iræ meæ.* Hieronymus. *Cum duram, imo crudelem ſententiam protuliſſet, rurſum parentis affectu miſericordia vincitur; & auſteritatem iudicis pietate mitigat patris. Crudelitas mea,* inquit, *pænitentiæ, & pietatis occaſio eſt* &c. Quod nihil aliud eſt niſi culpam ſupplicij, quod nos iuſte meremur, in ſe ipſum, miſericordia iuſtitiam incuſante, reijcere. Itaque Deum oplerumque pænitet illati ſupplicij, miſericordiæ nunquam, quia nunquam ſine pænitentia ac dolore punit. Quod de bono principe dixit Sãctus Hidelbertus Epiſt. 25. *Bonus princeps neminem ſine pæna punit; neminem ſine dolore proſcribit &c.*

Seueritatis, quaſi delicti Deũ pænitet.

Ozeæ 11 n. 9.

Hieron.

Hidelbe. Epiſt. 25

Bonus princeps neminẽ ſine pæna punit.

3.

Significat etiam verbum *Nacham*, quod hic ponitur in Hebræo, non ſolũ pænitere, ſed etiam conſolari, vt conſtat, cum ex alijs locis, tum ex illo Iob cap 42. numero 6. *Ago pænitentiam in fauilla, & cinere.* Quid enim aliud poteſt ſolamen afferre niſi pænitentia, morũq; mutatio? vt videre eſt apud Pinedã. Hæc ſignificatio præſenti loco optime quadrat, vt Deus, qui puniẽdo dolorẽ concipit, miſerãdo conſolationem hauriat. Vnde Septuaginta vertũt in hoc loco: *Conſolatus eſt Dominus à gemitu eorũ* &c. Quo etiã modo loquitur de illo Moyſes. *Iudicabit Dñus populũ ſuũ, & in ſeruis ſuis miſerebitur,* iuxta alios, *conſolabitur,* Deuteron. c. 32. n. 36. Neq; abludit Iſaias c. 9. n. 17. *Super adoleſcentibus eius nõ lætabitur,* id eſt, nõ erit clemens, miſericordia nõ mouebitur; quã cũ exercet, lætitia affluit, & conſolatione. Dices Deus etiã cõſolatur peccatorum vindicta, iuxta illud. *Heu cõſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis,* Iſai. c. 1 n. 24. Vbi Hieron. *Conſolatio Dei ſuper hoſtibus eius, & inimicis eſt, vt qui non ſenſerunt beneficia, ſupplicijs corrigantur,* &c. At eam conſolationẽ gemitus comitatur, & luctus: Heu enim gementis eſt. Solatium ergo quod ſolet afferre vindicta, Deus nõ,

Iob 42 n. 6.

Pænitentia ſolamen affert.

Pined.

Miſericordia Dei ſolatiũ, & lætitia.

Sept. uag.

Deut. 32 n. 36.

Iſai. 9. n. 17.

Iſai. 1. n. 24

Solatiũ Dei peccatores punire, vt corrigantur.

Hieron.

Solatiũ Dei ex vindicta dolore mixtum

nisi cum gemitu percipit. ac dolore. [illegible]re pater est in iudicio, qui vt ait Chrysologus sermone 2. *Dissimulat iudicem, qui magis vult implere genitorem* &c. Vide Prado in Ezechielem cap. 5. num. 13.

Chrysol. ser. 2
Prado in Ezec. c. 5 n. 13

4. Text. Satis vnus iustus, vt peccatricē multitudinē liberet à supplicio

Causa cur Deus misericordia flectatur duplex. Prima inuenitur illis verbis. *In diebus eorum.* in Hebræo: *In diebus iudicis.* Diuinæ enim misericordiæ, vt peccatorū multitudini parcat, satis est iustus vnus vel alter. Vnde per Hieremiā: *Circuite,* inquit, *vias Hierusalē, & aspicite & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virū facientē iudiciū, & quærentē fidē, & propitius ero ei.* c. 5. n. 1. Cyrillus contra Iulianum: *Vide quomodo vnum pro multis compensandum recipiat Deus, & populosam ciuitatē cum vno iusto, & bono potius seruet, quam vnum iustum cum multis impijs perdat &c.* Quibus concinit illud Christi Domini. *Breuiabuntur propter electos dies illi* Math. c. 24. n. 22. Vbi Caietanus: *Benignus Dominus mauult erga promiscuam multitudinem propter electos clementia vti, quam solos electos à plaga illa seruare, quod facillime posset.* Quare Deus tunc irā effundit, cum ne vnus quidem superest, qui illam sistat; iuxta illud. *Vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium: vidit quia non est vir, & aporiatus est, quia non est qui occurrat,* Isaiæ cap. 59. num. 16. Alij ex Hebræo. *Quod non esset intercessor, seu qui oraßet.* Septuaginta. *Et non erat qui defenderet.* Procopius: *Pro sua siquidem in homines beneuolentia toti ciuitati vnius nomine peccata condonat* &c. Hieronymus: *Desiderauit aliquem virum iustum, qui sibi irato posset occurrere, & non inuenit,* &c. Occurrebant vero iudices, Deique manus ligabāt, ne sæuiret in populum, sed ad misericordiam flecteretur, precibus scilicet, & meritis illorum, vt Hugo explicat.

Hierem. c. 5. n. 1.
Cyril cōtra Iul.
Mat. 24 n. 22. Propter electos impijs parcit Deus.
Caiet. Vbi iustus deficit, Dei ira effunditur.
Isai. 59. n. 16.
Septuag.
Procop. Vnus iustus iram Dei sistit.
Hieron.
Hugo.

5. Text.

Altera causa significatur sequentibus verbis, *Audiebat afflictorum gemitus.* Vatablus vertit: *Pœnitudine ducebatur Dominus, propter suspiria illorum;* quanuis enim tempore afflictionis, opem exposcere sit impudentiæ, iuxta illud Dei. *Vertunt ad me tergum, & non faciem, & in tēpore afflictionis suæ dicent: Surge, & libera nos.* Hieremiæ cap. 2. num. 27. Hieronymus: *Impudens postulatio tempore necessitatis, & angustiæ,*

Vatab. Tēpore afflictionis solū, opē exposcere impudentiæ.
Hierem. 2 n. 27.
Hieron.

ftiæ, ab eo quærere auxilium, quem in pace contempſerunt &c.

Quātus gemitus in Deū.

Deus tamē afflictorum gemitu adeo commouetur, vt ferreum murum obijciat, cum iudicem acturus eſt, ne illos exaudiat. *Et tu ſume tibi ſartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter ciuitatem*, Ezechielis cap. 4. num. 3.

Ezec. 4. n. 3.

Hieronymus: *Sartago ferrea, quæ inſtar muri inter Prophetam, & vrbem ponitur, grandem iram demonſtrat Dei, quæ nulli precibus fatigetur, nec flectatur ad miſericordiam.* &c.

Hieron. Opus æneo muro cum Deus ſiaſcitur, ne diuina miſericordia vincat.

At ibi maximè prodit ſeſe miſericordia Dei, cui ferreo muro ſit opus, ne ad homines miſerendo tranſiliat, audiatque miſerorum gemitus, quibus auditis non poterit non miſericordia commoueri, quod ipſe indicat per Prophetā. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam*, Pſalmo 11. n. 6

Non poteſt non ad gemitū Deus moueri.

Pſal. 11. n. 6.

Chryſoſtomus: *Maximæ defenſionis loco eſt calamitas, & mala pati: magna eſt vis eiulatus, qui ſupernum vocat auxilium. Timete quicumque pauperes iniuria afficitis, habetis vos potentiam; opes, & pecuniam, & iudicum beneuolentiam, ſed habent illi arma omnium validiſſima luctus, & eiulatus, & illud ipſum iniuria affici, quæ è cælis auxilium attrahunt*, &c.

Chryſoſ.

Pauperes timeamus offēdere.

Arma omniū validiſſima eiulatus.

Ipſa calamitas ſupernū auxiliū attrahit.

Idem experta eſt Agar, ad quam Angelus. *Vocabis nomen eius Iſmael, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam*, Geneſeos cap. 16. num. 11.

Gen. 16 n. 11

Caietanus: *Iam omnis afflictio diuinum meruerat auditum* &c.

Gaiet.

Et Dauid cum ait, *De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine*, Pſalmo 117. numero 5.

Pſ. 117. n. 5.

Ambroſius: *Bona ergo tribulatio, quæ dignos nos facit, vt exaudiamur à Domino*, &c.

Tribulatio nos dignos facit diuino auxilio.

Ambr.

Neſcio enim qua ſuauitate miſerorum gemitus Dei aures demulcent, vt incantare illum, atque delenire videantur.

Miſerorū gemitus Deo ſuaues.

Deū incātant.

Domine, inquit Iſaias, *in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis*, cap. 26. n. 16.

Iſai. 26. n. 16

In Hebræo: *Effundunt oratoriam, quādo caſtigatio tua eis.* Vbi nomen Hebræum apud Forerium incantationes, ſeu compoſitas arte orationes ſignificat, quas effundunt ſuauius, qui affliguntur: ſimili pene voluptate videre afflictos Deus dicitur: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui*, Exodi cap 3 numero 7.

Forer. Oratio incātatio

Exod. 3. n. 7.

Chryſoſtomus in Pſalmo 155. *Non dixit videns vidi*

Afflictos cū voluptate videt Deus.

vidi mutationem illorum in melius, idest illorum felicitatem, sed videns vidi afflictionem populi mei &c. Id enim ait Gregorius 26. Moralium capite 21. *Famulos suos tunc magis respicit, cum iniustè eos nequitia persequentis affligit* &c. *Anima namque afflicta Deo vicina est*, inquit Apostolus Petrus, vt videre est apud Basilium Epistola 110. Huc enim Deus libenter descendit: *Sciens dolorem eius, descendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum* Exodi cap. 3. n. 8. Non ne de cælo, & de sede tua sancta, Domine, eos poteras liberare, vel qui eos liberaret angelum mittere, cur ipse descendis? Oleaster: *Gaudet Dominus, vt leciora faciat, quæ Sancti patiuntur mala, sese illis immiscere* &c. Qua de re infra plura dicentur.

Gen. 26. Mor. 21.

Anima afflicta Deo vicina.

Basil. Epist. 110. Exod. 3. n. 8.

Immisceret se Deus laborantibus, vt laborē leuet. Oleast.

Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur multo faciebant peiora &c.

Vers. 19.

1\. NEc Dei misericordia prouocati, nec pœna deterriti à peccando feriebantur, sed peccata peccatis addere, retroque abire, per damnata Patrum vestigia pergebant. Quod etiam queritur Isaias. *Ab alienati sunt retrorsum*. capite 1. num. 4. Chrysostomus: *Maxima condemnatio, quod nihilo fiunt meliores per cruciatus, & irrogata supplicia* &c. Vt enim ait Nazianzen. in plagam grandinis: *Nequaquam graue est plagis affici, sed plaga meliorem non fieri, grauius, & acerbius est.* Illud minus ferendum. Quod Dei misericordia ad peccandum licentius abutebantur, post pænitentiam ad idola regressi, vt enim grauiter Tertullianus de pænitentia: *Non leuiter in Deū peccat, qui cum æmulo eius diabolo pænitentia renunciasset, & hoc nomine illum Domino subiecisset, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem eius se ipsum facit, vt denuo malus recuperata præda sua aduersus Dominum gaudeat* &c. Sed vt illi, ita supplicia in deterius ibant; scelera nanque sceleribus attexentes iram Dei in grauiora trahebant. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum, & qui dicitis: festinet, & cito veniat,* Isaiæ

Suppliciis non cohibere maxima condemnatio. Isai. 1. 4 Chrysost.

Naziā.

Res non ferenda, misericordia abuti ad peccādū.

Tertul. de pæn. Dū relabimur in peccata, diabolus in Deum triūphat.

Ad peccatorū mēsurā crescūt supplicia.

Isai. 5. n. 18.

Iſaiæ cap. 5. nu. 18. Aliter, *Væ qui trahitis peccata tanquã funiculo longo*. Vbi Procopius: *Funiculus longus ipſa ſunt, quo longe remota ſcelera, ideſt ſcelerum pœnas, in noſtrum caput attrahimus. Nam & numinis vindictam perſæpe, tanquam vi in nos attrahimus*, &c. Vbi vides non modo Deum inuitum, atque nolentem, quaſi funibus ad ſupplicium trahi; ſed eos etiam, qui peccata ſæpius iterant, Dei vrgere, atque accelerare vindictam, vt ſolito citius, vel etiã ſubito puniat. Dicunt enim opere ipſo, *feſtinet, & cito veniat*. Vnde Chriſtus Dominus monens hominẽ illum, quem ſanum fecerat, *Iam noli*, inquit, *peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*, Ioannis cap. 5. ideſt, Ne ſubita mors, vel ſupplicium aliquod repentinum peccata iterantem opprimat, vt Toletus ſignificat. Imo Deus ipſe cum ait. *Ego Dominus, qui ſeruo eam, repente propinabo ei*, Iſaiæ cap. 27 numero 3. Hieronymus: *Dicit ſe Dominus multo eam tempore cuſtodiſſe, & locum dediſſe pœnitentiæ, ſed quia conuerti noluerit, ſubito inebriandam*.

Procop. Supplicia, quo tardiora, eo grauiora.

Deus inuitus trahitur ad puniẽdũ.

Peccatorũ iteratores ſubito puniũtur.

Ioan. 5.

Tolet.

Iſai. 27. n. 3.

Hieron.

Nec euaſiſſe ſe credat, vt monet Cyprianus de lapſis, *ſi eum interim pœna diſtulerit, cùm timere plus debeat, quem ſibi Dei iudicis cenſura ſeruauit* &c. *Neque miſericordiam Dei*, ait Hildebertus Epiſtola 15 *lucrantur mali, quam ſibi etiam timide pollicentur boni, in ea ſperare ſaluberrimum eſt conſilium, ſed de ea totum pendere periculoſum eſt refugium* &c. illi enim iram theſaurizare dicuntur 2. ad Romanos numero 5. *Theſaurizas tibi iram in die iræ*. Diuus Anſelmus de benignitate Dei: *Iram ſibi reprobus theſaurizat, quia dum ad pœnitendum tempus accipit, & ad peccandum expendit, ipſum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ*, &c. Et Ambroſius: *Neceſſe eſt enim ſeueriore pœna vt flectatur, qui longa Dei patientia non ſolum ſe emendare noluit, ſed adhuc addens ad contemptum exaggerauit peccata* &c. Atque idcirco illi fæx calicis diuinæ iuſtitiæ reſeruatur. *Fæx eius non eſt exinanita*, Pſalmo 74. numero 9. Nazianzenus: *Fæcem tamen interim, hoc eſt extremam iram aſſeruat, vt eam totam in eos effundat, qui humanitate ipſius, & facilitate adeo non ſanantur, vt etiam*

2. Cyprian. de lapſ.

Hildeb. Epiſt. 15.

Iram Dei theſaurizant, qui ſæpe labuntur.

Ad Rom. 2. n. 5.

Anſelm. de benig. Dei.

Ambr.

Qui ſæpe labitur, Dei patiẽtiã contẽnit.

Pſal. 74 n. 9.

Naziãz.

Fæcẽ diuinæ iræ ebibit.

obdurescant instar *Pharaonis*, &c. Qui existimans, vt ait Theodoretus in Exodum cap. 9. num. 12. *Deum non posse grauioribus eum afficere suppliciis mediocria flagella contēpsit.* &c. Ea propter Deus vxorem Loth salis in statuam vertit, vt illi, qui peccata respiciunt, id est iterant, ac frequentant, grauissimi, quod eos manet, supplicij monumento, veluti sale condiantur. *Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam Salis*, Geneseos cap 19. num, 26. Nazianzenus: *Ne alioqui in Salis statuam concrescamus, columnam, inquam, sane immortalem, animaque in vitium relabentis accusatricem.*

Theod. Exod 9 n 12.

Peccati iteratores in sal conuertũtur.

Gen. 19. n. 26

Naziãz.

3\. Neque dura modo, quibus affecti sunt, supplicia, sed ipsa etiam via, idest viuendi ratio, quam deserto numine instituerant, durissima illis fuit, laborisque plenissima, vt sequentia verba indicant. *Non dimiserunt adinuentiones suas, & viam durissimam per quam ambulare consueuerunt.* Quid enim impiorum via durius? Quid asperius. *Ambulauimus*, inquit, *vias difficiles*, seu vt Cyprianus, & alij legunt, *Solitudines difficiles*, quamuis enim spaciosa via sit, quæ ducit ad perditionem; & multi intrent per eam Mathæi cap. 7. num. 13. tamen vbi malorum multitudo, ibi solitudo, sed non á laboribus, ac difficultatibus. *Contritio, & infelicitas in viis eorum*, Psalmo 13 num. 8. *Fatigatio*, & *labor*, Psalmo 10. num. 3. vt legit Chrysostomus homilia 8. in acta: *Vbi scriptura*, inquit, *semper laborem, malitiam vocat* &c. Quare Deus per Hieremiam cap. 2. num. 25. *Prohibe*, inquit, *pedem tuum à nuditate.* Septuaginta: *Conuerte pedem tuum á via aspera.* Hieronymus: *Via peccatorum aspera est, quæ á Domino conuertitur in viam planam &c.* Nec *enim vt quibusdam visum est*, ait Sèneca 2. de ira cap. 13. *arduum in virtutes, & asperum iter est, plano adeuntur* &c. Ita viam Domini vocat Scriptura. *Ne pereatis de via iusta*, Psalmo 2. num. 12. Genebrardus legit: *De via plana. Et aspera in vias planas*, Isaiæ cap. 40. num. 4. Procopius: *Plana, & facilis reddi queat, qualis per Christum via pietatis iam extitit.* &c. Vt enim ait Diuus Thomas in opusculo de Sacramento cap. 5. *Ne via homini videretur grauis nimis, factus est homo Deus & per hoc socius viæ, & perigrinationis*

Peccãtiũ via asperrima.

Text.

Sap. 5. 7

Cypr.

Math. 7 n. 13.

Multitudo vitiorũ solitudo est.

Psal. 13. n. 8.

Psal. 10 n. 3.

Chrysost. hom. 8.

Hierem. 2. n. 25.

Septuag.

Hieron.

Senec. 2. de ira c. 13.

Planũ virtutis iter.

Psal. 2. n 2.

Genebr.

Isai. 40. n 4.

Procop.

D. Thom. in opusc. de Sacr. c. 5.

Non grauis via, perquam Deus homo graditur.

Hierem. 17. n. 16

Ambr. 3. de Virg. Sequens Deũ non laborat.

tionis &c. Quem qui ſequitur non laborat. *Et ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens*, ait Hierem cap. 17. num. 16. Ambroſius 3. de Virgin. legit: *Non laboraui ſequens poſt te: Neque enim laborat, qui Chriſtum ſequitur, cũ laborantes ad ſe, vt requieſcãt euocet: Ergo ipſũ ſequemur, quãdiu ipſum ſequemur non laboramus: Quia nõ eſt labor in Iacob.* Et in Iſaia: *Qui expectant Dominum current, & non laborabunt &c.* Quia igitur Iſraelitæ diaſtros ſequebantur, non Deum, laſſati ſunt in via duriſſima iniquitatis. *Seruietis dijs alienis die, ac nocte, qui non dabunt vobis requiem*, Hieremiæ cap. 16. num. 13. Vide Hieronymum, Quæ enim in peccato quies? De Noe ſcriptum eſt: *Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum*, Geneſeos cap. 5. num. 29. Chryſoſtomus, & alij legũt. *Hic nos quieſcere faciet &c.* hom. de Noe. *Quare nõ dixit: Hic occidet nos? Hic faciet diluuiũ fieri? Sed hic faciet nos quieſcere? Reſpondet: Homines in magna malitia viuebant, diluuium autem, quia malitiam reſecuit, illi liberati à malitia quieſcere dicuntur*, &c. Qui ergo quieſcerent Iſraelitæ, qui in circuitu, Pſalmo 12. num. 9. id eſt in circunferentia procul á centro veritatis, & virtutis, vt Caietanus explicat, ambulabant. Alij per viam duriſſimam, intelligunt obſtinati animi cõtumaciam, qua ceruicoſi Iudæi diuinæ legis iugum excutiebant. Vnde dicti indurare ceruicem, Deuteronomij cap. 10. num. 16. Eſſe dura ceruice, Actorum cap. 7. numero 51. vbi vide Lorinum.

Hierem. 16. n. 13 Nulla in peccato quies. *Hieron.*

Geneſ. 5. n. 29

Chryſoſ. hom. de Noe.

Pſal. 11. n. 9.

Peccatores in circuitu ambulant. *Caiet.*

Iudæi cõtumaces.

Deut. 10 n. 16

Act. 7. n. 51.

Lorin.

Iratuſque eſt furor Domini in Iſrael, & ait &c.

Verſus 20.

TAntis ſceleribus irritatus Domini furor, cum perdere poſſet Iſraelitas, pænitentia maluit reſeruare. Ea enim minatur in pænam, quæ plus beneficij, quam ſupplicij habeant, vt infra aduertit Caietanus. Adeo miſericors ira Dei, furor adeo benignus, & vtilis, vt pænam vertat in beneficentiam. *Iratus eſt Dominus ſuper patres veſtros ira magna*, Za-

1\. Peccatores pænitẽtia ſeruat Deus

Caiet.

Ira Dei miſericors.

Pænã in beneficiũ vertit.

Zach. 1. n. 2.

Ambr. 2 de pænit. c. 25.

Zachariæ capite 1. numero 2. Ambrosius de pænitentia capite 25. *Videamus, quod exitium pronuntiet tanta commotio. Credo dixit, bellicis vos inquietabo tumultibus, fame vos affligam, morbo quatiam, morte consumam. Quid dixerit audiamus. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. O indignationem de pietate manantem? ò magnam iram, quæ infert misericordiam? Rogo qui sic irascitur, quemadmodum miseretur? aut si ita miseretur, quemadmodum indignatus irascitur?* &c. Et Berembosius Abbas in natali Martyrum adducens illa verba. *Iratus est, & misertus est nobis,* Psalmo 59. num. 3. *O ira,* inquit *misericors, quæ sic irascitur, vt subueniat sic minatur, vt parcat, sic aufert, vt restituat, sic tradit, vt eripiat, sic destruit, vt muniat, sic abijcit, vt recipiat &c.* Et Origenes in Exodum homilia 8. ad illa verba Domini ad Hierusalem. *Propterea discedet zelus meus à te, & non irascar vltra super te* Ezechielis cap. 16, num. 42. *Vide misericordiam, & pietatem boni Dei, quando vult misereri, indignari se dicit, & irasci, sicut per Hieremiam dicit: Dolore, & flagello castigaberis, ni ne abscedat anima mea abs te; hæc si intelligis miserantis*

Psal. 59. n. 3. Beremb. in natali Mart. Ira misericors.

Ezec. 16 n. 42

Orig. in Exod. hom 8.

Dei vox est &c. Quia insuper (addit Tertullianus de patientia) *gratulari, & gaudere nos docet dignatione diuinæ castigationis. Ego, inquit, quos diligo, castigo. O seruum illum beatum, cuius emendationi Dominus instat? cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit &c.* Vnde Bernardus sermone 42. in Cantica Deum ita alloquitur: *Non enim cum nescio, sed cum sentio te iratum, tum maxime confido propitium. Etenim cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Deus,* inquit, *tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Moysem loquitur, & Aaron, atque Samuelem, quos modo punireat, & hoc vocat propitiationem, quod eorum Deus non perpecit excessibus &c.* Id alia Metaphora per Isaiam dicit cap. 1. num. 25. *Ex eo quam ad purum scoriam tuam;* vbi Basilius: *Sic peccatoribus indignatur Deus, vt eos benificentia sua afficiat. Neque enim ad extremam inanitionem eos plectit, sed castigat ad morum correctionem &c.* Et per Ezechielem: *Non parcet oculus meus, nec miserebor,* cap. 8. num. 8. Hieronymus *Magnæ interdum felicitatis est misericordiam non mereri &c.*

Tert. de patient.

Beatitudo à Deo puniri.

D. Bern. in Cant. ser. 42. Psal. 98 n. 8. Misericordia punire.

Isai. c. 1. n. 2. Basil.

Ezech. 8 n. 18

Hieron.

Vnde

2. Maior Dei ira, cum non irascitur. Psal. 14 n. 5. Hieron.

Vnde maior est ira, cum non irascitur. Idem Hieronymus ad illa verba: *Corripiet me iustus in misericordia.* Psalmo 14. num. 5. *Magna est ira Dei, quando nobis non irascitur, reseruat enim nos sicut vitulum in occisionem. Ad Hierusalem enim dicit: Multa sunt peccata tua, & multæ iniquitates; propterea non irascor tibi, &c.* Et Bernardus supra citatus. *Vides quia tunc magis irascitur Deus, quando non irascitur. Misereamur impio, inquit, & non discet facere iustitiam. Misericordiam hanc ego nolo: super omnem iram miseratio ista, sepiens mihi vias iustitiæ &c.* Et Origenes citatus: *Vis audire indignantis Dei terribilem vocem? Audi quod dicit per Prophetam. Propter hoc non visitabo super filias vestras cum fornicantur. Hoc est terribile; hoc extremum, cum iam non corripimur pro peccatis, cum iam non corripimur delinquentes &c.* Irascitur igitur Deus, vt misereatur, vt corrigat, aliter quantum in se est nescit irasci. Ambrosius in Psalmo 37. ad illa verba. *Misit in eos iram indignationis suæ.* Psalmo 37. num. 49. *Lex nescit irasci, sed fuit legum minister. Nescit ergo irasci, qui author est legum, cui terrendi est voluntas, non puniendi. Imitamini ergo Imperatores exemplum diuinum, vt sitis in statuendis legibus seueriores, in exigendis supplicijs misericordes &c.* Vt vero ira in Deum metaphorice tantum, an proprie cadat. Vide Lactantium lib. de ira Dei Diuum Thomam 1. p. q. 11. articulo 1. Vasques ibidem disp. 84. cap. 4. Suarium in opusculo de iustitia Dei sect. 5. Quæ autem tribus numeris sequentibus continentur initio capitis 3. iterantur, quo ea omnia remittimus.

Bern. cit. Isai. 26. n. 10. Misericordia nō puniens ira est. Orig. cit. Maximi peccatores, vt incorrigibiles à Deo nō plectuntur.

Nescit Deus irasci, nisi in bonum. Psal. 77 n. 49. Ambr. Psal. 37. Deus terrere vult, non punire. Lact. li. de ira Dei. Tho. 1. p. q. 11. a. 1. Vasq. disp. 84. c. 4 Suar. opusc. de iust. Dei sect. 5.

CA-

CAPVT III.

Hæ sunt gentes, quas Deus dereliquit, vt erudiret in eis Israel.

Versus 1.

1. *Caiet. Abul. q. 2. Lyran. Iosue 13.*

RElictæ à Deo gẽtes istæ tribus potissimum de causis, quas Caietanus hic Abulensis q.2. Lyranus, Iosue cap. 13. complectuntur. Prima continetur vltimis capitis secundi verbis; & expressius Exodi cap 23. num. 29. vbi Deus ad populum. *Non eijciam eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra bestiæ.* Quod tamen Augustinus q. 17. ad bestias vitiorum trahit. *Mirum*, inquit, *si non bestiales cupiditates, & libidines intelligi voluit, quæ solent de repentino successu terrenæ felicitatis existere: Neque enim Deus homines exterminare poterat, & bestias non poterat.*

Exod. 23 n. 29

August. q. 17. Libidinosi bestiæ.

2\. Secunda, quæ hic traditur, est vt discerent filij Israel certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi, seu quia vt interpretatur Isidorus: *Voluit Dominus eos docere, quid esset prælium, vt suo commodo discerent quam periculose illi belligerantur, qui Dominum contra se offensum in bello habent* &c. *Seu vt intelligamus*, inquit Caietanus, *gratum esse Deo, non solum pugnam aduersus vitia, sed etiam ipsam armatam militiam aduersus hostes, quam hodie vituperãt vitia militũ* &c. Quid enim aliud militia, quã malitia? *Cõpleta est militia eius*, Isaiæ c.4.n.2. Vaticana legit: *Malitia eius.* Quo Bernardus videtur alludere 2. ad milites: *Quis igitur finis, fructusve secularis huius non dico militiæ, sed malitiæ* &c. Vide Sanctus Iob vniuersa vitia, malaque vitæ huius militiæ nomine cõprehendit. *Militia est vita hominis super terram*, cap. 7. num. 1. vt videre est apud Pinedam. *Non sic olim, cum mili-*

Isidor.

Periculosũ bellũ Deo nõ fauente.

Caiet.

Militia Deo grata.

Militia malitia.

Isai. 4. 2.

Vatica

Bern. 2. ad milit.

Iob 7. 1. Vita, & vitia militia.

Pined.

Militia pietatis ſeges. *militia pietatis ſeges erat*, vt loquitur Chryſoſtomus homilia 14. ad Antiochen. *Chryſoſ. hom. 14 ad Ant.* *Et victoria, & clades exercitatio ipſis, & virtutis inſtructio erat* &c. Reliquit ergo Deus has gentes, vt diſcerent filij Iſrael certare cum hoſtibus, ideſt, quemadmodum explicat idem Auguſtinus, *Auguſt.* Pietas in bello Deo placet. vt tanta pietate, & obediētia legis Dei bellarent, quāta Patres eorum, qui Domino Deo etiam bellando placuerunt; non quia optab le aliquid eſt bellum, ſed quia pietas laudabilis eſt in bello.

3. Otiū grauior hoſtis animæ. Itaque hoſtes illis Deus, & bellorum ſemina ſuppeditauit, ne otio, quod grauior animi hoſtis eſt, deſidiaque marceſcerent, ne ve Proſperitas aduerſitate fortior. proſpera eos vincerēt, quos aduerſa debellare non poterant. Ita hunc locum explicat Caſſianus collatione 46. *Caſſian. colla. 46* *Quam pugnam*, inquit, *non inuidens Deus quieti Iſraelis, nec male eidem conſulens, ſed* Aduerſitates hominibus vtiliſsimæ. *ſciens eſſe vtiliſſimam reſeruauit, vt dum gentium ſemper iſtarum impugnatione deprimitur, nunquam ſe ſentiat auxilio Domini non egere; nec inerti otio diſſoluatur, nec bellandi vſum, & exercitium virtutis amittat: frequenter enim quos ſuperare non potuerunt aduerſa, ſecuritas, & res proſperæ colliſerunt*. &c. Quo conſilio diabolus vtebatur, cum à publicis impugnationibus, cædibuſque fidelium abſtinebat, Otiū, & proſperitas arma diaboli. vt eos mitioribus iaculis tranſadigeret, vt eleganter deſcribit Diuus Leo ſermone de ieiunio. *Leo ſer. de ieiun.* *Fremit aduerſarius, & cruentas inimicitias ad quietas conuertit inſidias, vt quos vincere fame, & gelu, flammis, ferroque non poterat, otio tabefaceret, cupiditatibus irretiret, ambitione inflaret, voluptate corrumperet* &c. Quare Dauid magis ſibi à proſperitate, quam à tribulatione timebat; hanc enim illi poſtponit. Magis á proſperitate cauēdum. *Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione*, Pſalmo 9. numero 10. *Pſal. 9. n. 10* Euthym. legit: *Eutbym.* *Adiutor in proſperitatibus, in tribulatione. Neque enim*, inquit, *ij ſoli auxilio indigent, qui in calamitatibus ſunt, ſed illi etiam qui in proſperitatibus vt felicitatem ſuam conſeruent, & ne in ignauiam matrem calamitatum decidāt* &c. Otioſitas mater calamitatum. Niſi velimus per appoſitionem dictum; idemque fuiſſe Dauidi proſperitatem, ſiue opportunitatem, ac tribulationē. Proſperitas tribulatio eſt. Quod ſignificat Diuus Chryſoſtomus: *Chryſoſ.* *Opportunitatem enim hic dicit afflictionem. Qua de re?* Tribulatio bonorum mater. *Quod ſit mater ſtudij ſapientiæ, & ma-*

& maxime diuinum atrahat auxilium, tunc sublata est socordia, & nimia dißolutio &c. Imo à malis liberatus, & in tuto collocatus, non cessabat rursus orare. *Miserere mei. Vide humilitatem meam, &c.* Vbi idem Chrysostomus: *Postquam liberati sumus à malis, illo opus habemus auxilio, vt facile res secundas feramus. Nam Iudæi quoque ab Ægyptijs liberati, grauiori bello vexabantur arrogantia, & socordia &c.*

Chrysost. Grauius bellū prosperitas.

4. Timēda felicitas. 2. Reg. 11 August. Ps. 50.

Is vero vbi à prælio, aduersisque feriatus est, quā fœde cecidit, 2 Regum capite 11. Augustinus in Psalmum 50. *Quando Dauid sanctus Saulem inimicum patiebatur, quando illius persecutionibus agitabatur, non concupiscebat alienam, erat in infirmitates tribulationis suæ tanto in Deum intentior, quanto miserior videbatur. Valet hoc exemplum ad id, vt timeamus felicitatem &c.* Et Chrysostomus citatus: *Postquam quietem, & laxamentum aßecutus est, difficilius bellum paßus est incontinentis cupiditatis. Quo circa tunc maxime timendum est, quando fuerimus liberati ab ærumnis &c.* Vnde Nasica ille Scipio apud Augustinum 1. de Ciuitate capite 30. *Nolebat æmulam tunc imperij Romani Carthaginem dirui, & decernenti, vt dirueretur, contradicebat Catoni, timens infirmis animis hostem securitatem, & tanquam pupillis ciuibus idoneum tutorem, necessarium videns esse terrorem &c.* Eodem consilio Deus indidit nobis pugnam illam, *qua caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem*, ad Galatas cap. 5. num. 17. De qua idem Cassianus cap. 7. *Est quodammodo vtilis hæc pugna, dispensatione Dei nobis inserta, & ad meliorem nos statum prouocans, atque compellens, qua pugna sublata pax è contrario perniciosa succedet &c.* Vide etiam Diuum Thomam 3. parte q. 69. artic. 7. Tertia causa. (Caiet. 2.) *Vt exercerentur animi Israelitarum in eis, quæ religionis, & morum sunt iuxta se positis gentibus idolatris, & malorum morum &c.* De qua numeris sequentibus.

Idem. Chrysost. cit.

Aug. 1. de Ciuit.

VtRomæ staret necessaria Carthago.

Ad Gal. 5. n. 17.

Cassian. c. 7.

Pax perniciosa. D. Th. 3. p. q. 69. art. 7.

Dimisitque eos, vt in ipsis experiretur Israelem.

Vers. 2. 3. & 4.

IN Hebræo, *ad tentandum Israelem: Non enim tentat, vt ediscat, sed vt ignorantes doceat,*

1. Theod. q. 7.

Aug. q. 17. Sanctos Deus tẽtat, vt glorificet. *Gregor. moral. 21 c. 6.* *Gen 22. n. 1.* *Simach.* *Ambr. Luc. 4.*

tiat, inquit Theodoret. q. 7. Et August. q. 17. hic Scire enim Dei dicitur, scire nos facere, vt docet Gregorius Moral. 21 c 6. Nec tẽtat, vt perdat, sed vt glorificet. *Tentauit Deus Abraham*, Genes. c. 22. n. 1. Simach. legit: *Glorificauit Deus Abraham. Et Iob*, inquit Ambros. Lucæ c. 4. *deo tentandus offertur, vt gloriosior redderetur* &c. Hic tamen loquendi modus indicat, quã plenæ suspitionis sint res secundæ nullo tẽtationũ turbine cõcussæ. Nã vel Deus ipse nescire videtur vtrum is, cui secunda omnia fluũt, qui nulla tentatione pulsatur, Deũ vere, atque ex animo colat. Vnde postquã tentauit Abraham, ait Deus *Nunc cognoui quod timeas Deum*, Geneseos cap. 22. n. 12 Quasi antea in prosperitate illũ non cognouisset. Hilarius in Psal. 1. *Nunc cognoscitur, nunc probatur, nunc dignus est, qui non ignoretur* &c Itaque vel Sãctos Deus nescit in prosperis, nouit optime in aduersis; homines enim plerũq; nubilis tẽporibus Dei deserunt, parasitorũ similes, qui vt ait Basilius, *Donec in ore cibum habent, benedicunt, assentiantur, admirantur, mensa vero panum pernegata, quem paulo ante ob voluptatem, velut Deum, adorabant, maledictis tanquam saxis petunt ac lacerant* &c. Vnde Deus Iobũ diabolo tentandum permisit, ne cui videretur quæstum existimare pietatem, aut diuitiarũ, lucri ve studio Deum colere, quod diabolus arguebat. *Numquid Iob frustra timet D.ũ* cap. 1. n. 10 Gregorius: *Ac si aperte dicat. Qui tot bona in terra recipit, quid mirum si pro eis innocenter se gerat? nuoc enim vere esset, si bonus inter aduersa persisteret* &c. Imo cum Dominus ipsum pleno ore laudasset. *Considerasti seruum meum Iob* &c. c. 2 n. 3. Laudationẽ diabolus audacter elusit, preconio indignũ iudicans, cuius corpus nullũ adhuc vulnus, tentatio nulla perstrinxerat, cuius suspectam tãta felicitas redderet sanctitatem. Vnde, *Tange*, inquit, *os eius, & carnem, & tunc videbis &c.* n. 5. Hieron. ad Iulianum *Audacter Dei renuit prædicationem, & dicit nequaquam eum debere laudari, qui nihil de se, sed totum ex se dederit; qui pro corio suo, coria obtulerit filiorum, deposuerit marsupium, vt fruatur corporis sanctitate* &c. Contra vero Ananias per speciẽ à Deo monitus, vt quæreret Saulũ, quẽ etiã miris laudibus

In prosperi Sanctos non cognoscit Deus. *Gen. 22. n. 12* *Hilar. in Psal. 1.* Noscit in aduersis. Qui in aduersi à Deo desciunt parasiti.

Iob c. 1. n. 10. Sãctũ esse in felicitate, vix laudabile. *Gregor.* *Iob 2. n. 3.* Vehemẽs tentatio plaga corporis. *n. 5.* *Hieron. ad Iulia.* In laboribus sanctitas spectatur.

esse

& maxime diuinum atrahat auxilium, tunc sublata est socordia, & nimia dißolutio &c. Imo à malis liberatus,& in tuto collocatus, non cessabat rursus orare. *Miserere mei. Vide humilitatem meam, &c.* Vbi idem Chrysostomus: *Postquam liberati sumus à malis, illo opus habemus auxilio, vt facile res secundas feramus. Nam Iudæi quoque ab Ægyptijs liberati, grauiori bello vexabantur arrogantia, & socordia &c.*

Chrysost. Grauius bellū prosperitas.

4. Timēda felicitas. 2. Reg. 11

Is vero vbi à prælio, aduersisque feriatus est, quā fœde cecidit, 2 Regum capite 11. Augustinus in Psalmum 50. *Quando Dauid sanctus Saulem inimicum patiebatur, quando illius persecutionibus agitabatur, non concupiscebat alienam, erat in infirmitates tribulationis suæ tanto in Deum intentior, quanto miserior videbatur. Valet hoc exemplum ad id, vt timeamus felicitatem &c.* Et Chrysostomus citatus: *Postquam quietem, & laxamentum aßecutus est, difficilius bellum paßus est incontinentis cupiditatis. Quo circa tunc maxime timendum est, quando fuerimus liberati ab ærumnis &c.* Vnde Nasica ille Scipio apud Augustinum 1. de Ciuitate capite 30. *Nolebat æmulam tunc imperij Romani Carthaginem dirui, & decernenti, vt dirueretur, contradicebat Catoni, timens infirmis animis hostem securitatem, & tanquam pupillis ciuibus idoneum tutorem, necessarium videns eße terrorem &c.* Eodem consilio Deus indidit nobis pugnam illam, *qua caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem*, ad Galatas cap. 5. num. 17. De qua idem Cassianus cap. 7. *Est quodammodo vtilis hæc pugna, dispensatione Dei nobis inserta, & ad meliorem nos statum prouocans, atque compellens, qua pugna sublata pax è contrario perniciosa succedet &c.* Vide etiam Diuum Thomam 3. parte q. 69. artic. 7. Tertia causa. (Caiet. 2.) *Vt exercerentur animi Israelitarum in eis, quæ religionis, & morum sunt iuxta se positis gentibus idolatris, & malorum morum &c.* De qua numeris sequentibus.

August. Ps. 50.

Idem. *Chrysost. cit.*

Aug. 1. de Ciuit.

VtRoma esset necessaria Carthago.

Ad Gal. 5. n. 17.

Cassian. c. 7.

Pax perniciosa. *D. Th. 3. p. q. 69. art. 7.*

Dimisitque eos, vt in ipsis experiretur Israelem.

Vers. 2. 3. & 4.

IN Hebræo, *ad tentandum Israelem: Non enim tentat, vt ediscat, sed vt ignorantes doceat,*

1. *Theod. q. 7.*

Aug. q. 17.

tat, inquit Theodoret. q. 7. Et August. q. 17. hic Scire enim Dei dicitur, scire nos

Sanctos Deus tẽtat, vt glorificet.

facere, vt docet Gregorius Moral. 21 c 6. Nec tẽtat, vt perdat, sed vt glorificet.

Gregor. moral. 21 c. 6.

Gen 22. n. 1.

Simach.

Ambr. Luc. 4.

Tentauit Deus Abraham, Genes. c. 22. n. 1. Simach. legit: *Glorificauit Deus Abraham. Et Iob*, inquit Ambros. Lucæ c. 4. *deo tentandus offertur, vt gloriosior redderetur* &c. Hic tamen loquendi modus indicat, quã plenæ suspitionis sint res secundæ nullo tẽtationũ turbine cõcussæ. Nã

In prosperi Sanctos non cognoscit Deus.

vel Deus ipse nescire videtur vtrum is, cui secunda omnia fiuũt, qui nulla tentatione pulsatur, Deũ vere, atque ex animo colat. Vnde postquã tentauit Abraham, ait Deus *Nunc cognoui quod timeas Deum*, Geneseos cap. 22. n. 12 Quasi antea in

Gen. 22 n. 12

prosperitate illũ non cognouisset. Hilarius in Psal. 1.

Hilar. in Psal. 1.

Nunc cognoscitur, nunc probatur, nunc dignus est, qui non ignoretur &c Itaque vel Sãctos

Noscit in aduersis.

Deus nescit in prosperis, nouit optime in aduersis; homines enim plerũq; nubilis tẽporibus Dei deserunt, parasitorũ similes, qui

Qui in aduersi à Deo desiciunt parasiti.

vt ait Basilius, *Donec in ore cibum habent, benedicunt, assentantur, admirantur, mensa vero panum pernegata, quem paulo ante ob voluptatem, velut Deum, adorabant, maledictis tanquam saxis petunt ac lacerant* &c. Vnde Deus Iobũ diabolo tentandum permisit, ne cui videretur quæstum existimare pietatem, aut diuitiarũ, lucri ve studio Deum colere, quod diabolus arguebat.

Iob c. 1. n. 10.

Numquid Iob frustra timet D.ũ cap. 1. n. 10 Gregorius: *Ac si aperte dicat. Qui tot bona in terra recipit, quid mirum si pro eis innocenter se gerat? innocens vere esset, si bonus inter aduersa persisteret* &c. Imo cum Dominus ipsum pleno ore laudasset.

Sãctũ esse in felicitate, vix laudabile.

Gregor.

Iob 2. n. 3.

Considerasti seruum meum Iob &c. c. 2 n. 3. Laudationẽ diabolus audacter elusit, preconio indignũ iudicans, cuius corpus nullũ adhuc vulnus, tentatio nulla perstrinxerat, cuius suspectam tãta felicitas redderet sanctitatem. Vnde, *Tange*, inquit, *os eius, & carnem, & tunc videbis &c.* n. 5. Hieron. ad Iulianum *Audacter Dei renuit prædicationem, & dicit nequaquam eum debere laudari, qui nihil de se, sed totum ex se dederit; qui pro corio suo, coria obtulerit filiorum, deposuerit marsupium, vt fruatur corporis sanctitate* &c. Contra vero Ananias per speciẽ à Deo monitus, vt quæreret Saulũ, quẽ etiã miris laudibus

Vehemẽs tentatio plaga corporis.

n. 5.

Hieron. ad Iulian.

In laborĩbus sanctitas spectatur.

effe-

efferebat. *Vas electionis est mihi iste.* Ea tenus dubitauit de eo, quem lupum credebat, dominicum in gregem recipiendo, ne Dei quidē laudibus acquiescens, donec audiuit multis cum laboribus, tentationibusque exercendum. *Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati,* Actorum cap. 9. num. 16. Tum demū dubium omne deposuit, & quem antea nec de facie quidem agnouerat, salutauit ex nomine, fratrem agnouit: illum scilicet, quem laborum tolerantiæ, tentationumque futurarum pugnæ amplius, & magnificentius, quam Dei laudes commendabant. Vide Pinedam in Iob cap. 1. num. 9 Tentatio enim qualis quisque sit manifestius arguit. Ergo Deus Israelitas exercendos hostibus obijcit, vt quos in rebus secundis nō agnouerat, in aduersis experiretur: præsertim cum eo essent ingenio, vt vbi hostis, periculumve abesset, Deum relinquerent, fidei naufragium in tranquillitate facientes. Pelusiota lib. 2. Epistola 54. *Postea quā enim Ægyptij defuncti sunt, eosque mare pro sepulchro habere conspexere; tunc vero ad idolorū cultum se conuerterunt, nam cū mare transijssent, nec periculi quicquam subijssent, vbi terram attigerunt naufragium pertulerunt* &c. Vnde est illud Hieronymi. *Tranquillitas ista tēpestas est* &c.

Act. 9. n. 15. *Acto. 9. n. 16.* Labores maximē sanctitatē cōmēdant. *Pined. in Iob. c. 1. n. 9.* In tentatione, quis quisque sit, apparet. Trāquillitas tempestas est. *Pel. l. 2. Epist. 54.* *Hieron.*

Itaque filij Israel habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, &c.

Vers. 5. 6. & 7.

1. ENumerat nationes, quas inter Deus Israelem in dedecus pænamque sui sceleris habitare permisit, vt illos experiretur, siuê tentaret. Grauis enim tentatio, imo pæna malorum societas, præsertim iustis, ac Sanctis hominibus. Nō aliter tentatus Loth, seu cruciatus; de quo Diuus Petrus Epistola 2. *Aspectu enim. & auditu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant,* cap. 2. numero 8. Gregorius 1. Moralium cap. 1. *Qui n mirum cruciari non posset, nisi praua propinquorum opera & audiret, & cerneret; & tamen aspectu, & au-*

Grauis tētatio, & pæna malorū societas: sāctis præsertim. *Petr. Ep. 2. c. 2. 8.* *Grego. 1. Mor. c. 1.* Iustorū oculos cruciant praua opera.

& auditu iustus dicitur, quia iniquorum vita, non delectando iusti aures, atque oculos, sed feriendo tangebat &c. Et Augustinus præfatione in Psalmum 69. *Neque enim, & Loth ille Sanctus in Sodomis ab aliquo corporalem persecutionem patiebatur, aut dictum illi erat, vt non ibi habitaret: persecutio eius facta mala Sodomitarum erant* &c. Ezechieli apud Babilonios in captiuitate degenti nihil acerbius quã inter impios conuersari. Chrysostomus lib. 3. de prouidentia Dei: *Id solum, quod inter hostes, ac barbaros, impurosque homines vir iustus, & sanctus iugiter versatus sit, omni erat illi supplicio acerbius,* &c. Illud etiam Christi Domini supplicia, & passionem auxit, quod cum iniquis deputatus est. Isaiæ capite 53. num. 12. Chrysostomus homilia de cruce: *Quibus ideo sociarunt Christum, vt macularent Domini passionem,* &c. Bonos enim malorum societas nõ cruciat modo, sed etiam maculat, ac dedecorat. Eapropter Deus Abraham, eiusque posteros circumcidi iussit, Geneseos cap. 17. num. 10. Anastasius q. 23. *Pietati quandam excogitat custodiam, ne cum impijs commixti corrumperent sui generis nobilitatem &c.* Vnde cum inter Ægyptios morabantur, quasi ignobiles, & inglorij vitam agebant, neque annorum, aut mensium numero computandam. Propterea exituris iã de Ægypto ait Deus: *Mensis iste vobis principium mensiũ, primus enim in mensibus anni,* Exodi cap. 12 num. 2. Nunquid Hebræis antea annorum, mensium ve ratio non constabat? cur nunc mensis iste, quo exeunt de Ægypto primus dicitur, & anni, mensiumque principium, quasi nunc incipiant viuere? An dies illi, quibus inter Ægyptios vixerant in annos, menses ve computandi non fuerant? Ita significat Diuus Gaudentius tractatu 1. in Exodum: *Non sunt imputati Israelitis illi dies, quos consumpserunt in Ægypto, sed quando ingemuerunt, ad Dominum, conuersi ab operibus duris, & Dominus percussit primogenita Ægyptiorum, qui eos seruire Domino non sinebant: tunc audiuerunt. Mensis hic vobis initium mensium.*

August. præf. l. 3. in Ps. 69

Iusti tortores peccantiũ scelera.

Chrysost. lib. 3. de prou. Dei.

Nihil iusto acerbius conuersatione malorum.

Isai. 53. n. 12

Chrysost. hom. de cruc.

Bonos malorũ societas maculat.

Gen. 17 n. 10.

Anast. q. 28.

Nõ reputanda vita, quæ inter malos agitur.

Exod. 12 n. 2.

D. Gau. trac. 1. in Exod.

Tunc viuere incipimus, cum ad Deũ conuertimur

2\.

Israelitas vero nunc adeo non puduit Chananæorum, vt etiam in medio eorum, id est, palam, ac publice habitauerint; magna religionis, morũque iactura: *Nam*

Inter malos esse bonum ma xima laus

Nam quamuis immensi præconij sit, vt loquitur citatus Grecus Gregorius, *bonum etiam inter malos extitisse, &c*. rarissima tamen auis, vnus Noe in generationibus suis: Vnus Habraham inter Chaldæos, vnus Loth inter Sodomitas: vnus Iob inter Hussias; vnus Moyses inter AEgyptios: vnus Tobias inter Assirios, vnus Daniel inter Babylonios, & pauci alij, qui ita vixerunt inter peccatores, vt ab illorum moribus longissime dissiderent. Quemadmodum Christus Dominus, qui cum peccatoribus mãducans, ac bibens, quod illi à Iudæis obijciebatur, *Segregatus* tamen dicitur *à peccatoribus*, ad Hebræos cap. 7. num. 26. Non quo ad conuersationem, sed quo ad similitudinem vitæ, vt explicat Diuus Thomas, id, quod in alijs, & rarum, & difficile est. Propterea enim Israelitis iusserat Deus, vt cum Cananæis pacẽ nullo modo, bellum vsque ad internecionem gererẽt. Præstat enim bellum apud bonos, quam pax apud impios. Vnde Gad Propheta ad Dauid inter Moabitas commorantem. *Proficiscere*, inquit, *& vade in terram Iuda*, 1. Regum cap. 22. num. 5. Hugo Cardinalis. *Ecce Dauid cum esset in pace in terra polluta, iubetur ire in terram Iudæ, vt persecutionem sustineat &c.* Quasi melius illi esset inter bonos persecutionem sustinere, quam inter malos frui pace. Vere enim Bernardus 4. ad Eugenium. *Nec tuta tibi ita bonitas obsessa malis, nõ magis, quam sanitas vicino serpente &c*,

Gregor. cit. — Rarissimi boni inter malos — Inter malos, ab illorũ moribus segregãdũ. — *Ad Heb. 7. n. 26.* — D. Tho. Difficillimũ melorũ cõtagio non lædi. — Melius bellum apud bonos, quã pax apud malos. — *1. Reg. c. 22 n. 5.* — Hugo Card. — Bern. 4. ad Eug.

3. Nec modo inter Chananæos habitarunt, sed mutua cum ijs coniugia miscuerunt, ducentes illorum filias, quarum amore capti ad idolorum cultum pertrahebantur. Id, quod sæpe vetuerat Deus. Deuteronomij cap. 7. Et Exodi cap. 34. Metuens nẽ simili bello caperentur à Chananæis, quo olim à Madianitis, quibus Balam persuasit auctore Theodoreto in Numeros quæstione 45. *Vt non viri, sed mulieres cum illis decertarent, quæ armorum vice, corporis venustate, & verborũ illecebris essent preditæ, vt illarum pulchritudine, ac verborum lenocinijs illecti, illorum idolis inseruirent &c.* Et Chrysostomus homilia 14. ad Antiochen. *Clypei quidem & hastæ, & sagittæ omnes frustrabantur; vultus autem forma, & animi*

Deut. 7. — Exod 34 — Fortissimũ bellũ mulieres — Theod. in Num. q. 45. — Verba, & pulchritudo arma. — Chrysost. hom. 14 ad Ant.

animi lasciuia hos expugnauit, alioqui generosos &c. Quo etiã telo, præter Salomonem, & alios, fatidici ducis fortitudo concidit. *Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.* Psalmo 29. n. 8. seu *fui territus*, vt legit Caietanus addens. *Fatetur ergo se perdidisse fortitudinem, dum confitetur se fuisse territum: & vere perdidit fortitudinem animi ad aspectum mulieris &c. Propterea Diuus Paulus*, inquit, Augustinus sermone de tempore 250. *Cum omnibus vitijs prædicauerit resistendum, dum contra libidinem loqueretur, non dixit, resistite, sed fugite fornicationem, &c.* 1. ad Corinthios cap. 6. n. 18. Ergò contra libidinis impetum aprehende fugam, si vis obtinere victoriam nec tibi verecundum sit fugere, si castitatis palmã desideras obtinere; iugulat enim adspectu mulier, vt loquitur Fulgentius sermone 7. *Elias, inquit, Iesabel Reginã grauẽ passus est inimicã, quã dum fugit, totã vitam suam contriuit in fuga, cuius tamen timuit gladium, vt viuus fugisset in Cælum. Quocumq; pacto persequitur mulier, si placet iugulat, si displicet peius excruciat &c.* Ideo Sanctus Iob pepigit fædus cũ oculis suis vt ne cogitaret quidẽ de virgine cap. 3 n. 1. Chrysostomus sermone de continentia Ioseph. *Diabolum quidẽ videns accedentem, non fugit, sed mansit sicut leo viribus fidens. Virgine autẽ visa non stetit, neque moratus in cõtuenda pulchritudine, sed statim secessit. Censebat nimirum in prælio contra Dæmones virili, & audaci animo opus: in cõtinẽtiæ autẽ præparatione victoriã cõcedi, nõ ex virginũ consuetudine, sed secessu &c.*

Forma armis fortior. Psal. 29. n. 8.

Caiet.

Mulieris aspectus fortitudinem adimit.

August. Ser. de temp. 250

1. ad Cor 6. n. 18.

Libido fugienda: Mulier aspectu iugulat.

Fulgenti. serm. 7. Mulier tã amica, quam inimica nocet.

Iob. 31. n. 1.

Chrysost. Diabolo resistendũ sed mulier fugienda

4.

Israelitæ vero Cananæarum consuetudinem adeo non fugerunt, vt cũ eis vetita etiã, & fortasse irrita, de quo alibi, cõnubia iunxerint, contra Dei preceptũ, moreq; maiorũ, qui in ducendis vxoribus præter mores, dotem aliã requirebant nullam. Qualis Abraham, qui seruum adiurans; *Non accipias*, inquit, *Vxorem filio meo de filiabus Chananæorum.* Geneseos cap. 24, n. 3. Vbi Chrysostomus homilia 48. *Attende quomodo veteres non quærebant substantiam multam, non diuitias, non seruos, & iugera agri tot, & tot, non externæ venustatis formam, sed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatẽ.* Et infra addit. *Nusquã instrumenta, nusquã pacta; maxima, & securissimæ literæ erant virginis mores &c.*

Mores dos mulieris, non diuitiæ. Genes. 24 n. 3.

Chrysost hom. 48

5.

Additur n. 7 pro nequitiæ

N cu-

cumulo, fecisse malum in conspectu Domini, de quo supra non nihil; oblitosque Dei sui. Hinc enim malorũ omnium colluuies. Ita Ezechiel, cũ varia Hierusalẽ crimina recensuisset, addit. *Meique oblita es, ait Dominus Deus*, c. 22. n. 12. Nam, vt notat Hieronymus, *sicut memoria Dei excludit cuncta flagitia: ita Dei obliuio conuehit omnium vitiorum cateruã &c.* vt videre est in Prad. Idcirco Moyses populũ monet. *Caue diligẽter, ne obliuiscaris Domini, qui eduxit te de terra AEgypti.* Deuteron. c. 6. n. 13. *Et Deus Iudaeis dedit praecepta non bona.* Ezechielis cap. 20. n. 25. idest, interprete Theodoreto: praecepta de expiationibus, & sacrificijs, vt ad templum itare, Deique meminisse cogerẽtur. *Qui enim, inquit, se pollutum credebat, is ad expiationem accurrebat, ad quam cum peruenisset, in Dei memoriam redibat: atq; haec ipsa memoria impiã mentẽ exterminãs, diuinas leges obseruãdas persuadebat. &c*

Dei obliuio malorũ omnium origo.

Ezec. 22 n. 12.
Hieron.
Dei memoriã flagitia excutit.
Prado.
Deut. 6. n. 13.
Ezech. 20 n. 25.
Theod.
Legis obseruantiã suadet.

6. Tandem Dei obliuisci nihil aliud est, quam beneficiorũ Dei obliuisci, quod summae fuit ingratitudinis: nam, vt ait Seneca 3. de beneficijs cap. 1. *Ingratus est, qui beneficium dissimulat, ingratus qui non reddit, ingratissimus omniũ, qui oblitus est &c.* Tales Iudaei, quos, vt ait Chris. Matthaei cap 8 homilia 26. *Nihil magis perditioni dedit, quam quod ingrati, Deo esse voluerunt. Multas quippe illas, & vicissim sibi succedentes plagas, nihil in eos aliud, quam istud induxit &c.* Vnde apte post obliuionẽ, & ingratitudinem sequitur plaga prima, siue captiuitas

Obliuio beneficiorum ingratitudo.
Senec. 3. de ben. c. 1.
Ingratitudo punita

Iratusque contra Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiae, seruieruntque ei octo annis.

Versus 8.

IVstitia Dei vindicatiua, quã appellant, irã dicitur metaphorice, vt autor est Caietanus ad Romanos cap. 1. *Neq; enim irascitur Deus quasi mutabilis*, inquit, Ambrosius de Noe cap. 4. *Sed ideo haec legũtur, vt exprimatur peccatorum nostrorum acerbitas quae diuinam meruit offensã tanquam eo vsque increuerit culpa, vt etiam Deus, qui naturaliter nõ mouetur, aut ira, aut odio, aut passione vlla prouocatus videatur ad iracundiã. &c.* Ex quo perspicimus,

Ira Deo non naturalis
Caiet. ad Rom. 1. c.
Ambr. de Noe. c. 4.

cimus, ait Hieronym. in Ezechielẽ cap. 16. *Non eſſe natura lẽ irã Dei, ſed noſtris vitijs clemẽtiſſimum, & manſuetiſſimũ Deũ ad iracundiã prouocari &c.* & infra *Vnde & in alio loco ſcriptũ eſt. Miſiſti irã tuã quæ deuorauit eos* Exodi cap. 15. n. 7. *Quod enim coniunctũ eſt: & in vno corpore copulatũ mitti nõ poteſt, ſed illud, quod extra corpus eſt, vt lãcea, telum &c.* Econtra veró miſericordiæ viſcera Deo tribuuntur, Lucæ cap. 1. Et alibi, quia intra corpus, quia naturalia, quia inſita. Neq; mitti, aut exui a Deo poſſunt etiã cum iraſcitur *Percutiam, inquit, Et ego ſanabo.* Deuteronomij ca. 32. n. 39. Paulinus Epiſtola 10. *Tanta enim eſt Sũmi Patris pietas, vt etiã ira eius miſericordia ſit, & ideo caſtiget, vt parcat &c* Nam aliter, vt ait Hieronymus Ozeæ cap 4. *Grandis offenſa eſt, poſtquam peccaueris, iram Dei non mereri &c. Non enim eſt Deus noſter, vt Dij eorum.* Deuteronomij cap. 32. n. 31. quia ſtatim punit, vt explicat Abulenſis q. 5. afferens illa verba: *Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium.* 2. Machabæorũ capit 6. n. 13 vnde Idiota libro 2. de vera patientia Deum alloquens. *Cum ſentio, inquit, te iratum, tunc maxime confido, te eſſe propitium, quia cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Merito vt dixerit Hieronymus ad illa verba *Nõ parcet oculus meus, nec miſerebor.* Ezechielis c. 8. n. 8. *Magnæ interdũ felicitatis eſt, miſericordiã nõ mereri &c. Deus enim,* vt idem addit Ezechielis capit 14. *Non parcit, vt parcat: crudelis eſt, vt miſereatur: nec conſiderat patiẽtis dolorem, ſed vulneris ſanitatem &c.* Ideo irã Dei ſalutarẽ appellat Diuus Maximus Cẽturia 3. c. 23. Salubrẽ Berengozius in Natali Martyrũ. *O quã ſalubris indignatio, quæ ſic auertit, vt reſpiciat, ſic claudit, vt aperiat; ſic deijcit, vt erigat: ſic perdit, vt requirat, ſic amittit, vt cuſtodiat, &c.* Sed de hac re diximus non nihil cap. 2.

Iraſcitur ergo Deus interdum, ne homines diuina patientia abutantur; nam adeo patiens, & miſericors eſt, vt quemadmodum loquitur Tertullianus, de patientia cap. 2. *ſua ſibi patientia detrahat, plures enim Deum id circó non credunt quia ſæculo iratum tandiu neſciunt.* Ideó iram oſtendit, miſericordiã vero abſcondit. Qua in re obſtupeſcere ſe dicit Origenes in Epiſtolã ad Romanos

Hieron. in Ezech. c. 16.

Peccata Deum exacerbant.

Luc. c. 1. Dei viſcera miſericordiæ.

Deut. 32. n. 39.

Paulin. epiſt. 10. Ira Dei miſericordia eſt.

Hieron. Oz. 4.

Deut. 32. 31.

Abul. q. 5

2. Mach. 6. 13. Dei beneficium eſt peccatores punire.

Idiot. l. 2.

Ezech. 8. n. 18.

Hieron.

Idem. Ezech. c. 24.

Cum Deus crudelis, tũ miſericors.

D. Max. Ira Dei ſalutaris.

Berẽgoz.

Eximia Dei patiẽ

Tertul. de pat. c. 2.

Orig.

Ira a natura Dei extranea.

nos cap.9. Spiritus Sancti intuens naturam, *Iram quidē Dei, quæ est a natura eius extranea, notam fieri hominibus dicit: volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam.* Romanorum cap.9.n 22. *Bonitatē vero eius, & dulcedinem, quod naturæ eius est proprium absconди memorat, & occultari. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ quam abscondisti timentibus te.* psalmo 30. n. 20. *Quid ergo causæ dicemus, cur Deus iram manifestet hominibus, & dulcedinem celet. Scit sine dubio fragile esse hominum genus, & ad lapsū procliue per negligentiam, quibus expediat magis esse sub metu iræ, quam spe benignitatis Dei relaxari &c* Quibus cōsonat Diuus Hieronymus in Esaiam cap.13. ad illa verba: *Ecce dies Domini venit crudelis, indignationis plenus, & iræ. Ergo,* inquit, *absconditur multa Dei Misericordia ab his, qui adhuc in timore sunt positi, & perfectam Dei non habent charitatem, vt dum crudelem audiunt diem Domini, & insanabilem, & indignationis, furorisque plenum, peccare desistant. &c.*

Ad Rom. 9. n. 22.

Bonitas ei propria.

Ps 30 n. 20.

Deus, velatam ilectico dia, iram osten dit, vt terreat.

D. Hiero. in Isai. 13.

Peccatores Deus iratus coercet.

3\. Ea est causa, cur Deus hic irascitur Israelitis, vt eos à peccando deterreat: vt in Idolatriæ sordibus, tenebrisque iacentes mundet pariter, & illuminet, quod, est proprium iræ diuinæ; ait enim per Ozeam *Super eos effundam quasi aquam iram meam* capit. 5.num. 10. *Non tam vt sæuiam, quam vt mundem,* Aquæ enim est mundare, vt videre licet àpud Guadalupensem. Quod vero ira Dei, quæ sagittarum ardentium instar dicitur fulgurare, nō tam incendat, quam illuminet, ostendit. Habacuc propheta *In luce sagittarum tuarum ibunt.* cap.3.n.11. Septuaginta. *In luce iacula tua ibunt.* Vbi Hieronymus. *Iacula Dei, id est sagittæ euntes, atque pergentes, non ad hoc mittuntur, vt interimant, sed vt illuminent, &c.*

Dei ira mūdat, & illuminat.

Ozea. 5. n. 10.

Guadal.

Ira Dei sagittarum ardentium instar.

Habac. 3. n. 11.

Septuag.

Hieron.

Tradidit eos in manus Clusan.

IN Hebræo est: *Vendidit eos;* Non inclemētia Dei, sed sua culpa, quibus recte dicitur: *Ecce in peccatis vestris venditi estis,* Vt explicat Ambrosius. in psalmo 43. seu quia *vendere,* phrasi hebræa, idem est quod *tradere,* vt obseruat Augustinus hic q.17. Seu vt significetur, quam viles Deus habeat peccatores, quos nullo pretio vendit, vt dicitur in psalmo 43

4\.

Ambros. ps. 43.

Peccatores nullius pretij

August. q. 17.

Ps. 34

Deus

Pſal. 43 Iuſti pretioſi.

Deus enim impios gratis vendit, tanquam nullius pretij, cum iuſtos emat, velut pretioſos. Apocalipſis c. 14. *Hi empti ſunt*, num. 3. de re ſupra dictum nonnihil cap. 2. verſ. 14.

Apoc. 14 n. 3.

5. Sed cur filios Iſrael Deus ipſe non punit, ſed tradit in manus hominis puniendos? An vt iniurias ab idolorum cultoribus ſibi illatas non per ſe, ſed per alios puniat: docens diuinũ eſſe, atque magnificum à proprijs iniurijs vindicandis ſiquis abſtineat. Quo etiã modo Dauid iniurias ſibi à Semei irrogatas vlciſci noluit, ſed filio Salomoni merita pœna retaliandas commiſit 3. Reg. cap. 2. nu. 8. Rege videlicet indignum exiſtimans ſemetipſum iniurijs ſuis vindicem admiſcere, cum eas honeſtius alij in bonum Reipublicæ expiarent. Et Chriſtus Dominus iactas in ſe cõtumelias, vindicandas reiecit in Patrẽ, *Eſt qui quærat, & iudicet*. Ioãn. c 8 n. 50. D. Gregor. *Illatas contumelias Patris iudicio reſeruat, vt nobis profecto inſinuet, quantum nos eſſe patientes debemus, dum ſe adhuc vlciſci non vult, & ipſe, qui iudicat, &c.* Idem docet Diuus Paulus ad Romanos cap. 12. num. 19. *Non vosmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locum iræ ſcriptũ eſt enim, mihi vindictã, ego retribuam.* Caietanus. *Ad ſignificandum, quod prohibet hominem per ſe ipſum propriam exercere vindictam, &c.* Exemplo Dei alienas iniurias vindicantis, non ſuas, vt honorificum id Romani exiſtimarent. Adeo turpe ſeipſum vlciſci, vt Deus ipſe in aliena iniuria, quod non faceret in propria, vltoris, & quaſi lictoris ignominioſum ſubire velit offitium, ne quis dum iniuriam alteri rependit, ſibi ipſi inferat grauiorem, in quo felicior hominis, quam Dei conditio. Nam homo Deum iniuriæ ſuæ vindicem habet, Deus hominem.

Diuinũ eſt abſtinere à proprijs iniurijs vindicandis.

3. Reg. 2. n. 8.

Rege indignum ſuas iniurias vindicare.

Ioan. 8. n. 50.

Gregor. hom. 8. in Euãg

Suas Chriſtus non vindicat iniurias.

Rom. 12. n. 19.

Caiet.

Turpe ſe ipſum vlciſci.

Vltor non eſt Deus

6. An quia Deus per ſe ipſum nõ punit ſed per alios. Quãdo vero ſeruare oportet, per ſe ipſum hoc facit. Quemadmodum, loquitur Chryſoſtomus in Acta homili. 43. adducens illa verba. *Ligate illius pedes, & manus, & mittite in tenebras exteriores*, Matthæi cap. 22. num. 2. *Vide*, inquit, *illic ſeruos, qui miniſtrant; quando autem beneficijs opus eſt, ſe ipſum benefactorem vocat. Venite benedicti Patris mei. Quando lo-*

Per alios Deus punit, per ſe ſeruat.

Mat. 22 n. 2.

Chryſo. in act. hom. 43

quendum cum Abraham; ipse adest, quando in Sodoma adeundum, seruos mittit. Et iterum. Euge serue bone, supra multa te constituam; & hunc quidem ipse benedicit, illum autem malum, non ipse, sed serui ligant. &c. An verò vt eos per homines acerbius puniat, cum mitior Dei manus, crudelior hominis, vt ostendit Dauid, cui optabilius fuit in Dei, quàm in hominum manus incidere. *Melius mihi est, vt incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius, quàm in manus hominum.* 2. Paralipomenon cap 21. num. 13. de quo Ambrosius in Psalmo. 37. *Elegit, non quod à flagello esset immune, sed quod moderatius iudicauit vt Dei lenitati magis qui nosset ignoscere, quam hominum se committere potestati qui mensuram vltionis frequenter excederent. Miseretur, itaq; qui nescit errare, non miseretur qui erroris est particeps.* Et alibi orans ipse Dauid, *Surge,* inquit Deus, *iudica terrã* Psal. 81. num. 8. Hieronymus. *Non dixit, judica per Angelos, iudica per ministros tuos, homines etenim, & Angeli ad comparationem tui crudeles sunt. &c.* Vnde ipse Dominus misserturus Ephraim, Deum se, non hominem asserit. *Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar, vt disperdã Ephraim; quoniam Deus ego, & non homo.* Oseæ cap. 11. num. 9. Idẽ Hieronymus *Homo ad hoc punit, vt perdat: Deus ad hoc corripit, ut emendet, &c.* Hæc sententia magis probatur ob rationem, quam suprà cap. 2. num. 14. simili in loco addidi.

Mitior minus Dei, crudelior hominis.

1. Paral. 21 n 13

Ambr. Ps. 37

Ps 81. 8 Mitior Angelis Deus in puniẽdo. Hieron.

Os. 11. n. 9. Homo puniens perdit, Deus corripit. Hieron.

7. Rasathaim cognomen est ab effectu inditum, id est, impietas, seu aflictio duplex, vel vt interpretatur Origenes, Humiliatio eorum. Existimat enim Israelitas ob superbiam, quã intumuerant, traditos in manus Chusan humiliandos: hæc enim digna superbiæ merces, humiliatio scilicet, & ignominia, quam præmij loco superba tulit Ierusalem. *Scelus tuum, & ignominiã portasti* Ezechielis cap. 16. num. 58. vt videre est in Prado. Idem enim in Scriptura est *Superbia*, quod *ignominia, contumelia,* siue *iniuria. Germinauit superbia* Ezechielis cap. 7. numero 10. Septuaginta *Surrexit contumelia. Respondebit arrogantia Israel in faciem eius.* Oseas. cap. 5. num. 5. Septuaginta. *Humiliabitur iniuria Israel.* Nihil enim in superbia eminens, nihil sublime,

Orig. Humiliatio ob superbiã puniuntur.

Ezec. 16 58. Prad. Idem in Scriptura superbia, quod ignominia. Ezech. 7 n. 10 Septuag. Os. c. 5. n. 5. Septuag. In superbia nihil sublime.

blime, omnia iacent, repunt omnia, & ideo Propheta pedem illi attribuit, caput nullum. *Nō veniet mihi pes superbiæ* Psalmo. 35. num. 12. Vbi Ambrosius, *Ideo pes errat superbi, quia caput non tenet, &c.* Contra vero humilitas tota capu. Chrysostomus Matthei cap. 23. Homilia 48. *Quid igitur caput virtutis? Humilitas certè. Qua propter ab ipsa incipit Christus, dicens: Beati pauperes spiritu: hoc caput, & si nec cæsariem, nec crines habeat, sic tamen pulchrum est, vt Deum ad se ipsum attrahat. Ad quem enim inspiciam, ait, nisi ad mitē, & quietum; & humilem, &c.*

Ps. 35. 12 Ambr. Superbia tota pes, nihil caput. Humilitas tota caput, sine crinibus pulchrum. Chrysos. Mat. 23. hom. 48

8 Itaque iuxta hanc sententiam, superbos Iraelitas tradit Deus in manus Chusan, vt in manus durissimi pædagogi, qui eos ignominiosis plagis erudiat: superbia enim puerile vitiū, ac proinde plagis puniendum, quas superbis Corinthijs, veluti pueris, minabatur diuus Paulus, *Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam* 1. ad Corinthios cap. 4. nu. 18. Chrysostomus *Ostendens puerilis animi esse arrogantiam, pueri enim absentia magistri fiunt socordiores.* Et diuus Thomas *Ostendit eos esse dignos correctionis flagello. Nam humiles solis verbis corriguntur, superbi flagellis indigent. &c.* Is enim superbiæ fructus. *Floruit virga, germinauit superbia* Ezechielis cap. 7. Quid enim aliud superbia, nisi virgas, & flagella parturiat, quibus vapulet, etiam à se ipsa, si carnifex desit alius, iuxta illud. *Cunctis diebus impius superbit* Iob. cap. 15. num. 2. Septuaginta *Omnis vita impij in solcitudine*. Aquila: *In dolore*: Alij *se excruciat, sibe ipsi dolori, & cruciatui est.* Vnde Chrysostomus Homilia 54. ad Antioch. *Quantam habet tristitiam superbus, æquo modo cruciatur, dum extollitur, innumeras sibi contumelias inferens, multum odij multū, inimicitiæ, liuoris multū, multū inuidi &c.* Meritó, vt dixerit Isidorus 2. sententiarum cap. 38. *Ibi superbia cadit, vbi & nascitur, vt non sit superbus aliud culpa, aliud pœna, sed ipsa culpa sit illi, & pœna, &c.* Origenis sententia, si ad solam superbiam referatur, mystica est, cúm hæc seruitus pœnā fuerit idololatriæ, vt patet ex ipso contextu, & obseruat Tertullianus in Scorpiaco.

Superbia puerile vitium. plagis puniēda. 1. Cor. 4 18. Chrysos.

Humiles verbo, superbi flagello corrigūtur. Ezec. 7. n. 10 superbia virgas germinat quibus vapulat. Superbi sui carnifices. Iob. 15. n. 2. Septuag. Aquil. Chrysos. hom. 54 ad Ant. Quot sibi ingerant mala superbi. Isidor. 2. sēt. c. 38. Orig. Tertul.

Seruieruntq; ei octo annis.

9. Peccatū nos facit seruos.

Hæc prima seruitus filiorum Israel, post aditā promissæ telluris hæreditatem vbi enim peccauerunt, libertas amissa, vt videre etiam licet in maledictione, qua Noe maledixit Chanaan. *Maledictus Chanaan filius, seruus erit fratribus suis.* Genescos cap. 9. nu. 25. Vbi Chrysostomus. *Peccatum vbi initiauit, libertatem perdidit, & corrupit potestatem naturæ datam, seruitutem que introduxit, &c.* Quo etiā alludit Ambrosius de Elia, & ieiunio cap. . *Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset, &c.* Humanæ ergo seruituti merito ad dicuntur, qui diuinam excusserant, soliti idolis, ac voluptatibus iampridē post ponere libertatem. *Vtinam,* inquiunt, *mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium,* Exodi cap. 16. n. 3. De quibus Nouatianus apud Tertullianum: *Diuinis mannæ epulis vilissimos Ægyptiorum cibos præferre ausi sunt, carnes iurulentas inimicorum, atque dominorum ante libertatē ponentes, digni sane, quos optata seruitus saginaret, quibus male displicuit, & melior, & liber cibus, &c.* Sed de his plura inferius.

Genes. 9 n. 25

Chrysost.

Ambr. Peccatores libertatē voluptatibus postponunt.

Exod. 16 n. 3.

Nouat. Epist. de cib. Iud. c. 4.

Et clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem, Othoniel vide licet filium Cenez.

Vers. 9.

Clamor hic, ardentissimā indicat orationem ex intimo corde, vt loquitur Caietanus, ac magno feruore profectam, vt saluatorem elicerent; non enim solebat Deus saluatorem ac iudicem suscitare nisi efficax, & communis præiret oratio, vt quantū Dei bonum sit bonus princeps, intelligeretur. Inde etiam Christus Dominus Ecclesiæ principes electurus, intensissimas integrā noctem preces effudit. *Et erat pernoctans in oratione Dei* Lucæ cap. 6. nu. 12. idest, in oratione ardentissima, atque celsissima. Eodem Hæbraismo, quo scriptura cedros

Caiet.

Optimū donū Dei bonus princeps.

Luc. 6. n. 12.

Christus ipse multū orat, vt optimū eligat principē.

cedros Dei, montes Dei, idest, maximos, & excelsos dicere consueuit, vt videri potest apud Barradam to. 2. libri 6. cap. 13. Neque solum orauit, sed pernoctauit in oratione: *Vt longa oratione*, inquit Salmeron, *ad impetrandos idoneos ministros nos indigere ostendat; &c.* Imo cū Apostolis orauit, quod alias semper solus fecisse legitur, vt notat Ambrosius; Quasi tanta res, tam cōmunis, communem, & vnanimem postulet oratiōnē. *Rogate ergo Dominum messis*, concludit alibi Christus, *vt mittat operarios*, id est pastores vita, & doctrina, vt explicat Caietanus in messem suam, Matthæi cap. 9. num. 38. *Per orationem enim, ac precem*, inquit Hilarius, *hoc nobis à Deo munus esse detur, &c.* In quo, vt notat Chrysostomus *significat magnitudinem doni ostendit, &c.* Solius enim Dei donum est princeps, saluator, & iudex; eique soli attribuitur. *Qui suscitauit eis saluatorem*, Deus enim siue vt ambitioni viam obstrueret, siue vt peculiarem illius populi curam gereret, institutionem Sūmi Pontificis sibi reseruauit, vt docet diuus Thomas 1. 2. quæst. 105. art. 1. ...

Barrad. t. 2. l. 6. c. 13.

Salm.

Nō solus orat Christus, vt optimū poscat principē.

Ambr.

Caiet. Matt. 9. 38.

Hilar.

Chrysos. hom. 33 in Math.

Solius Dei donū optimus princeps.

Text.

D. Th. 1. 2. q. 105. art. 1.

... vbi citat hunc locum ... regnare, & imperare.

Admiranda hic obiicitur Dei clementia, qui cūm iustissime esset iratus, ad vnum Israelitarum clamorem tā facile flectitur. Atque ideo videtur iratus, vt rogetur ignoscere. Quē admodum de Theodosio dixit Ambrosius in obitu illius: *Beneficium se putabat accepisse augustæ memoriæ Theodosius, cum rogaretur ignoscere. Et tunc propior erat veniæ, cū fuisset cōmotio maior iracundiæ, prærogatiua ignoscēdi erat indignatum fuisse. Et optabatur in eo, quod in alijs timebatur, vt irasceretur; &c.*

Saluatorem eum dicit, per quem Deus saluat; vt Interlinealis, & Augustinus quæst. 18. interpretantur. Ita iudices dicuntur 2. Esdræ cap. 9. *Dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium.* Non iam iudices vocat, non principes, nihil enim saluatoris titulo gloriosius. Certe Ioseph totius Ægypti iudex, ac princeps, imo rex constitutus, vt loquitur Chrysostomus, saluatorem se dici passus est, non regem, aut imperatorem. *Vocauit eum lingua Ægypti ac a saluatorem mundi*, Geneseos cap. 41. num. 45.

Saluare

2. Vnus clamor iunctū Deum flectit.

Optat Deus rogari.

Ambr.

3. Interl. August. q. 18.

2. Esd. 9. 27.

Nihil saluatoris titulo gloriosius.

Chrysos.

Gen. 41. 45.

Saluare gloriosius, quam regnare.

Saluare enim gloriosius, quã regnare, & imperare. Imò saluatoris, siue IESVS nomen, ipsius Dei, & creatoris nomine gloriosius est, ac venerabilius. Vnde cum Diuus Paulus in terram prostratus à Christo quæreret, *Quis es Domine?* Respondet: *Ego sum IESVS quem tu persequeris*, Actorum cap. 9. num. 5. Beda. *Non Deum, vel Dei filium se vocat. &c.* seu, vt loquitur diuus Gregorius, *non ei à Domino respondetur: Ego sum Vnigenitus Patris, ego principium, ego Verbum.* Et infrà. *Prosternens igitur te, nequaquã tibi astruo, quòd ante sæcula Deus sum:* sed, vt ait Bernardus. *Ego sum Saluator, quem tu persequendo petis; &c.* quasi amplior, & augustior esset saluatoris, quàm Dei nomenclatura, vt videre est apud Abulensem Exod. 20. quæst. 7. *Quia* inquit, *nomen IESVS est solũ nomen, in quo saluamur, vt patet Actorum cap. 3. Nomen verò Deus, licèt nomen magnum sit, non est tamen nomen in quo saluamur, &c.* Eadem subijcit de nomine Creatoris. Idem concludit Salmeron tom. 3. tractatu 37. *Plus est*, inquit, *saluator, quã creator, siquidem plus est suscitare mortuum ad vitam, quàm viuum generare, &c.* Et vt ait Hieronymus in Epistola ad Romanos cap. 1. *Nihil dignius creatore, quàm creaturæ suæ curare salutem.*

Iesu nomen, Dei nomine, venerabilius, & gloriosius.

Act. 9. 5.

Beda.

D. Greg.

Bern.

Abul. Exod 20 q. 7.

In Iesu nomine saluamur

Salm. t. 3. tra. 37

Hieron. ad Rom. c. 1

Hinc est, vt altius Deũ extollat, perfectiusque cõmendet qui saluatorem, quam qui Deum dicit, vel creatorem. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem* Psalmo. 8. num. 3. Quæ prophetia impleta est, cũ pueri clamabãt in templo, dicentes *O sanna Filio Dauid* Matthæi cap. 21. num. 15. Num igitur minus perfecta laus Angelorum laudantium, & dicentium, *Gloria in altissimis Deo* Lucæ cap. 2. num. 14. quam puerorum in templo clamantium *Osanna Filio Dauid.* Lyranus in Psalmum citatum *Diuinitas Christi fuit confessa ab Angelis cõfessione laudis ab hora natiuitatis, sed laus ista fuit perfecta, quando pueri in templo clamabant confitentes diuinitatem Christi O sanna id est, salua obsecro in excelsis: salutẽ enim nullus dat, nisi Deus, &c.* quasi dicat, Perfectior fuit puerorum laus quàm Angelorum, quia hic Deum tantũ modo, illi verò saluatorem appellabant, quamquam nec Angeli quidem ab huiusmodi laude abstinuerunt,

4 Plus De Saluatoris, quã Dei nomine cõmẽdatur

Ps. 8. u. 3

Mat. 21. n. 15.

Perfect laudant pueri Saluatorẽ, quã Angeli Deum vocãtes.

Luc. 2. n. 14

Lyran. Ps. 8.

runt; cùm Euangelia pastoribus adportarunt: *Natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus* Lucæ. c. 2. num. 11. vbi saluatoris nomen Christi, ac Domini titulis præposuere. Dictus enim ab ijs saluator Christus Dominus. *Quorum primũ* Græcus inquit auctor in Catena, *id est, saluator, est actionis. Tertiũ autẽ scilicet Dominus, maiestatis, &c.* Sed pace illius dixerim, Prius ab Angelis dicitur saluator, quàm Dominus, quia maiestatis plenior saluatoris, quàm Domini titulus. Ideo enim in circumcisione saluatoris nomine insigniri voluit, vt maiestaté circumciso, ac pañoso in corpusculo delitescentem indicaret, auctore diuo Bernardo sermone. 1. in circumcisione, *Circumcisio,* inquit, *veritatem probat susceptæ humanitatis, & nomen, quod est super omne nomen, gloriam indicat maiestatis, &c.* Fuit hoc nomen, veluti commodato, iudicibus inditum, dũ versus *saluator* expectabatur, cuius proprium, cui innatum, ac veluti gentilitium erat. *Vocatum est nomẽ eius IESVS, quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur* Lucæ cap. 2. numm. 21. Idem Bernardus, *Vocatum planè, nõ impositum, nempe hoc ei nomen ab æterno: à natura sua propria habet, vt sit saluator: innatum est ei hoc nomen, non inditum ab humana, vel angelica creatura, &c.* Quia verò multos amat habere nostræ salutis administros: nec partito cum alijs honore decrescit. Quodcumque dicitur, vt ait Hieronymus in Abdiã, suis tribuit, vt dicantur: sic ipse saluator Apostolos suos mundi esse voluit saluatores.

Luc. 2. n. 11. Saluatoris nomẽ Domini titulo præpositum.

Saluatoris titulus maiestatis plenior, quã Domini.

Bern. ser. 1. Circ.

Christo innatum nomẽ IESVS.

Luc. 2. n. 21.

Bern.

Christus sui nominis gaudet habere cõsortes.

Et liberauit eos.

5\. In Hebræo, *Saluauit eos* ab eadem radice, à qua nomen saluatoris. Et est hyperbaton, vt notat etiam Augustinus. q. 18. Nam prius liberatio, quám pugna describitur, cum hæc illam præcesserit; vt significetur, opinor, præcipuũ munus, scopus ve saluatoris: cuius erat, non tamde hostibus triumphare, quã populum liberare. Quem admodum Abraham, qui nobili parta victoria, cum Loth, ex hostium manibus liberasset, trophæum nullũ erexit, vt suprá attigimus ex

August. q. 18. Saluatoris scopus liberare, non triũphare.

Chrysost. hom. 35. Liberare tropheū est, saluator triūphus. Triumphāt Apostoli cum infideles cōuertūt. *2. Cor. 2 n. 14* *Ambr.*

ex Chrysostomo homilia 35. quia liberare, trophæum illi erat; populum saluare, triumphus. Ita Deus, & per illum Apostoli triumphare dicebantur, cum gentes ab infidelitatis tyrānide liberatas sub fidei iugum mitterent. *Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo IESV*, 2. ad Corinthios c. 2. nu. 14. Vbi Ambrosius. *Hoc est Deum per Apostolos triumphare in Christo, victores illos facere in fide Christi, vt calcata perfidia, trophæum habeat fides, dum ex perfidis fiunt fideles, &c.* Idem Apostolus insignem victoriam, ac triumphum censet vel vnū é proximis aliquem ad salutem reducere, illis verbis ad Romanos cap. 12. num. 21. Diuus Anselmus. *Tu vicisti, & de peccato ad salutem lucrando proximum triumphasti &c.*

Rom. 12 n. 2. Anselm.

6 Ea de causa nulla hic in tanta victoria prædæ, vel spoliorum mentio, quia Othonieli prædæ loco, & spoliorum fuit suorum saluatio, quos non ab hostiū modo, sed ab idolorum etiam, dæmonumque tyrānide liberauit. Hæc eadē futura Christi saluatoris spolia prædixerat Isaias. *Voca nomen eius, accelera spolia detrahere, festina prædari* cap. 8. num. 3 Hieronymus: *Vt puer natus velociter spolia detrahat, vt cito prædetur, hoc est ne vltra patiatur regnare diabolum: Nec mittat Angelos, nec prophetas, sed ad saluandas creaturas suas ipse descendat, &c.* Tunc enim *accipit virtutem Damasci, & spolia Samariæ, cum Magos Orientis exuuias, & non prælio, & armis ad se puer bellator adduxit.* vt explicat Tertullianus aduersus Iudæos. *Spolia sunt facti Samariæ, id est idololatriæ credentes videlicet, in Christo.* Idem cecinit Dauid, cum ait. *Ascendisti in altū, cepisti captiuitatem*; in Hebræo. *Præda tui es prædam.* Psalmo 67. num. 19. Vbi Diuus Hilarius. *Accepit eos, qui à Diabolo erant capti, quos, & ad pulchritudinem domus spolia diuisit, &c.* Alludens ad illud Psalmi eiusdem: *speciei domus diuidere spolia.* Vt enim domorum postes victorū spolijs ornabantur, iuxta illud poetæ: *Barbarico postes auro, spolijsque superbi*; Ita cælorum portæ animarū, quæ saluæ fiunt, spolijs decorantur. *Vnde Christus secum latronē perduxit in Paradisum*, inquit Chrysostomus homelia de cruce, & latrone, *non confundens, calcantibus latronis*

Christi spolia hominū salus. *Isai. 8. n. 3.* *Hieron.* *Tertul. adu. Iud. c. 9.* Puer bellator in præsepio Spolia adducti reges. *Ps. 67 n. 19.* *Hilar.* Infidelibus conuersis domus Dei ornatur. *Ps. 67.* *Virg. 2. AEneid.* Peccatōres exlū nō infamāt, imo decorāt.

tronis pedibus Paradisum; scil. honorem præstans paradisonam & cum publicanos, & fornicatores ad Cælorum Regnum introduxit, non celorū regnum infamauit, sed etiam magis honoribus ampliauit &c. Eoque videtur angeli respexisse, cum alterius epinitium concinebit: *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales.* Psalmo 23. n. 7. In hebræo, *Eleuate portæ capita vestra*, idest, vos attollite, extollite, & magnificentius exornate; tunc enim superbæ quodammodo spolijs factæ sunt, cum animarum, quas Christus referebat, exuuijs sunt ornatæ. Vide Amb. 4. de fide cap. 1. *Nō mutantur,* inquit, *Sed eleuātur, quia non vnus homo, sed totus in omniū redemptore mundus intrabat &c.*

Ps. 23. n. 7. In ascensione portæ cæli sordijs Christi superbiores factæ.

Ambr. 4 de fide c. 1.

Euth. 7. Ecclesiæ ornamentum animæ, quæ conuertūtur.

Quod si speciem domus ad Ecclesiæ referas ornamētum cum Euthimio, quibus illa alijs, nisi animarū, quæ conuertuntur, torquibus, ac monilibus exornatur? Ad quam Deus per Esaiām. *Viuo ego dixit dominus, quia omnibus his, vel vt ornamento, vestieris, & circumdabit tibi eos quasi sponsa.* Cap. 49. n. 18. Vbi sermo de vocatione gētium. Vatablus. *His enim ornabitur Ecclesia sicut sponsa torquibus, & monilibus ornari solet &c.* Vnde etiam Christus Dominus Lucæ cap. 18. gaudens imponit in humeros ouem, quasi torquē, vt Explicat Salmeron tomo 7 tractatu 25. *Vt humeris,* inquit, *Gestamus torques aureos in ornamentum, ita Christus nos super humeros gestat, vt tanta præda ditatus, & ornatus appareat coram Patre &c. Torques autem,* inquit Ambrosius in obitu Valentiniani, *Insignia esse victoriæ dubitari nō potest, cum ij, qui in bello fortiter fecerint, torquibus honorētur. &c.* Nō dissimili sensu, quæ saluantur militaria quædā Christi dona dicuntur. *Accepisti dona in hominibus* Psalmo 67. *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Psalmo 2. n. 8. Vbi, iuxta Hilarium, amplissime se ditatum, siue donatū, saluator, æstimat, in ijs, quos saluat, & liberat. Hoc lucrū, hoc fænus reputat suum, quo fraudari grauiter dolet. *Nō fæneraui,* inquit Deus; *Nec fænerabit mihi quisquam,* Hieremiæ ca. 15 n. 10. seu vt vertunt septuaginta. *Non profui, neque profuit mihi quisquam,* Hieronymus. *Salus enim creaturæ lucrum est creatoris &c.* Quam alibi mercedem suam appellat. *Afferte mercedem meā* Zachariæ cap. 11. n.

Isa. 49. n. 18.

Vatab.

Luc 18. Peccatores redacti Christi torques.

Sal. t. 7. trat. 25.

Ambr.

Animæ, quæ saluantur, militaria Christi dona.

Ps. 67.

Ps. 2. n. 8.

Hilar. Christi diuitiæ sunt ij, quos saluat.

Hiere. 15 10.

Septuag. Hieron.

Zach. 11 n. 12. Tota Christi merces, peccatores.

11. n. 11. Rupertus. *Hæc est tota merces pastoris huius, & in hoc bene muneratum se esse gratulatur, si grex, quem pascit, requirat, & custodiat legem, & iustificationes eius.* Ita etiam loquitur Diuus Bernardus 4. ad Eugenium de illis pastoribus, idest Apostolis, qui nihil sibi reputabant indignum, nisi quod saluti ouiũ obuiam iret. *Vnus*, inquit, *erat de subditis questus, vna pompa, vnaque voluptas, si quomodo eos possint parare Domino plebẽ perfectam &c.* Hinc est, vt Diuus Paulus, cui alioqui mori lucrum, & esse cum Christo, lucri huius, ac mercedis auarus a morte, ac periculis liberari contenderit, Cæsarem appellans, ac Romam ire festinans Actorum cap. 25. n. 10. *Cuiusnam rei causa*, inquit Chrysostomus homilia 7. de laudibus Diui Pauli, *Procul dubio, vt diutius prædicationi insisteret: cum que multis hinc credentibus atque omnibus coronatus iret ad Christum: iam profecto metuebat, ne pauper hinc, atque inops multorum salutis abscederet, &c* Animarum videlicet margaritis ornari, locupletari que volebat: quibus plenæ sponsi manus commendantur: *Plenæ hyacinthis* Canticorum cap. 5. n. 14. Philo Carpatius. *Propter gentium ad se conuertendarum multitudinem &c.* Nihil igitur mirum si in hac Othonielis victoria nulla fiat spoliorum mẽtio, cum saluatori spolia, seu diuitiæ sint animæ, quas lucratur.

Nihil apostolis indignum nisi, quod saluti animarum obuiat.

Bern. 4. ad Eug.

Act. 25. n. 10.

Mors fugiẽda pro animarũ lucro.

Chrysost. hom. 7. de laud. D. Paul.

Paulus timet mori pauper animarum.

Prædicatorũ Margaritæ animæ reductæ.

Cant. 5. 14.

Phi. carp.

8. *Othoniel videlicet filium Cinez, fratrem Caleb minorẽ.* Septuaginta. Pagninus, & alij, *fratris Caleb minoris.* Erat enim ex fratre nepos, qui etiam in scriptura dicitur frater, vt videri potest apud Maldonatum ad illa verba. *Ecce mater eius, & fratres.* Matthæi cap. 12. n. 46. Interlinealis. *Cuius familia, cuius nobilitatis sit ostenditur &c.* Id, quod faciunt & sacri, & profani scriptores, vt, quemadmodum loquitur Chrisologus sermone 49. *Ad honorem præsentium accedat dignitas antiquorum, & laus patrũ filiorum redundet ad glorĩa &c.* Dicitur vero frater Caleb viri Sanctissimi, maioribus alijs prætermissis; quemadmodum Elisabeth dicitur vxor Zachariæ de filiabus Aaron. Lucæ cap. 1. n. 5. Idẽ. *Merito prætermissis omnibus, eius filia dicitur, cuius in se memoria prætulit sanctitatem &c.* Et Paulinus Epistola. 10. *Laudaturus vitam, genus ante laudauit, vt venerabilier existeret,*

Tert. Septug. Pagn.

Qui dicantur fratres in scriptura.

Mald. Mat. 12. n. 46.

Interl.

Patrum laus ad filios redũdat.

Chrysol. ser. 49.

Illiuetri filij, in quibus splendet paterna virtus.

Luc. 1. n. 5. Idem Chrysol.

ret, qui sanct is parentibus respō deret sanctitate ingenita &c. Describitur ergo Sanctorū nobilitas, non quod illa gloriarentur, quod ignobilitatis potius existimabant. Vt Diuus Paulus, qui cum genus suum dicere cogeretur, ita loquitur *Secundum ignobilitatem dico* 2. ad Corinthios cap. 11. n. 21. Ambrosius, Primasius, Hieronymus. *Ignobilitas maxima est, si quis filius Dei de terrena nobilitate se iactet &c. Mala enim nobilitas, quæ se per superbiam apud Deum reddit ignobilem*, Vt loquitur Augustinus sermone 127. de tempore, sed ideo describitur, vt quemadmodum ait Paulinus de Sancta Mellania loquens, *Quo magis confunderetur iste mundus, qui talibus titulis gloriatur, vt quo vanitas hominum, ad contemptum Dei vtitur, ista potius ad contemptum mundi vteretur, &c.* Et Bernardus Epistola 113. ad Sophiam Virginem: *Benedicta tu in nobilibus, quæ, pro gloria certantibus cæteris, de contēptu gloriæ gloriosius sublimaris, & sublimiùs gloriaris: insignior plane, atque illustrior, quod de paucis facta est, quam quod orta de magnis, &c.*

Nobilitate gloriari ignobilitas.

2. Corin. 11. n. 21. Ambros. Primas. Hieron.

Per superbiam ignobiles efficimur apud Deū. August. ser. 127. de temp.

Paul. de S. Mel.

Bern ep. ep. 113. De contēptu gloriæ summa nobilitas

9. Deinde ostenditur verā nobilitatem non tam amaiorum imaginibus, quam a moribus deriuari. Vnde describens genus Seth. *Vixit Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem, & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth.* Geneseos cap. 5. n. 3. *Quod tamen non dixerat de Cain*, vt notat ibi Chrysostomus, *Secundum imaginem suam, hoc est eorundem morum, quibus ille, qui genuerat; & qui seruet paternos characteres, operibusque paternos mores exprimat &c.* Quos obscurauit, atque deleuit Cain, de quo Philo de vera nobilitate. *Quid huic profuit nobilitas generis ignobilē præ se ferenti animum &c.* Nam, vt ait Cæsarius homilia 4. *Sine causa a foris, vel genere, vel honore conspicuus, qui non est intus ingenuus &c.* Quare cum Iudæi filios Abrahæ se iactarent, degeneres ab illo mores Christus obiecit. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite* Ioannis ca. 8. n. 39. *Non enim Deus*, inquit Cirillus in Amos cap. 9. *carnalem nobilitatem studiosis actionibus destitutam agnoscit.* Et infra: *Apud Deum quippe nobilitas censentur boni mores, cum religione maiorum contendere solitis, &c.* Vnde Hieronymus ad Demetriadem. *Nobilitatis ad hoc tātum memineris, vt cum claritate generis morum sanctitate contēdas,*

Vera nobilitas nō a maioribus, sed à moribus deriuatur.

Genes. 5. n. 3.

Chrysost.

Non prodest nobilitas vbi deest optima vita.

Phil. Cæsar. hom. 4.

Ioan. 8. 39.

Cyril. in Amos 1. 9.

Boni motas nobilitas apud Deum.

Hieron. Morum sanctitas cum nobilitate sanguinis.

das, & cum nobilitate corporis animi virtute proficias: magisque illa nobilitate glorieris, quæ filios Dei, & cohæredes Christi facit &c. Hos enim solum nobiles appellat Hieremias *Facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt* Threnorum. cap. 4 n. 16. Ambrosius legit, *Et nobilibus misericordiam non dederunt*, Additque, *Qui erant nobiles, nisi qui nō obscurant hanc vitam, sed in lumine Sanctitatis egerunt &c.* Vt enim ait Cassiodorus 5 Variarum cap. 12. *Hæc est indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata &c.* Merito igitur Othoniel iudex, ac Princeps a Deo perficitur, qui genere nobilis, nobilior moribus: *Beata enim terra, cuiux rex nobilis.* Ecclesiastici cap. 10. n. 17. Lyranus idest *moribus & genere*; de hac enim nobilitate dicit Gregorius Quando altera alteri copulatur quasi gemma carbunculi in ornamento sociatur auro.

Soli nobiles, qui filij Dei per virtutem, *Thren.* 4 16.

Ambr. ps. 118.

Cassiod. 5 *Var.* 12. Indubitata nobilitas est, quæ moribus ornatur.

Ecclesio n. 17. Beata terra cuius rex nobilis virtute.

Lyran. *Greg.*

() ()
()

Fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel: egressusque est ad pugnam &c.

Versus 1.

Spiritū prophetiæ Caldæus intelligit: *Mansit*, inquit, *Super eum spiritus prophetia &c.* Is enim datus aliquādo illis qui ad Rempublicā sedent, vt impendentia mala præuiderent, ac prouiderent. Eo videntur afflati Septuaginta illi seniores, quos Moyses elegit. *Cum requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt.* Numerorum cap. 11, n. 25. Vbi Oleaster. *Mirū valde est quare detur rectoribus spiritus prophetiæ, vt scilicet futura prænoscant, & prædicent: præcipuum munus principis est diuinare, vt prouideant malis, antequam veniant &c.* Eandem de se existimationem haberi voluit Ioseph. cum fratres furti arguens. *An ignoratis*, inquit, *quod non sit similis mei in augurandi scientia?* Geneseos cap. 44. n. 15. in hæbreo. *An non nostis quod diuinando diuinat vir, sicut ego?* Caietanus, *Nō sunt verba præferen-*

Chald.

Præcipuū munus principis diuinare.

Num. 11. 25.

Oleast.

Genes. 44. 15.

ferentis se alijs, sed dicentes communem esse diuinationem sui similibus: modeste eloquitur, quod principibus qualis est iste, non deest diuinatio &c. Inde est, vt Regibus etiam infidelibus spiritum quendam prophetiæ per visiones, ac somnia Deus impertierit, vt Pharaoni Geneseos cap. 4. n. 1. Nabucdonosor. Danielis capit. 2. n. 1. quia principis est, vt aliqui obseruant, de Reipublicæ cōmodis somniare. Vnde etiam Salomon per somniū postulat, non quæ sibi, sed quæ reipublicæ salutaria 3. Regum capite 3. n. 9. de quibus Procopius Epitome in Isaiam, Par enim fuit eos, qui alijs præerant, in mundanarum rerum statu futura conspicere, vt eos haberent obtemperatiores. Tunc enim subditi obediunt prōptius, cū in superiore maius humano quoddam, diuiniusque suspiciunt.

Genes. 4. n. 1

Dan. 2. n. 1.

Principes de Reipublicæ commodis debent somniare.

3 Reg. c. 3. n. 9.

Procop. epist. in Isai.

Principis vigilantia subditos reddit ob temperatiores.

2 Potest etiam per spiritū Domini intelligi virtus illa, quæ fuit in Othoniele ad ea, quæ spiritus, ac religionis erant promouenda ac cæteris præferenda. Qua ratione Deus vocat Iosue *Virum in quo est Spiritus* Numerorum cap. 27. num. 18. Vbi Caietanus, *Per hoc virtus principis insinuatur præcipua, co[n]sistens in spiritu, hoc est, in studio ad spiritualia, ad ea, quæ Dei sunt præferenda omnibus, quæ carnis, & quæ mundi &c.* Hoc enim est spiritus proprium. Vnde Diuus Paulus scriptam spiritu epistolam vocat Corinthios, quibus spiritualia, & æterna prædicando insculpserat, non temporalia. *Epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui* 1. Corinthio. cap. 3 n. 10. vbi Anselmus, *Quoniam æterna sunt, quæ nobis promissa, idcirco Dei spiritu, qui semper est, dicitur scripta hæc Epistola, temporalia autem atramento scribuntur, & quod obliteratur, & perdit memoria &c.* Atque ideo supra cæteros eleuantur principes, vt se, ac suos in Cælestes eleuent mores, non vt ad temporalia deprimantur. Ita explicat Caietanus illa verba *Attollite portas, Principes, vestras, & eleuamini, portæ æternales* Ps. 23. n. 7. Vbi portarū nomine primates intelligit, quibus ostia ad salutē, æternitatēq; pandentibus, cæteri ingrediantur. Et ex Heb. legit *Eleuate ianuæ æterni hoc est* inquit, *secundum officium aperiēdi, vel claudēdi, ad id, quod est*

Numer. 27. 18.

Caiet.

Principis est spiritualia téporalibus præferre.

Epistolæ sanctus a spiritu Dei scriptæ.

2. Corint. 3. n. 10. Anselm.

Ps. 23. 7. Caiet.

Principes & prædicatores cæli portæ.

Principis officium cæli portas aperire fablitis.

est perpetuitatis: non quanto habetis officium portarum ad bona temporalia, ad honores, ad dominia dignitates &c. Vnde etiam Christus Dominus cuidam roganti, quid diceret fratri suo, vt secum diuideret hæreditatem. Respondet *Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos.* Lucæ cap. 12. n. 14. Vbi Ambrosius. *Bene terrena declinat, qui propter diuina descenderat; nec iudex esse dignatur litium, & arbiter facultatum,* & infra: *Vnde non immerito refutatur qui dispensatorem cælestium gestiebat corruptibilibus occupare &c* Cæterum verius est per Spiritum Domini nihil aliud hic intelligi, quam Spiritum fortitudinis, ac sapientiæ, quæ iudici magis necessariæ, tum ad pugnandum, tum ad iudicandum, vt placet Caietano, & Abulensi, colligiturque ex sequentibus.

Luc. 12. n 14.

Ambr.

Non occupãdi rebus terrenis, qui cælestia tractant.

Caiet. Abulens.

Et Iudicauit Israel.

3

BIfariam, primo illum ad pænitentiam exhortando, vt abiectis idolis ad cultum Dei reuerteretur. Ita Samuel dicitur iudicasse, cum eius hortatu filij Israel conuenerunt in Masphat *Hauseruntq; aquam, & effuderunt in conspectu Domini.* 1. Regum c. 7. n. 6. *Quemadmodum enim,* explicat Caiet *aqua sic abijcitur, quod nihil eius remanet in vase, non odor, non color, non sapor, ita monstrabant se sic abdicare idolatriam, vt nihil eius in ipsis remaneret &c.* His peractis, addit scriptura: *Iudicauitque Samuel filios Israel.* Idē Caiet. *Exinde incepit esse iudex, qui prius fuerat dūtaxat propheta, &c* - Quasi potissimum iudicis munus esset, populum ad pænitentiam excitare: Ad id vero recte obeundum necessarius fuit in Othoniele Spiritus Domini, cuius proprium peccata remittere. Ioannes capit 20. n. 23. Et suggerere quæ docentur. *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* Ioannis capit. 14. nu. 26. Quorsum enim docente, ac dicente Christo opus adhuc erat Spiritu suggerente? Toletus. *Ne discipuli prædicationi suæ futuræ tribuerent hominum conuersionem, & fidem, sed Spiritui indiuisibiliter docenti &c.*

1. Reg 7. n. 6.

Caiet.

Abiectorum peccatorum nulla maneant vestigia.

Ibidem. Caiet.

Præcipuum principis munus populum ad pænitentiam excitare.

Ioan. 20. 23.

Ioan. 14. 26.

Spiritus Sanctus, non homines conuertunt.

Neque id Spiritus Sancti donum fuit tantum Othonielis, sed etiam Israelitarū, quatenus illū pænitentiæ clamoribus, ac gemitibus

2

bus

Amat ſpiritus pænitentes, & gementes.

bus excitarunt. Amat enim Spiritus pænitentes, iiſque, qui ingemiſcunt; libenter effunditur, præſertim in lege gratiæ: Non ſolebat olim Spiritus Domini, niſi in lætos, atque hilares inſilire: hinc Samuel ad Saul: *Obuiũ habebis gregem prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium & cytharam, ipſos q; prophetãtes, & inſiliet in te Spiritus Domini* 1. Regum cap. 10. n. 5. Brixianus. *Præcedebant eos varia muſica instrumenta Quod Spiritus Dei non inſiliet in eos qui mæsto ſunt corde, ſed hilares.* At nunc in mæſtos, ac pænitentes inſilit, ac gemẽtes: hi ſunt Spiritus Sancti veluti lyræ, hæc illius muſica inſtrumenta. *Ipſe enim Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Rom. 8. n. 26. Vbi Toletus, & alij apud Iuſtinianum volunt Spiritum Sanctum poſtulare, atque ingemiſcere in nobis tanquam inſtrumentis, addo muſicis, cuiuſmodi pænitentes: Magdalena de qua notum illud Chryſologi ſermone 93. *Organi planctus dat clamorem, cytharam ſper ſuſpiria modulatur, gemitus aptat in fiſtulam.* Vt enim ait Origenes homilia 23. in Numeros. *Agit feſtum Spiritus Sanctus, cum in his, qui conuertuntur, videt ſibi templa parari &c.* Nam aliter contriſtatur, iuxta illud Diui Pauli, *Nolite contriſtari Spiritum Sanctum*, ad Epheſios cap. 4. n. 10. Vbi Ambroſ. *Gaudet Spiritus Sanctus ſaluti noſtræ, non ſibi, qui non indiget lætitia &c.*

1. Reg. cap. 10. n. 5. Gementes ſpiritus Diuini Lyræ, & muſica. Brix.

Tolet. Iuſtin.

Chryſol. ſer. 93. Spiritus pro nobis poſtulat multis gemitibus.

Feſtum Spiritus Sancti pænitentes.

Epheſ. 4. n. 30. Ambr.

5

2 Iudicauit Iſrael iure dicẽdo, quod niſi Spiritu Domini dictante, ſincerum, ac prudens eſſe non poteſt. Ita nobile illud Salomonis iudicium, diſceptantibus ſuper filio meretricibus, per Spiritus Sancti munus emicuit 3. Regum cap. 3. Ita Suſannæ innocẽtia per Spiritum Sanctum pueri Danielis affulſit Danielis cap 13. de qua Ambroſius 3. de Spiritu Sancto cap. 3. *Illa, quæ maluit innocẽtiæ ſubire periculum, quam pudoris: quæ cũ damnaretur ſilebat, conſcientiæ ſuæ contenta iuditio, quæ reuerentiam pudoris, etiam in periculis reſeruabat, Vbi Dominum inuocauit, Spiritum meruit, qui latentem preſbyterorum conſcientiam reuelauit &c.* Denique ipſe Dominus omnium iudex in Spiritu non ſolum iudicat, ſed etiam vindicat. Antichriſtũ enim interfici et ſpiritu oris ſui, vt videre eſt apud cit. Amb. *Magna ergo laus*, inquit, Origen. homi

Prudens iudicium, Spiritu D. nõ afflante, proferri nequit. 3. Reg. 3.

Dan. 13. Ambr. 3. de Sp. Sanc. c. 3.

Deus per Spiritum iudicat & vindicat.

lia 3 *primi huius iudicis Othoniel refertur, quod spiritus Dei factus est super eum, & per spiritum Dei iudicabat, quod ego de alio quouis dictum non valde memini &c.*

6 Principis ornamentum iustitia

Pulcherrimũ principis ornamentum, atque insigne est iustitia, & iudicium; quo se magnifice ornatum gloriatur Iob. *Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate, iuditio, meo* cap. 29. n. 14. Vbi vide Pinedam. Eodem ornandũ Christũ prædixerat Isaias. *Et erit iustitia cingulũ lũborum eius* c. 11. n. 5, vbi Procopius, *Nullũ omnino eorum, quibus sibi placẽt homines, insigne maiestatis habiturus est sed pro regio cingulo auro, & gemmis insignito iustitia & veritate succinctũ iri pollicetur &c.* Vnde perperã illi apud eundẽ Isaiam, externa tantum in principe mirantur insignia. *Vestimentum tibi est; princeps esto noster* cap. 3. n. 6. *Nam*, vt ait Basilius, ibi *Verus princeps non per hæc externa insignia internoscitur, cuiusmodi sunt purpura, torques & diadema; sed per id, quia in primis virtutem obtinet principe dignum &c.* Hoc ornamento Spiritus Sanctus Apostolos induit, cum eos constituit principes super omnẽ terrã; ad quos Christus. *Vos autẽ sedete in Ciuitate, quoadvsq; induamini virtute ex alto* Luc. ca. 24. n. 49. id est, vt explicat Caiet. *Quoad vsq; adueniens Spiritus Sanctus, tanta vos virtute repleat, vt virtus diuina sit vobis tanquã indumentũ &c.* siue, vt corona quomodo *sedit, super singulos eorum* Actorũ cap. 2. n. 3. Cyrillus Catechesi 17. *Sedit super illos, vt nouæ corona spirituales per linguas igneas imponantur capiti illorũ. &c. Sic enim spiritus Domini ornauit Cælos.* Iob cap. 26. n. 13. Id est, *Apostolos*, vt explicat Hieronymus. Sic & Othonielem exornauit: & quidem par erat ita exornari eum, qui alios iudicaturus erat, vt qui inter cæteros dignitate, virtute quoque emineret. Aliàs enim, vt ait Bernardus 2. ad Eugenium. *Monstruosa res est gradus summus, & animus infimus: sedes prima, & vita ima.* Et vt Saluianus. *Nihil est turpius, quam excellentem esse quemlibet culmine, & despicibilem vita: quid est enim aliud principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine &c.* Inde dicitur ad Ezechiel. *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel.* capite tertio num. 16. Origenes. *Oportebat non esse similem captiuis speculato*

Marginal notes: Iob. 29. n. 14. — Pined. — Isai. 11. n. 5. — Procop. — Isai. 3. n. 6. — Verum principem non faciũt externa insignia, sed virtutes. — Basil. ibi. — Regum in primis decet virtus. — Luc. 24. n. 49. — Caiet. — Virtus corona regũ. — Act. 2. n. 3. — Cyril. Cateh. 17. — Apostoli cæli uocantur. — Iob. 26. n. 13. — Hieron. — Bern. — Monstrum est eminere dignitate, non virtute. — Saluian. — Ezech. 3. n. 16. — Qui sublimis dignitate, sit & moribus sublimis.

latorem, sed aliquid istis superius neque affectum esse sicut & illi, sed separatum eleuatum, & velu ti de specula contemplantem illorum proprietates, &c. Et Gregorius. *In alto debet esse per vitam, vt prosit per prouidentiam. &c.*

7. Quod vero in spiritu mansuetudinis iudicauerit supra vidimus, vbi iudices Christi Domini typos fuisse, ostendimus, quāuis Christus eo nomine mitior, quod vel a iudicis nomine abhorruerit, *Qui*, vt ait Ambrosius in obitu Theodosij, *Carne suscepta maluit in hunc mundum redemptor venire quam iudex, &c.* Imo neque Spiritum Sanctū ignis specie, vt in Apostolos, sed columbæ effigie in se descendere voluit, ne quem ignis specie deterreret, vt docet Gregorius homilia 30. in Euangelia. *In columba super eum apparere debuit spiritus, qui non veniebat, vt peccata iam per Zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret &c.* Inde etiam est, quod vnctio Spiritui Sācto sæpe tribuitur, & Reges prophetæ ac Sacerdotes inungebantur oleo, misericordiæ symbolo. Chrysostomus ad Philip. 1. sermone 4. *Ostendebatur spiritum propter misericordiam venturū esse in hominē &c*

Christi mansuetudo iudicis nomen horret.

Ambr. in obit. Theod.

Gregor. hom. 30. in Euang

Vnctio olei in regibus misericordiæ symbolū.

Chrysost. ad Phil. serm. 4.

Text.

Egressusq; est ad pugnā

8. En boni iudicis partes nō in solio, atq; in ūbra deside re, sed in solē, ac puluerē de silire. *Virtus enī*, vt ait Tertullianus, *duritia extruitur; mollitia vero destruitur &c.* Et *Spiritus Sanctus*, inquit Chrysostomus ad Hebræos homilia 34. *In animam mollem, & dissolutam pati non potest, vt permaneat &c.* Adulterini principes ad honores aduolant, non ad labores: veri germanique ē contra, in labores irruunt, non in honores, de quibus Chrysostomus homilia 7. de laudibus Diui Pauli. *Irruit Ozias sed lepra cō maculante punitus est; irruit etiā Simon sed reprobatus est. Irruit vero etiā Paulus, sed apostolatus gloria coronatus est. Non enim in sacerdotium, nec honorem sed in ministerium irruit, atque labores &c.* De quibus alibi tantopere gloriatur. *Abundantius illis omnibus laboraui* 1. ad Corinthios cap. 15 n. 1 Bernardus 4. ad Eugenium. *Nō ait plus omnibus fructificaui, verborum insolētiā religiose vi ans.* Et infra. *In laboribus potius, quam in profectibus gloriandum putauit &c.* Id proprium saluatoris, qualis Othoniel suo la-

Virtus duritia crescit, mollitia perit.

Tertul.

Chrysost. ad Hebr. hom. 34.

Optimi principes ad labores aduolant, non adhonores, & e contra.

Chrysost. hom 7. de laud. D. Paul

De laboribus, non de dignitatibus debemus gloriari.

1. Corint. 15 n. 10.

Bern. 4. ad Eug.

Proprio labore alior um salus emē da.

labore, suo periculo suorū salutem emere, ac lucrari. Quemadmodum Deus, qui vt genus humanum redimeret, *Proprio filio non pepercit*. De quo Ambrosius.1. de Iacob,& vita Beata cap. 6 *Quasi morituri filij suscepit periculum, quasi orbitatis hausit dolorem, ne tibi periret fructus redemptionis; tantum fuit Domino studium tuæ salutis vt propemodum de suo periclitaretur, dum te lucraretur &c* *Et ideo Egressus* dicitur *in salutem populi sui* Abac.cap.3.n 13. Hieronymus, *Quia hi qui indigebant salute ad eum intrare noluerant, ipse egressus est de maiestate sua, & de loco suo. vt eos, qui foris erant, duceret in terram mansuetorum, regionemque viuentium, &c.*

Rom.8 32. Ambr. 1. de Isac.c. 6. Quomodo nos emerit Christus. Abac.3.n 13. Hieron. Plus Deus nostri sollicitus quā nos.

9\. Itaque ad pugnam feliciter ineundam adfuit Othonieli Spiritus Domini, cuius donum fortitudo, de quo infra. Interim aduertendum veteris legis, nouæque discrimen: in illa enim dabatur Spiritus Domini ad pugnandum, in hac ad tolerandum: in illa magnū Spiritus Sancti donum erat hostem vincere, mortē effugere: in hac maius Spiritus Sancti beneficium persecutorē pati, mortem subire. Quare cum Christus Dominus Spiritum discipulis promisisset addidit: *Absque synagogis facient vos*. Ioannis cap.16.n.2. *Quis non expectasset*, inquit Toletus, *post promissum spiritum tantæ potentiæ, atque scientiæ, dicturū Christū in synagogas vos recipient; omnes beneuolentia, & obsequio vos afficient; sed maius beneficium, maius opus fuit discipulos fortes facere in morte subeunda, & lætos aggredi pericula, quā impedire, ne occiderentur &c.* Vnde diuus Paul. ad Philippenses c.1.n.29. *Vobis donatū est pro Christo, non solum vt in eum credatis sed vt etiā pro illo patiamini.* Vbi Chrysostomus. *Gratuitum enim munus est, ac maioris admirationis, quam si reuera mortuos excitaret, & signa miranda patraret.* Athanasius oratione cōtra Arrianos animaduertit, Spiritum Sanctum in veteri testamēnto nunquam Paracletum, vt in nouo, sed Spiritum Domini, spiritum principalem, alijsque nominibus appellatū. Cuius rei causam reddit idem Toletus in Ioannem c.14 annotatione 17. *Quia vetus illa lex per Moysem a Deo lata, & promulgata sine sanguine sine ferro: Euāgelica vero multo, & Christi, & Apostolorum, & martyrum sanguine disseminata.* Adfuit ergo Spiritus Sanctus

In veteri lege dabatur Spiritus Dei ad pugnandū in noua ad tolerandū.

Ioan. 16. 2. Tolet. Maius beneficium morte affici, quam liberari. Phil. 1. 29. Chrysost. Athan. Spiritus Sanctus numquam in veteri testamento paracletus appellatus. Tolet. in Ioan.c.14. an.17.

ctus in Euangelio paracletus, & conſolator, vt Chriſto militantium vulnera mitigaret, vel patientibus ipſis commilitans. nam vt loquitur de illo Cyrillus Cathecheſi 16. *Magnum commilitonem, & auxiliatorē apud Deū habemus &c.* Vel carceres, ac pericula ſimul ingrediens. Quo nomine Tertulianus Martyres exhortatur. *Nolite contriſtari Spiritum Sanctum, qui vobiſcum introit carcerem &c.* Vel cruces, atque tormenta in cōſolationes vertens, & oblectamenta. Nā vt ait Bernardus ſermone 3. in Aſcenſione. Spiritus dulcis, ſpiritus principalis quidquid in hoc ſæculo nequam videtur, difficile, & anguſtum, leue facit, & lætum, opprobrium gaudium iudicat, deſpectionē exaltationem eſſe perſuadet.

Martyrū vulnera mitigat. Illis cō. militat.

Cyril. Cath. 16.

Tertul.

Spiritus Sanctus ſimul vinctus cum martyribus.

Bern ſer. 3. de Aſcenſ.

Cruces vertit in ſolatium.

Quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus eſt Othoniel.

Verſus 2.

Bellum egregie profligatū pax diuturna cōſecuta eſt. Vnde maiorē Othoniel, quam ex victoria, triumphum retulit, nā vt ille ait. Pax vna triūphis innumeris potior. Hanc viuus coluit, hanc moriens, velut opimā hæreditatem reliquit Reipublicæ. Ita Eleazari virtute perfectum eſt, vt rex Antiochus ipſius territus fortitudine, pacem rogaret. 1. Machabeorum capit. 6. nu. 60. de quo Ambroſius 1. de officijs capi. 40. *Eleazarus hæredem virtutis ſuæ pacem reliquit &c.* Eandem Chriſtus Dominus morti vicinus, hæreditatis loco reliquit Eccleſiæ. *Pacem relinquo vobis.* Ioannis capit. 14. num. 27. Hieronymus in pſalmo 75. *Hæc eſt Saluatoris hæreditas,* Et in pſalmo 119. *Chriſtus Dominus noſter pax eſt, vadens ad Cælum nobis vexillum demiſit dicens. Pacem meam do vobis. &c.* Et Diuus Bonauentura in Dicta ſalutis titul. 7. cap. 61 *Pax eſt encaniū Chriſti, & pretioſius inter omnia iocalia alia, cuius cauſa eſt, quia iſtud pretioſū iocale legauit Chriſtus Apoſtolis in morte, amici nanque amicis dant, & legant magis pretioſa in fine &c.* Nihil enim ante [illegible], nihil in ipſa

Pax melior omnibus triūphis

Pax opima reipublicæ hæreditas.

1. Mac. 6. n. 60.

Ambr. 1. de offic. c. 40.

Hæreditas Eccleſiæ ab Chriſt.

Ioan. 14. 27.

Hieron. 75.

Pſ. 119.

D. Bon.

Pacem Chriſtus per paſsione in anhelabat,

ipsa morte Christo Domino fuit antiquius, quam vt dissidentem mundum pacificaret, nec ante spiritum Patri quam pacem mundo reddidit, cum enim accepisset acetum dixit, *Consūmatū est* Ioannes cap. 9. n. 3. Idest *Pacificatum est*, vt explicat Salmeron tomo 10. tractatu 45. Ipse enim IESVS est verus Salomon, & pax nostra, qui fecit vtraque vnū, vsque adeo, vt inter ipsos grauissimos cruciatus, quos ex obedientia Patris sustinebat, inuocando Patrem, de nostra pace negotiaretur cum eo. *Pacificans per sāguinem crucis eius, siue quæ in terris, siuē quæ in Cælis.* Ad Colossenses cap. 1. n. 20. Imo in ipsa passione muneris loco ad Herodem afferri voluit, vt cum Pilato, cuius erat inimicus, recōciliaret. De quo Tertullianus 4 aduersus Marcionem. *Herodi velut munus à Pilato missus Ozeæ vocibus fidem reddidit: de Christo enim prophetauerat, & vinctum eum ducent xenium regi*-Ozeæ cap. 10. n. 6. Quē locum in eandem sententiam adducit Cyrillus Catechesi 13. *Munerum loco,* inquit, *ipsum miserunt: facti sunt enim mutuo amici Pilatus, & Herodes eadem die. Decebat enim eum, qui mundum erat pacificaturus, vt prius etiam ipsos iudices suos pacificaret &c.*

Ioan. 9. 30. Salm.

Inter cruciatus pacem nobis negotiabatur Christus.

Coloss. 1. n 30.

Tert. 4. ad Marc.

Oze. 10. n. 6.

Cyril. Catbec. 13.

2 Maxima laus regis pax, & cōcordia.

Merito igitur Othoniclis in laude ponitur, quod illius tempore terra quieuerit, pax floruerit, nā vt ait Theodoricus Rex apud Cassiodorum 1. variarum cap. 23. *Ad laudem regnantis trahitur si ab omnibus pax ametur: quid est enim, quod nos melius prædicet, quam quietus populus, concors senatus, totaq; respublica morum nostrorum honestate vestita, &c.* Ipse Christus apud Isaiā, principis pacis titulo gloriatur. Deo, atque Angelis nihil tam propriū, quam pax, & concordia, *Nā diuinitas*, inquit, Nazianzenus oratione de pace. *Et secum ipsa, & cum secundis rebus adeo concors, & pacata est, vt cū alijs, imo & præ alijs nominibus, quibus appellari gaudet, huius quoque prærogatiuæ nomine vocetur. Pax enim, & charitas, atque id genus nominibus appellatur, nos videlicet admonens, vt has virtutes sedulo amplectamur, perinde, ac Deum simul habituri &c.* Nec de nihilo, quod Othoniel signum Dei significat, siue quia pax est vestigium Dei, & certissima semita, vt loquitur idem Bonauentura afferens illud: *Omnes semitæ illius pacificæ*

Cassiod. 1. Var. c 23

Principis pacis titulo gloriatur Deus

Nihil tam proprium Angelis, quam pax

Nazian. orat. de pac.

Prærogatiua Dei pax.

Pax Dei vestigiū.

Bon au.

Pro-

Prouerb. 3. n. 7. Dei signũ & prodigium.

Prouerbiorum cap. 3. n 17. siue quia pax signum Dei est, atque prodigium. Vnde Propheta cum dixisset. *Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super omnẽ terram*: addidit: *Auferens bella usque ad finem terræ* psalmo 45. n. 10. Vbi Hieronymus. *Omnia bella in aduentu Domini quieuiße, multorum narrant historiæ &c.* Maius igitur prodigium auferre bellum, quam inferre: maius signũ pacem, quam victoriam reportare. Seu quia meliora arma, pacem scilicet daturus, abstulit bella vsque ad finem terræ. *Egreßi sunt filij Israel ad pugnandum mente pacifica*: 1. Paralipomenon. cap. 12. n. 38. Hieronymus in psalmo 119. *Aliquis vadit ad pugnam, & mentem pacificam habet? Sed Christianorum arma pax est.* Tandem illud Othonielis mortem commẽdat, quod terra quieta, placida composita pace quieuit. Hic enim mollius ossa cubant, tanquam amænissimo in vmbraculo. Quemadmodum de Christo dictum est. *Factus est in pace locus eius.* Psalmo 75. nu 2. in hebræo *Factum est in Salem vmbraculũ eius.* Hieronymus. *Non est vmbraculum Domini, nisi vbi pax est, vbi Zelus atque discordia, ibi non est protector Deus &c* In hâc enim, velut in mollissimum ceruical, siue culcitrã caput suum moriens Christus inclinauit. *In pace, in id ipsum dormiam, & requiescam,* psalmo 4 n. 9. Bonauentura *Sicut homo bene pausat in molli culcitra: sic Deus quiescit in mente tranquilla &c.* His concinit Isaias cap. 11. n. 10 *Et erit sepulchrum eius gloriosũ.* Alij legunt; *Erit requies eius gloria.* Cyrillus Cathachesi 14. *Erit in pace sepultura eius: pacificans enim Cælum & terrã peccatores adducit Deo &c.*

Ps. 45. n 10. Hieron. Aduentu Domini, bella sedata.

1. Par. 12 n. 38.

Hieron. Ps. 119. Christianorum arma pax.

Ps. 75. 2. Pax Christi vmbraculum. Hieron. Vbi discordia, nõ protector Deus.

Ps. 4. n. 9 Dei cerui cal pax. Bonau.

Isai. 11. n. 10. Pax Dei gloria. Cyril. cath. 14.

Quadraginta annis.

3 Tex.

Octo seruierunt annis, quiescunt quadraginta, Origenes hic homilia 3. *Vides quam larga est diuina clementia: Octo annis filij Israel seruierant pro multorum delictis; quadraginta per vnius iustitiam in pace perdurant &c.* Simile quid aduertit Chrisostomus in Ioseph, qui mortuus est, expletis centum decem vitæ suæ annis: Geneseos cap. 50. n. 25. Nam decimo septimo uenit in Ægyptum. Trigessimo sistitur coram Pharaone, somniumque interpretatur; deinde octoginta annis Ægypto præest vniuersæ. Chrysosto

Orig. hom. 3. Dei supplicium minus pec catis.

Genes. 50 25.

Chrysost.

Præmium maius laboribus

ſoſtomus. *Vidiſti quomodo maiora ſint præmia, quam labores, retributionisque multiplicationes.* Et infra *Conſidera quod pro breui illo tempore quo ſeruitutem, & carcerem ſuſtinuit octoginta annis regnum adminiſtrauerit &c.* Semper enim

Miſericordia Dei largior iuſtitia.

miſericordia largior, ac longior, quam iuſtititia; hæc vnam, vel alteram generationem vix attingit; illa mille, & eo amplius generationes amplectitur. *Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum* Ieremias cap. 32. n. 18. Hieronymus *Grandis clementia creatoris miſericordiam ſuam in mille generationes extendere, & iuſtitiam ſtatī in altera generatione monſtrare &c.* Vnde in Apocalipſi

Ierem. 32 18.

Diuina iuſtitia lapidi Sardino aſsimilata. Miſericordia Iridi

ſignificatur per lapidē Sardinum diuina iuſtitia: miſericordia vero, vt placet Ambroſio repræſentatur in Iride, quæ longiori ambitu in circuitu ſedis obtenditur: *Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectus lapidis Iaſpidis, & Sardinis: & Iris erat in circuitu ſedis.* Apocalipſis cap. 4. n. 3. Vbi Ribera interprete. *Iuſtitia in ipſo Deo ponitur, miſericordia vero circa ſedem, quoniā omnia circuit, & multo plus ſe exerit, & ad plura extēditur, quā iuſtitia &c. Miſericors enim, Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſeretur.* Pſ. 114 n. 5. Amb. *Bis miſericordiam poſuit, ſemel iuſtitiā: in medio iuſtitia eſt geminio ſepto incluſa miſericordiæ &c.* Et Hieronymus Ionæ cap. 3 citās eadem verba. *Iuſtitia Dei vallatur miſericordia, & tali ad iudiciū ambitione procedit: ſic parcit, vt iudicet, ſic iudicat vt miſereatur &c.*

Ambr. *Apoc.* 4. n. 3.

Rib. *Pſ.* 114. n 5.

Ambr.

Hieron. *Ion. c.* 3.

Iuſtitia Dei vallata miſericordia.

Et mortuus eſt Othoniel

4

Tam probi iudicis iacturam populi delictis adſcribit Origenes citatus. *Conſidera, quia pro eo quod indigni erant iam habere principē talem, propterea auſertur ab eis bonus iudex &c.* Similem pænā minatur Deus per Iſaiā c. 3. n. 1. vt videre eſt apud Baſilium, & Chryſoſtomum. Probabilis hæc ſententia, ſed contextui minus accomoda, cū viuo Othoniele, nulla populi peccata commemorantur, ob quæ iudicis interitu punienda.

Orig. cit.

Morte optimi principis punit Deus peccata populi.

Iſai. 3. n. 10.

Baſil. *Chryſoſt.*

Addiderunt autem filij Iſrael facere malum in conſpectu Domini, qui confortauit aduerſus eos Eglon regem Moab.

Verſus. 12.

Ex

Piaculum maius post beneficia peccare.

EXtincto Othoniele, remansit idolatria, quæ malũ hic velut antonomastice dicitur. Addidisse vero illud, facere, dicuntur Israelitæ, vel quia maiore quã antea studio idolorum cultui dederunt se se, vel quia peccato addita est ingratitudo. Nã peccare post beneficia Dei, & peccata remissa, maius piaculũ, vt videre licet apud D. Th. 3 parte q. 78. art. 2. Et 3. Suarius disp. 13. Sect. 3 Vasques dubio vnico art. 2. Hoc est enim facere malum in conspectu Domini, siue coram Domino, vt explicat Dauid, cum ait. *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci* Psalmo 50. n. 6. vbi Diuus Chrysostomus. *Multa*, inquit, *Et ampla beneficia à te accepi, contrarijs autem rebus vicem tibi rependi.* Inferius enim Dei beneficia subdit: *Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Idẽ Chrisostomus. *Ego quidem*, inquit, *qui post beneficia ingrati animi vitio laboraui, nulla venia dignum me esse sentio &c.* Gregorius in Iob 30. cap. 9 *Iram nanque contra nos superni iudicis inextinguibiliter accendimus; si contra benignitatem illius, ex ipsa sua largitate pugnamus &c.* Præsertim post beneficium redemptionis, de quo Cæsarius homilia 4. de Paschate *Graui damnatione iterantur crimina, postquã Christi sanguine sunt redempta: inexcusabile malum est, post mortem Redemptoris nostri Domini seruũ maculari peccatis. &c.* Benignitas enim Dei te ducit ad pænitentiã, non ad plura vitia vt ait Chrysostom. ad Ephesios homilia 4.

D. Th. 3. p. q. 18. art. 2. & 3. — Suar disp 13. s. 3. — Vasq. dub vnic. ar. 2 — Ea mala fiunt in conspectu Domini, quæ post beneficia. — Ps. 50 6 Chrysost. — Ps. 50. 8. Chrysost. — Nulla venia dignus, qui post beneficia peccat. — Gregor. in Iob. 30. c. 9. — Cæs. hom 4. de Pas. — Malum inexcusabile post pas⟨s⟩ionẽ commissũ. — Chrysost. ad Ephes. hom. 4.

Qui confortauit aduersus eos Eglon.

2 Dei absentia hostes roborat.

ANimos illi, roburque sufficiens ob scelera Israelitarum Procopius. *Secessio Dei vires hostibus suppeditauit &c.* Origenes hom. 3. *Vides quia peccata vires hostibus præbent, & quando nos facimus malignũ in conspectu Domini, tunc confortantur inimici nostri &c.* Eadem pene habet Isidor. in Epitome cap. 1. vnde Achior apud Holofernẽ de Iudæorũ statu disserens. *Nũc ergo*, inquit, *mi Domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum: & ascẽdamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi.* Iudith, caput. 5 num. 24. Nam vt supra attigimus ex Pelusiota Epistola 294. *In iustitia nostra hostium est auxilium &c.* Et Saluianus 7. de

Procop. — Orig. hom 3. — Isid. in Epit. c. 1. peccata vires addunt hostibus. — Iud. 5. n. 24. — Pel. epist. 2. 94. — In iustitia nostra hostium auxilium.

Salu.7. de Gub. Dei.

Vitia nostra, non hostes, nos vincunt.

Gubernatione Dei. *Miramur si miseri, qui tam impuri sumus, miramur si ab hostibus vincimur, qui honestate superamur? Nemo sibi aliud persuadeat, nemo aliud arbitretur, sola nos morum nostrorum vitia vicerunt &c.* Si Regi Nabucdonosor iniquitas Hierusalem animos fecit, & confidentiam, vt illam caperet, atque incenderet. *In manu Regis Babilonis dabitur, & exuret eā igne* Ierem. cap. 21 n. 10. Hieronymus. *Rex Babylonis non in sua fortitudine, sed in iniquitate populi cō fisurus est qua eos scit offendisse Deum: Id circo non dubitabit de victoria, quia confidet de iniquitate Hierusalem &c.* Eadem causa vires, atque victoriam a Saule transtulit in Philistinos; de quo Ambrosius in Psalmo 118. Deum ita alloquens. *Tibi (populus Israel) in Saul rege non obtemperauit, vt de eo alienigenæ triumpharent: tibi, Dauid præeunte, seruiuit, vt de alienigenis victoriam reportaret &c.* Idem tamen Dauid vbi peccauit, alienigenas cōfortauit. Cui Deus per Nathan. *Irritans irritasti aduersarios Domini* 2. Regum cap. 12. n. 14. Theodoretus q. 15. *Dei enim nudatus cura, ac solicitudine effecit, vt alienigenæ vincerent, & aduersus Dominum vniuersorum magnos spiritus cō*

Ierem. 21 10.

Hieron.

Peccata victoriam transferūt

Ambr. ps. 118.

2. Reg. 12 14. Idem.

Theod. q. 15.

ciperent &c. Vnde miratus idem Saluianus, cur Vandali ignauissimi hostes Hispanos milites fortissimos superauerint, addit. *Ideo infirmissimis hostium cuncta tradidit Deus, vt ostenderet scilicet, nō vires valere sed causam: neque nos tunc ignauissimorum quondā hostium fortitudine obrui sed sola vitiorum impuritate superari &c.* Quibus affine est illud Diui Hieronymi in Epitaphio Nepotiani. *Nostris peccatis barbari fortes sunt: nostris vitijs Romanus superatur exercitus.*

Cur Vandali ignaui fortes Hispanos superauerint.

Salust.

Hieron. in Epit. Nepot.

3

Secundo confortauit Deus Eglon, Israelitas ipsos animis, viribusque destituens: vtrūque enim peccatum efficit: & vires hosti addit, & adimit peccatori: vt videre est in eodem Saul. Cum esset paruulus in oculis suis, inquit Bernardus sermone de virtute obedientiæ, *Quam fortiter currebat Saul, quanta Philistinorū agmina prosternebat. Quantis viribus exercebat gladium? postquam autem tenuit eum superbia, & transiuit in affectum cordis debilis, & impotens factus in circuncisorum armis facile prostratus occubuit &c.* Atq; ideo *domus Saul* dicitur *decrescens quotidie.* 2. Regum cap. 3. n. 1. Septuaginta. *Domus Saul ibat,*

Peccatum vires hosti addit, & adimit peccatori.

Bern. ser. de Obed.

Domus decrescūt propter vitia.

2. Reg. 3. n. 1. Septuag.

ibat, & infirmabatur. Vide Pinedam in Salomon l.7.c.2. Hinc Iacob imminentes sibi metuens Sichimitas familiam suam ab idolorum sordibus expiauit, ne viribus maneret inferior: cui Deus *Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau* Geneseos cap. 35.n.1. Rupertus lib. 8. in Genesim cap. 12. *Hac eadem visione Iacob perdoceri potuit, esse in domo sua scelus idololatriæ: nec posse se stare coram inimicis suis, quandiu domus eius illo contaminata esset scelere. Nam protinus subditur: Iacob vero conuocata omni domo sua, ait, Abijcite Deos &c.* Quod si fecissent Israelitæ, nunquam hostium venissent in manus, sed de his supra cap. 2. n.1.

Pin. in Sal. l.7 c 2.

Vt vincamus idola abijciamus.

Genes. 35. n.1.

Rup l. 8. in Gen. c. 12.

Seruieruntque filij Israel Eglon regi Moab decem, & octo annis.

Versus 14.

HÆc est 2ª. seruitus Israelitarum priore grauior, ac diuturnior, vt qui Deo seruire neglexerant, homini seruire cogerētur: & dominari desinerēt, qui Dominum Deum reliquerant, obliti nominis Israel, quod Patriarchæ Iacob Deus indiderat. *Appellauit eum Israel* Geneseos cap. 25. n.11 *Quod sonat*, inquit Caietanus; *Dominabitur Deus: nam quando Deus dominatus est in cordibus eorum, habuerunt etiã humanum dominium a Deo: quãdo autem abiecerunt a se ipsis dominium Dei, perdiderunt etiam dominium humanum &c.* Id, quod illis exprobrat per Ozeam. *Perditio tua, Israel: tantũmodo in me auxilium tuum, vbi est rex tuus?* cap. 13.n.9. Chaldeus *Cum vos deprauatis opera vestra, o domus Israel, dominãtur in vos populi &c.* Ad hunc modũ Adamus, qui a Deo conditus, vt imperaret mũdo, vbi peccatum admisit, principatũ amisit; peccatũ enim, vt ait Chrisost. hom. 8. ad Antioche. *Timorem nostri dissoluit, & principatum abstulit &c.* Et in psalmo 3. *Quãdiu (Adam) purum seruauit vultum factum ad imaginem Dei, bestiæ ei tanquam seruæ parebãt quando autem vultum fœdauit inobedientia, non agnoscentes Dominum, tanquam alienum eum odio habebãt &c.* Imo reliquas pudebat creaturas homini iã seruire, vt enim ait Diuus Anselmus de Excellentia Beatæ Virginis cap. 10.

Deo seruire dominari est.

Genes. 25. n.11.

Caiet.

Oze. 13 n.9

Per peccata hostium seruitio subdimur.

Chald.

Chrysost. hom. 8. ad Ant. & ps 3.

Dum non peccamus domini, vt peccamus serui sumus.

Pudet creaturas peccatori homini seruire

Anselm.

Syde-

Sydera ipsa magni honoris detrimenta patiebantur: nempe illi seruiebant, propter quem se nequaquam instituta sciebant: ad obsequium quippe, siue seruitium iusti hominis, non iniusti, qui tunc erat, condita fuerunt &c. Et infra. *Omnes igitur rerum formæ informi quadam, & contumeliosa offuscatione tegebātur, eo quod ipsi, qui Deum suum inceßanter offenderat, ministrare, ac subdi, sine intermißione cogebantur &c.* Eua etiam, cum antea eiusdem esset cum viro dignitatis, dominio excedit. *Ipse dominabitur tui.* Geneseos c.3.n.16. *Vbi Deus,* apud Chrysostomum. *Sicut Adæ, ita & tibi, omnium principatum concredidi, cæterū, quia abusa es honoris dignitate, subijcio te viro &c.* Et Rupertus *Pro temerario imperio seruitus illa pœna ei credita est: &c.* Inde fæmina illa, quæ pellicere Ioseph. in fraudem volebat, vt notat Ambrosius cap.5. Domina non appellatur. Iuxta Septuaginta. *Dixit vxori Domini sui* Geneseos cap. 39. nu. 8. *Recte vxor domini, non ipsa domina dicitur: nam quomodo domina, quæ dominandi non habebat officium; quæ disciplinam dominæ non tenebat; ille Dominus, qui amantis non excepit faces. &c* De quo etiam Origenes homilia 14. *Ioseph*, inquit, *cui nulla corpus libido dominata est, totius Ægypti princeps, & dominus fuit. &c.* Velut loquitur Cyrillus: *Mercedem enim temperantiæ illico est consecutus, vt vniuersæ Ægypti regioni dominaretur. &c.*

Gen.3. n. 16.

Chrysost. De Dominis seruos facit peccatum.

Rupert.

Septuag. Peccatrix Dominæ nomini indigna.

Ambr. c. 5.

Orig. ho. m.15. Victa libido dominos facit.

Cyril.

2 Hinc apparet, quam vile, ac seruile sit vitium: e contra vero quam nobilis, quam libera illa seruitus, qua Dei iugo ceruicem inserimus: *Collum tuum, sicut monilia* primo Cāticorum numero decimo Aliter *Ceruix tua sicut redimicula.* Ambrosius psalmo 118 *Portare Christi iugum suaue est, si ornamenta putes ceruicis tuæ esse, non onera. Attolle ergo oculos semper ad Dominum Deum tuum, erige ceruicem, redimicula, non vincula geris &c.* Idem de Elia, & Ieiun. cap 21. *suscipite iugum Christi, noli te timere, quia iugum, festinate, quia leue est: non conterit colla, sed honestat &c.* Idē pene habet Basil. orat. 4. de pœniten. *Non atterit (crede mihi) ceruicem iugū illius, sed honestat &c.* Itaq; vt ait idem Ambrosius 1. de Iacob, & vita beata cap. 3. *Vtraque conditio optima eßet sub Christo, sub quo, & pretiosa seruitus; & gloriosa libertas &c.* Quare Basilius oratione secunda de principatu

Cant. 1. n. 10. Christi iugum ceruicis ornamentum, non tormentum.

Ambr. ps. 118.

Idem.

Basil. orat 4. de pæn

Ambr. 1. de Ia. c. 3.

Sub Christo pretiosa seruitus

cipatu & poteſtate. *Ille*, inquit, *quam dignus iudicatus eſt vt Deo ſeruiret, aliunde laudem petet, tanquam ipſi non ſatis ſit appellatio Domini ad omnem gloriam, ac pulchritudinis exuperantiam: ſufficit enim nobis ad omnem dignitatem talis, & tanti domini ſeruos nos appellari.* &c. vt frequentiſsime facit Diuus Paulus, præſertim ad Romanos ſcribens qui tum orbi dominabantur. *Paulus ſeruus IESV Chriſti* Chriſoſtomus ad Epheſios 4. homil 8. *Ad magnam enim vrbem, quæ orbis terræ obtinebat dominatum, & cui authoritas magnos faciebat ſpiritus, Paulus ſcribens hoc poſuit, vt quod dignitati ex æquilibrio reſponderet: imo vero, & conſulatu, & regno, & orbis terræ imperio longe maius, atque adeo incomparabiliter maius eſſet* &c. Quanto ergo liberiores Iſraelitæ, ſi vel in ipſa ſeruitute Dei ſeruitutem, ac religionem non amitterent. Vt illi 2. Machab. primo de quibus Ambroſius 3. de officijs capit. 14. *Abierunt in Perſidem ſola religione liberi, quoniam ea ſola illis per captiuitatem extorqueri non potuit* &c. Nullus enim qui Deo ſeruiat, poteſt eſſe captiuus. Vnde Chriſtus aſcēdēs in altū non captiuos, qui iā eſſe non poterant, ſed captiuitatem ipſam duxit in captiuitatem Epheſios cap. 4. n. 8. Ambroſius 1. de Spiritu Sancto cap. 5. *Pulchre dixit captiuam captiuitatē: Chriſti enim victoria, victoria libertatis eſt, quæ omnes gratiæ vendicauit, nullum adſtrinxit iniuriæ, ergo in omnium abſolutione, nemo captiuus eſt* &c.

Ingens gloria ſeruum Dei appellari

ad Rom.

Chryſoſt Epheſ. 4. *hom*, 8.

Maior imperio terræ ſerui tus Dei.

2. *Mac.* 1. *Ambr.* 3. *de offic. c.* 14.

Nullus Deo ſeruiens captiuus eſſe poteſt.

Epheſ. 4. *n.* 8. *Ambr.* 1. *de Spir. c.* 5.

3 Quod vero ſuperius octo, hic decem, & octo ſeruierunt annis, in promptu videtur ratio, *Quia*, vt ait Origenes *ſecundum peccati modū & conuerſationis noſtræ moram, etiam caſtigationis tempora temperantur* &c. Sed non placet Abulenſi q. 16. vbi hanc pœnæ inæqualitatem, in ſolā Dei reijcit volūtatem, Quæri tandem poſſet, cur hæc ſeruitus octo decim, & ſuperior octo ipſos durauerit annos: cum tamen illa, qua filij Iſrael ab Ægyptijs opprimebantur, annos tenuerit quadringētos. Actorū. 7. Geneſeos cap. 15. num. 13? An quia hic læſus tantūmodo Deus peccato idololatriæ, ibi vero læſus Ioſeph, cuius iniuria illata a fratribus tot annorum ſeruitute expiabatur? Ita Rupertus in Geneſeos 9. nu. 10. Quod ſi ita eſt ſeuerior ſane Deus in ſeruorum ſuorum

Orig. Qualia peccata, talia ſupplicia.

Abul. q. 16.

Act. 7. *Geneſ.* 15 *n.* 13.

Rupert. in Geneſ. 9. *n.* 10.

Seuerior Deus in seruorum iniurijs, quam in proprijs puniendis.

rum iniurijs, quam in proprijs vindicandis: suam enim octo, vel octodecim annorum tantum; alienam vero iniuriam quadringentorum annorum punit seruitute.

Et postea clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod.

Versus. 15.

1

Ps. 118.

Ambr. Clamor cordis qualis.

Exod. 14.

Amb.

Ion. 2. n. 3. Affectus clamor.

Hieron. Tertul. de Orat.

Clamor hic cordis, nō oris est intelligendus, vt in Psalmo 118. n. 145. *Clamaui in toto corde meo.* vbi Ambrosius. *Clamat cor meū, non sono corporis, sed cogitationum sublimitate concentuq́ virtutum &c.* Quomodo clamabat Moyses, cui Deus, *Quid clamas ad me?* Exodi 14. Idē Ambrosius. *Clamabat affectu pio, & personabat in Cælo &c.* Et Ionas. *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum* cap. 2. n. 3. Hieronymus. *Toto cordis affectu.* Rupertus *Qui vtique in auribus Dei magnus est clamor.* Vnde Tertullianus de oratione: *Deus non vocis, sed cordis auditor est, sicut conspector. &c.* Præcipue vero clamor dicitur, oratio multorum communis, quæ Deo vim quodammodo infert: nam, vt ait Chrysostomus ad illa verba: *Adiuuantibus, & vobis in oratione pro nobis* 2. Ad Corinthios cap. 1. n. 11 *Persæpe Deus quasi pudore commouetur cum multitudinem ad precationem concordem, atque conspirantem cernit Ob eam causam ad prophetam dicebat: Ego autem non parcam huic Ciuitati in qua habitant plusquam centum viginti millia hominum &c.*

Oratio multorum Deo vim infert.

2. Ad Corinth. 1. n. 11.

2

Deus in lege gratiæ, facilior ad preces.

3. Reg. c. 18. n. 44 Abul. q. 38.

Ansel m. tract. de Excellent. Virg. Velocius remedium aliquando inuocata Virgine, quam Domino.

Quæres cur tandiu siluerint Israelitæ: seu cur citius non clamauerint? An clamauerunt quidem, sed tardius exauditi? Nō enim solebat Deus in veteri testamento tam faciles orantibus præbere aures, quam nunc solet in nouo. Vnde etiam Elias, cum pluuiam peteret, septima tandem vice exauditus est. 3. Regū cap. 18. n. 44. Abulensis q. 38. *Ad differentiam inter Sanctos viros veteris Testamenti, & noui, quia in nouo testamento velocius audiuntur &c.* Petunt enim in nomine Christi, Virginisque Beatissimæ, de qua Anselmus tractatu de Excellentia illius. *Velocior est nonnunquam salus memorato nomine eius, quam inuocato nomine*

nomine Domini IESV vnici filij ſui &c. An quia vtilius erat Iſraelitis non exaudiri, vt vexatio illis mentem meliorem daret. Ita ſignificat Abraham, qui pro Sodomitis Deum enixe deprecatus. Geneſeos cap. 18 cum audiſſet a Deo ſemen ſuum peregrinum fore, ſubijciendum ſeruituti, affligendum annis quadringentis: Geneſeos cap. 15. n. 13. Nullas preces ad auertendas Dei minas adhibuit, nimirum intelligens maius ſemini ſuo beneficium fieri, dum vexaretur, neque aliter futurum idoneum regno, ac beatitudini, quæ illum manebat. Vide Lorinũ Actorũ 7. n. 6. Hæc enim fuit ſemper virorum Sãctorum exiſtimatio vt Moiſes qui *negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei* Hebreorum cap. 11. n. 25. Vbi Chryſoſtomus. *Magnum ergo bonum eſt afflictio, in quam ſe conijcit ex regia &c.* Cæleſtem venit in aulam, qualem exiſtimabãt tres illi pueri fornacem Babylonicam Danielis cap. 3. *Ex qua*, vt ait Chriſoſtomus ad Epheſios cap. 4 homilia 8. *Ita exierunt, tanquam qui prodierint e Cœlo &c.* Verius tamen eſt Iſraelitas toto hoc tempore nõ clamaſſe, adeo in vitijs occaluerãt, vt aperte ſignificant illa verba: *Poſtea clamauerunt*

Labores aliquando viam muniunt ad felicitates

Gen. c. 18

Gen c. 18 n. 13.

Labores aptos faciunt beatitudini

Lorin. Act. 7. n. 6.

Afflictio melior palatio.

Hebræor. c. 11. n. 25

Chryſoſt.

Daniel c. 3.

E laboribus tanquam à cœlo prodimus.

Quæres 2. cur Deus citius non prouiderit Iſraelitis, ſed clamorem illorum tandiu expectauerit? vt agnoſcerent beneficij magnitudinem. Ita iiſdem non dedit manna, niſi cum extrema fame laborantes importunis clamoribus Deum ac Moyſem interpellarunt. Exodi cap. 17. Cyril. lib. 3. in Ioannem cap. 34. *Dicimus conuenienter petitionem, clamoremque illorum expectatum fuiſſe, tunc enim gratiſſimum videri ſolet beneficium, quando magno ardore petitur, & imminente periculo neceſſario expectatur: aliter animus hominis beneficij magnitudinem non cognoſcit. &c* Deinde quia Deus, etſi vult parcere, vult rogari, vnde cum dixiſſet Angelo percutienti; *ſufficit, contine manum tuam* 2. Regum capit 24. num. 16. addit ſcriptura. *Dixitque Dauid ad Dominum cum vidiſſet Angelum cædentem &c.* Ambroſius in Pſalmo 37. *Si mandauerat Dominus Angelo, vt parceret, quomodo feriebat adhuc Angelus? niſi quia Dominus etſi vult ignoſcere, vult rogari, & vt rogetur hortatur &c.*

3

Beneficiũ eo gratius quo expectatius.

Exod. c. 17.

Cyril. lib. 3. in Ioan. c. 34.

Deus beneficia differt vt rogetur.

2. Reg. c. 24. n. 16.

Ambroſ. in pſal. 37

Supplicia aggrauat, vt petamus.

&c. Imo vim facit, cogitque, vt supplicemus, vt contigit illi, qui debebat decem millia talenta, *iussit eum Dominus venundari*, Matthæi ca. 18. n. 25. Chrysostomus *Non ex crudelitate id facit, sed ex incredibili in eum cura: volebat enim illum huiusmodi terreri minis, quo ad sibi supplicandum, ne venderetur excitaret &c.* Ita necessitatum, & afflictionum quasi vincula, vel funiculos nobis inijcit, vt inuitos etiã, ac repugnantes ad se trahat *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis &c.* Ozeæ capit. 11. num. 4. id est in doloris, & afflictionibus, quas a parente suo Adam hæreditarunt: hæc enim sunt mei ergo illos amoris vincula, quibus soleo ad me allicere. Ita Prado in Ezechiel capit. 6. numero 9. Vide etiam Cassianum collatione 3, capit. 4. vbi hunc Iudicum locum adducens, tres statuit vocis diuinæ modos, quorum tertius est ex necessitate: *Propter quam, inquit, ad Dominum, quem sequi in rerum prosperitate contempsimus, saltem inuiti properare compellimur &c.*

Cogit nos vt pe[..]amus Matth. c. 18. n. 25. Chrysost.

Labores nos ad Deũ etiam inuitos trahunt.

Ozeæ c. 11. n. 4.

Amoribus Dei vincula labores.

Prado in Ezechiel. c. 6. n. 9.

Cass. col. 3 cap. 4.

4 *Qui suscitauit eis saluatorem.* Id est in lucem edidit, ac velut a mortuis reuocauit. Quasi vero Aod, ante quam populi saluti operam daret, mortuus quodammodo videretur: vbi veró saluare cœpit, cœpisset & viuere. Soli enim esse, ac viuere dicendi sunt qui aliorum viuunt ad salutem; mortui, qui sibi solis viuunt: Quemadmodum Angelo Ecclesiæ Sardis Christus ait: *Nomen habes, quod viuas, & mortuus es.* Apocalipsis capit. 3. num. 1. Quia nimirum saluti gregis incuria sua pereuntis non invigilabat, vt colligitur ex verbis sequentibus *Esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant &c.* Idem Christus videns turbas, *Misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes, sicut oues non habentes pastorem* Matthæi capit. 9. num. 36. Nunquid turbæ pastores non habent? Habebant quidem, sed adeo oscitanter curabant illarum salutem, ac si extincti, vel nulli essent, Quod significat Caietanus, *Quia doctores earum non fungebantur pastoris officio &c.* Contra bonus ille pastor, qui hominum saluti adeo institit, non tam natus, atq. editus dicitur in lucẽ, cũ vagijt in Bethlẽ, quã

Mortuus est, qui nescit a Iij benefacere

Viui dicuntur, qui alijs viuũt, mortui; qui sibi.

Apoc. c. 3 n. 1.

Matth. c. 9. n. 36.

Caiet. Iesus bonus pastor

Christus tũ viuere cœpit cum prædicare cœpit.

cum

cum hominum ſaluti prædicando,& ad pænitentiam exhortando iam inde a tẽpore baptiſmi dedit initiũ. *Ego autem constitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctũ eius prædicans præceptum eius; Dominus dixit ad me filius meus es tu, Ego hodie genui te*, Seu vt exponit Hilarius. *Suſcitaui te*. pſalmo 2. c 6. n. 7. de baptiſmo enim intelligere videtur hæc verba. *Scriptũ eſt autem*, inquit, *cũ aſcendiſſet ex aqua: filius meus es tu, ego hodie genui te &c*. Tũc enim vox ſilla Patris intonuit, *Hic eſt filius meus dilectus* Matth. c.3. n 17. Caiet. *Ad monſtrandũ officiũ Chriſti prædicantis & redimentis mundum, IESVS ſiquidẽ vſque ad tempus ſui baptiſmi cõuerſatus, & habitus eſt ſicut vnus de populo &c* Itaq; genitus dicitur a Patre, non cũ vitam natiuitatis, ſed cũ hominum ſalutem die baptiſmatis auſpicatur: vnde etiã natiuitatis die Angeli tantũ apparent: baptiſmatis vero Cælum aperitur, ſpiritus Sãctus deſcendit, Pater vocẽ illam ingeminat: *Quibus Baptiſmus Christi*, Inquit Caietan *initiũ erat officij Chriſti, ideo ex ordiũ tanti officij conſecratũ eſt tot myſterijs &c*. Ea autẽ de cauſa D. Petrus Chriſti vitã ſũmatim perſtringens, totũ vitæ tempus ante baptiſmũ ſilentio prærerit *In omni* inquit, *tẽpore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus IESVS incipiens a baptiſmate Ioannis*. Act. c. 1 n. 21. Quaſi toto illo tẽpore non eſſet, aut viueret, vbi verò prædicare inſtituit, & ſaluare, incipere videretur. Poſſet hæc ſẽtẽtia confirmari illis verbis Chriſti Domini. *A diebus Ioannis Baptiſtæ regnũ Calorũ vi patitur* Matth c 11. n. 12: vbi notũ illud Abul *Ex tunc cõputantur dies eius, quia prius erat quaſi non eſſet, cum nihil ageret quod ad alios homines pertineret &c*.

Hilar. Pſal. 2. n. 7.

Matth. c. 3. n 17. Caietan.

Chriſtus a Redemptione vitam auſpicatur.

Caietan. Baptiſmus Chriſti celebrior natiuitate quia initium beneficiorum.

Act. c. 1. n. 21.

Matth c. 11. n. 12. Abul.

Saluatorem.

HOc nomine iudicum principatus ſignificabatur, quia populo præerãt tam vt imperarent, quã vt ſaluarent, Deũ imitati, qui mundum regit, ac implet vt ſaluet. *Nunquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus*. Ieremiæ cap. 23. num 24. Saluianus 2. de gubernatione. *Cur cuncta impleat, ipſe declarat, quia vobiſcum ſum*, inquit, *vt ſaluos faciam vos: ecce non modo non regimen ſuum Dominus, & impletionem ſed etiam vim ac beneficium ipſius ad im-*

5 Regio munus eſt, ſaluare.

Ierem. c. 23. n. 24. Saluian. de gubernat.

Deus mũdum implet, vt ſaluet.

pletionis ostendit; hunc enim fructum in se habet diuinitatis impletio, vt saluet ea, quæ al implentur &c. Nam vt ait Chrisostomus ad Ephesios homilia 1. *Ex nobis nihil aliud cupit, quam nostram salutem, non ministerium non gloriam &c.* Ita Christi Saluatoris officium regnum dicitur, & imperium. *Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.* Micheæ cap. 5. num. 2. seu, vt vertit Matthæus capit. 2. num. 6. *Qui regat populum meum Israel*, idest, *Saluet, ac vocet ad fidem*: Neque enim aliter Israel idest Iudæos, ac gentes gubernauit, vt Author explicat imperfectus. Nam illius regnum nostra salus, illius imperium nostra vtilitas Ita etiam *Diuus Paulus vestigia Christi secutus*, inquit Chrisostomus homilia 7. de eius laudibus. *Cum vinctus per tam vastum pelagus duceretur, ita gaudebat tamen, tanquam in maximum duceretur imperium; etenim non paruum illi premium vrbis Romæ conuersio proponebatur &c.* Inde etiam Moyses non vult imperare, si populus, cui præest, non saluetur: *Dele me de libro tuo.* Exodi cap. 32. num. 32. *de libro principatus*, vt explicauimus in Caietano:

Chrysost. ad Ephes. 1. hom. 1. — Saluatoris officium regnū est. — *Micheæ c. 5. n. 2.* — *Matth c. 2. n. 6.* — Christi regnum nostra salus. — *Author Imperfect.* — *Chrysost. homil 7.* — Vrbs conuersa regnum. — Regnum fugiendū, quod in eo animarum salute non. [illegible] — *Exod. c. 32. n. 32.*

qui addit: *Non vult esse princeps alterius gentis, si gens ista consumitur &c.* Et bonus pastor mauult ouem vnam deerrantem saluare Lucæ capit. 15. quàm 99. imperare, cui regnare, saluare est: *Regnauit, decorem indutus est* psalmo 92. num. 1. Ambrosius 1. de officijs capit. 45. *In specie hominis assumpsit decorem redemptionis humanæ, & ideo dixit Propheta; Dominus regnauit. &c.* Hic illius decor, hæc regia pompa, & vt loquitur Propheta: *Equitatus eius saluatio.* Habac. cap. 3. num. 8. Contra quam diabolus. *Qui*, vt ait Tertulianus aduersus Iudæos, *ad hoc se regnare putat, si sanctos a religione Dei deturbet.* Et Ambrosius. *In eo habet gloriam, quod plures perditos fecerit.*

Luc. c. 15 — *Psal. 92. n. 1.* — *Ambros. 1 de offic. c. 45.* — Christi decor & pompa saluare — *Habac. c. 3 n. 8.* — *Tertul.* — *Ambros.* — Diaboli gloria sanctos perdere.

Qui vtraq; manu pro dextra vtebatur.

6

IN hebræo *Vir clausus*, siue *Obturatus manu dextera sua*: Chaldeus *Impeditum* vocat: quia, vt explicat Vatab. & Pagnin. dextera manu nihil efficiebat, sed sinistra. Brixianus: *Dextram habebat nulli vsui aptam: quod Scriptura hic commemorat*

Pagnin. — *Brixian.* — Per debilia instrumēta magna facit Deus.

quo

quod egregium illud facinus, & Dei opus magis commendet, &c. Quemadmodum dextra Moysis *Qui*, vt loquitur Theodoretus in Exodo q. 10: *cum prius fuisset leprosa, signis diuinis inseruiuit, & elementa mutauit &c.* Hæc Hebræorum sententia, quos Caietanus, & alij sequuntur. Vide Serarium & Pinedam in Iob cap. 37. n. 7 Cæterum vulgatæ sententiæ præferenda, quæ diserte ait, vtraque illum manu pro dextra vsum. Colligiturque ex hoc eodem libro cap. 20. n 16. *Vbi habitatores Gabaa, qui septingenti erant*, dicuntur *viri fortissimi; ita sinistra, vt dextra præliantes &c.* Quo in loco eadem phrasis, quæ hic, in hebræo, & septuaginta. Dicitur ergo clausus Aod, nō quia natura; sed quia sponte sua dexteram quodammodo clauderet, vel contineret: vtraque enim manu promptus erat, tractandisque armis peritus, ac dexter.

Theodor. in Exod. q. 10.

Caetan. Serar. Pined. in l. b c 37. n 7

Iudic. 20. 16.

Fortissimi, qui vtraq; manu vtuntur.

7. Huic sententiæ subscribit Origenes homiliæ 3. cū ad mores, vt solet, inflectēs. *Ecce qualis est iste, qui suscitatur ad Saluandum Israel: nihil habet in se sinistrum, sed vtranque manum dexteram habet; dignus vero populi princeps, & Ecclesiæ iudex, qui nihil agat sinistrum &c.* Præsertim si sacerdos, à quo dextra omnia Deus exigit. *Sumes*, inquit ad Moysem, *de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ, quæ mollior est ac tenerior:* Teneras, ac faciles ad auscultandum legi diuinæ aures, obedientiamq; ad extremum vsque seruandam fundendo sanguine tenus, Cyrillo teste, significat: per pollices vero manus dextræ, ac pedes: promptitudinem animi, ac corporis, ad ea, quæ audiuit dextre, atque impigre obeunda: Sic demum omnia dextra, idest, fausta, feliciaque futura. Ita Lyra Abulensis & ex ijs Cornelius ad eum locum. In eadē sententia est Hieronymus ad illa verba, *cadent a latere tuo millia, & decem millia a dextris tuis* psalmo 9 n 7. *Non sinistra*, inquit, *nominatur; pro sinistra latus nominatur, non enim poterat iustum esse, vt iustus haberet sinistram &c.* Eadem argutia explicat illud Christi Domini: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi, & alteram.* Matthei cap. 5. n. 39. *Non dixit & sinistram, non enim est sinistra, quæ præbetur, sed dextera altera &c.* Quasi velit, eam maxillam quæ iniuriæ sustinendæ sponte

Orig. hom. 3.

In principe, & Sacerdote nihil sinistrum sit.

Obedientiæ faciles ac molles adhibendæ.

Cyril.

Obediēs semper dextre operatur.

Lyr. Abul Cornel.

In iusto nihil sinistrum reperitur

Matth. c. 5. n. 39.

Iniuriarum patientia nobilitamur.

se offert, & si natura sit ignobilior, æque nobilem fieri patientia, *Denique*, concludit; *ille Aod, qui inscribitur in libro Iudicum, propterea duas dextras habere dicitur, quia iustus erat &c.*

8 *Theodor.*

Aliter Abbas Theodoretus apud Cassianum collatione 6. cap. 10. Quæ hic dicuntur de Aod illis accommodat, qui in rebus aduersis æque ac prosperis pari se gerunt animo: eoque sensu vocat ambidextros Iob, Ioseph, Diuum Paulum, qui velut vtraque manu aduersus vtranque fortunam præliabatur, vt ipse ait; *Per arma iustitiæ a dextris, & a sinistris per gloriam, & ignobilitatem* 2. ad Corinthios cap. 6 n. 7. vbi Chrisostomus, *Afflictiones arma esse ostendit, vt quæ non modo non deijciant, sed muniant, ac firmiores efficiant. Sinistra autem vocat ea quæ spem molestiæ habent &c.* De gloria vero, quæ per dexteram significatur subijcit, *An in gloria versari non fortem, ac strenuum animum requirit? fortem plane, ac perquã ingentem: vt ne is, qui ea fruitur in arrogantiam prorumpat &c.* Vbi aduertendum, Diuum Paulum grauius sibi a prosperitate, quam ab aduersitate vulnus metuere, cum aduersus hanc, sinistram, quæ infirmior est, aduersus illam, quia validior, dextram obarmet. Bernardus tamen illis accommodat, qui vtraque manu actionis, & contemplationis in Ecclesia militant. Vide illum sermone ad fratres de monte Dei.

Ambidextri, qui prospera, & aduersa pari ferũt animo.

2. Corint. c. 6. n. 7. Chrysost.

Afflictiones arma sunt, quæ muniunt.

Ad gloriã maximus requiritur animus.

timẽ Plus das prosperitas.

Bernard.

Miseruntque filij Israel per illum munera Eglon.

9

Mvnera pro tributis sumunt aliqui, vt 2. Paralipom. cap 26. n. 8. verosimilius tamen honoraria fuisse munera, quorum specie regis animum delinirent, eiusque occidendi, quod moliebantur, consilium pretexerent. Frequentissima enim apud gentes illas erat missitandorũ munerum consuetudo. *Omnes reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, & deferebant ei munera* 2. Paralipom. capit. 9. num. 23. *Reges Tharsis & insulæ munera offerent* psalmo 71. num. 9. Quod etiam regum rex a suo populo exigebat: *Non apparebis in conspectu meo vacuus.*

2. Parali p. c. 26. n. 8.

Apud Israelitas frequentissima munera mittebãtur.

2. Paralip c. 9. n. 23

Psal. 71. n. 9.

Exod. c. 23. n. 15. *vacuus*. Exodi capit. 23. nu. 15. non quod muneribus nostris egeat, sed quia donare Deo, sit accipere. Vnde Nazianzenus oratione 16. *Da omnia ei, qui omnia donauit: nunquam Dei munificentiam vinces etiam si omnia bona tua proijcias, & si te ipsum bonis tuis adiungas, nam hoc quoque ipsum accipere est, nempe Deo donare &c.* Aliter explicat Lypponianus. Quasi Deus dicat, *Nunquam frustra venietis, semper aliquid gratiæ, & beneficiorum, & meriti melioris reportabitis. Non ego dimitam vos vacuos, non me sine fructu quæretis &c.* Ita non tam Deo nos, quam nobis Deus munera largitur. Saluianus 6. de Gubernatione. *Munera autem Dei & blandimenta, quæ sunt? quæ scilicet, nisi pax nostra, & quies nostra, & famulantes votis & voluptatibus nostris, rerum secundarum tranquillitates, &c.*

Deo donare est accipere. Nazian. Orat. 16. Fœnori dat, qui Deo dat. Lyppom. Qui Deũ quærit nũquam abit vacuus. Saluian. 6. de Gubernat.

10 Theod. q. 53. Theodoretus tamen quæstione 53. de eleemosinis interpretatur: *Quibus verbis, inquit, instruimur, quod si locupletes sumus, eleemosina pauperibus præstita Deum orare debemus &c.* His ergo muneribus mirificè capitur Deus: ita explicat Augustinus illa verba *Filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur* psal. quadrag. quarto *Venit rex ipse & ipse munera vult quæ munera? eleemosinas. Ipse est enim iudicaturus, & ipse munera imputabit quibusdam. Venite, inquit, Patris mei benedicti &c.* Vt enim ait Chrysostomus homilia 33. ad Antiochum. *Eleemosina, Christi adstat tribunali; non tam patrocinans, verum & ipsi persuadens iudici, vt reo patrocinium præstet, & pro eo sententiam ferat &c.* Ideo Iacobi. capit. 2 numer. 13. dicitur. *superexaltat misericordia iudicium.* In Græco est: *Aduersus iuditium gloriatur misericordia &c.* Tanquam victrix iudicij: vt uidere est apud Salmeronem ibi & Cornelium Deuteronom. capit. 26. Adeo extremum illud tribunal, iudicemque terribilem solæ possunt corrumpere eleemosinæ, ideoque monet propheta. *Reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera terribili, & ei qui aufert spiritum principum* psal. 75 n. 12 Ambrosius de Naboth capit. 16 *Reddite Deo vestro munera, reddite in paupere, in egeno soluite, in inope fœnerate: quem vltorem timetis, facite vobis debitorem. &c.* Nam munus

Eleemosynæ sunt Deo dona gratissima. August. Psal. 44. Chrysost. homil. 33 ad Antiochum. Eleemosynæ Christum iudicẽ corrũpunt. Iacob. 2. 13. Salm. Cornel. Deut. 26. Psal. 75. n. 12. Deum per eleemosinas nostrũ facimus debitorẽ.

nus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam Prouerbiorum c. 31. n. 14. Vbi Hieronymus *Qui iram districti iudicis, quam peccando meruit, placare desiderat, eleemosinas det pauperibus &c. Ita praeocupabit faciem eius.* Psalm. 94 n. 2. Chrysostomus, *Pecunia enim suadetur, nō ipse manu, sed per inopes accipiens. Da inopi pecuniam, & iudicem mitigaueris &c.* Idem homilia 77. ad Antioche. *Extende manus tuas non in Cælum, sed ad pauperum manus, si ad pauperum manus extenderis. manu ipsum Cæli verticem tetigeris qui enim sedet, misericordiam suscipit &c.* Vt enim ait Saluianus lib. 4. ad Ecclesiā catholicam. *Non quærit in se munificentiam sed in suis &c.* Placatur donis sic Deus ipse datis.

Prou. c. 31 n. 14.
Hieron. Iram iudicis frangit Eleemosina
Psal. 94. n. 2.
Chrysost.
Idem hom. 77. ad Antioche
Manus præstans eleemosinam cælū tangit
Saluian. lib. 4.

11 Itaque Regum, ac principum erat munera a subditis sibi populis expectare, atque ita honorari se credebant. Vnde qui Saulem despexerant regem non agnoscentes, munera ei non attulerunt. 1. Regum cap. 10. n. 27. longe aliter principes Euangelici, qui dedecorari se putabant, ac redigi in alterius potestatem, si â quopiam munus acciperent. Vt Paulus, cum de se ait *Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigor potestate* 1. ad Corinth. ca. 6. n. 12. Diuus Ambrosius. *Noluit ab his accipere, ne causa ventris, vigor Euangelicæ veritatis torpesceret, si enim ab ijs acciperet, quos in tantis vitijs arguebat, autoritatem magisterij concessam a Domino inclinabat &c.* Hanc gloriam suam 1. ad Corinth. cap. 9. n. 15. hanc mercedē n. 18. hanc glorificationem vocat. *Hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ* 2. ad Corinth. cap. 11. n. 10 In græco est. *Non obstruetur.* Chrysostomus, *Metaphora ducta a fluminibus, quorum in morem fama ipsius fluebat, quia nihil acciperet &c.* Hanc denique castitatem appellat, *In ieiunijs, in castitate* 2. ad Corinth. cap. 6. n. 6. Idē Chrysostomus *Quod a muneribus capiendis abhorreret atq; gratis euangeliū prædicaret. &c.* Munera enim maculant, ac fœdant iuxta illud. *Si manibus meis adhæsit macula* Iob cap. 31. n. 7. Septuaginta *Si manibus meis tetigi dona &c* Nacti igitur occasionem Israelitæ ad Eglon, cui mortem moliebantur, legationem adornant munusque magnificum, quod deferret Aod, & per munus, vulnus inferret.

Reges subditorum muneribus honorantur.
1. Reg. c. 10. n. 27.
Non ita principes Euangelici.
1 ad Corinth. 6. n. 12.
D. Ambr. Autoritas magisterij donis declinat.
1. ad Corinth. c. 9 n. 15.
Prædicantium gloria dona spernere.
2. ad Corinth. c. 11 n. 10.
Chrysost.
2. ad Corint. c. 6. n. 6.
Chrysost. Munera accepta maculam inurunt.
Iob. c. 31. n. 7.

Qui

Qui fecit ſibi gladium ancipitem.

Verſus. 16.

Abul. q. 17

Quid gladius anceps ſignificet.

ANcipitem vocat, non duorum mucronum, vult Abulẽſis q. 17 ſed duarum acierum, quæ phraſi hæbrea ora dicuntur. Septuaginta *diſtimon*, vocant, ideſt vtrinque acutum, quia ſic habilior incidẽdo, ac penetrabilior. Metaphorice accommodatur ſermoni Dei, *Qui penetrabilior omni gladio ancipiti* ad Hæbreos cap. 4. n. 12. Qualiſque tribuitur Chriſto Domino, de cuius ore *Gladius vtraque parte acutus exibat* Apocalipſis cap. 1. n. 16. Tertulianus lib. aduerſus Marcionẽ. *Quem intelligi oportet ſermonẽ diuinum bis acutum duobus teſtamentis legis & Euangelij &c.* Et Sanctis, de quibus dicitur: *Gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus* pſal 149. n. 6. neque enim ita eſt Sanctorum gloria, vt gladijs in hoſtes ſæuiant, aut ſeueritatem iudicij, pænæque diſtringant, ſed vt glorioſa illis eſt mundi conuerſio, quæ gladio efficaciaque diuini verbi peragitur, vt cõtendit Alcaçar in locum Apocalypſis citatum, cui fauet Diuus Hieronymus ad illa verba. *Ad faciendam vindictam in nationibus* numero 7. *Vt occidantur*, inquit, *& pereant non hoc dicit, ſed ſubdit: increpationes in populis, increpat, vt ſaluentur populi &c.*

Gladius acutus verbum Dei.

Ad Hebr. c. 4. n. 12.

Apoc. c. 1 n. 16.

Tertul. 3. aduerſus Marcionem.

Alcaçar.

Hieron.

Obtulitque munera Eglon regi.

Verſus 17.

1

Inimicorum dona doloſa.

AI tera manu ferebat vulnus, altera munus offerebat Eglon; cui niſi mens læua fuiſſet animaduertendum hoſtium munera, non munera, vt eſt in prouerb. Quo timeret Hæbræos, vt ille *Danaos, & dona ferentes*, qui mortem afferrent in munere, munus in enſe. Sic Tryphon ſpe munerum, quæ Ionathæ dedit 1. Machab. cap. 12. n. 43. ipſum, eiuſque ſocios intra Ptolemaidẽm comprehenſos occidit, vt qui ferro nõ poterant muneribus vincerentur, munera enim quouis enſe, vel ictu potentiora. Gladiatorio animo viã affectabat Dauid in necem Nabalis, cui occurrens Abigail.

Virg. 2. Ænei.

1. Machab. c. 12. n. 43.

Munera aurea ferreis armis potentiora.

gail præter alia. *Suscipe* inquit, *benedictionem hanc, quã attulit ancilla tua tibi.* 1. Regum cap 25. n. 27. Bonauentura in speculo Virginitatis. *Abigail placauit Dauid verbis, & muneribus, sic Virgo Deum precibus & meritis &c.* Sed quanuis ipsa taceret, munera perorarent. Vt enim ait Nazianzenus. *Auro loquente, nihil potest oratio: persuadet aurum namque, sit mutum licet &c.* VndeSiba cum Dauid munera obtulisset, *subticuit*, vt ait Abulensis, *quasi nihil aliud intenderet &c.* Vt quod ipse subticebat, munera loquerentur. Itaque Abigail districto gladio munus opposuit, ac vicit Dauidem, sed salubriter & in vitam. Periculosius eum munera Sibæ 2. Regum cap. 16. n. 2. inclinasse videntur, (vt contra absentem Miphiboseth iniquum ferret iudicium, vt loquitur Diuus Bonauentura in Biblia pauperum cap. 76. *Excæcant enim etiam prudentes.* Exodi cap. 23. n. 8. Siue *apertos, & videntes*, vt est in hebræo. Caietanus, *Quod tanta est vis munerum, vt non solum parum, aut mediocriter videntes, sed etiam perfecte videntes quæ iuris sunt, excæcent &c.* Et Ambrosius. *Munera excæcant oculos, & vim authoritatis inclinant &c.* Tandem Iacob furenti Esau munerũ velut aciem quandam opposuit. *Pacabo illum muneribus* Geneseos cap. 32. num. 20. Nam vt ait Ambrosius de Iacob, & vita beata cap. 10. *Certauit muneribus, & obsequijs, vt indignationem omnem excluderet &c.* Arma enim muneribus cedunt, missilia missilibus.

1. Reg. c. 25. n. 27. Bonau. in Speculo Virginitatis. Virgo Deum precibus placat. Nazian. Auro loquente nihil potest oratio. Abul. 2. Reg. 16. q. 4. Aurum ad aliquid impetrandum eloquentissimus. Reg. c. 16 n. 2. Munera etiam prudentes excæcant. D. Bonau. in Biblia pauperũ c. 76. Exod. c. 23. n. 8. Caetan. Munerũ improbatio. Arma cedunt muneribus. Gen. 32. n. 20. D. Ambr. de Iacob. & vita Beata c. 1

Erat autem Eglon crassus nimis.

SEptuaginta legunt. *Vrbanus nimis*; Seu quia tales esse solent vrbanis delitijs enutriti, vt dicitur in annotationibus. Seu quia pulcher, elegans, atque festiuus erat. Quemadmodum de Moyse dicitur: *Eo quod vidissent elegantem infantem*, ad Hebræos capit 11. n. 23. Vbi Diuus Paulus vsus est eodem vocabulo, quo hic septuaginta: seu quia, vt infra videbimus, adeo vrbanus fuit, vt ei nuntio assurrexerit. Alij tamen apud Hugonem & Augustinum quæstione 21. legunt *erat exilis nimis.* Quod ironice, & per anti

2 Crassi sunt vrbani. Ad Hebr. c. 11. n. 23 Regis vrbanitas. D. Augu. q. 21.

antiphraſim dictum interpretantur. Niſi ab effectu dictum malis, vt in pſalmo 105. n. 15. *Miſit ſaturitatem in animas eorum*, vbi in Hebræo eſt. *Miſit maciem*, vt videre eſt in Genebrardo, quia vt ait Chryſoſtomus ad populum homilia 5. *Quod ſupra neceßitatẽ aſſluit non modo non nutrit, verum, & corrumpit &c.* Valde tamen pinguẽ fuiſſe, vt legit Chaldæus, magnoque abdomine pergrauatum conſtat ex infra dicendis. Quod homini, qui ſe voluptatibus corporeis ſaginauerat, vitio datur.

Pſal. 105. n. 15.

Chryſoſt. ad populum hom 55. Cibus ſupra neceſſarium nocet.

3 Sic etiam Agag 1. Regũ cap. 15. n. 32. *Pinguißimus* dicitur a Chaldæo, *delitioſus*: á Caietano *Agag deliciarum, vel catenarũ*; dictio enim hebræa anceps, ã ſignificetur Agag delitioſus, an vinctus catenis &c. Sed vtrũq; miré cõgruit Quid enim corporis deliciæ, niſi animi carcer, & catenæ? Baſilius oratione 16. de ingluuie, & ebrietate. *Cur pingue facis, ac carnoſum efficis te ipſum? an te præterit, quod quanto craßiorem tibi facis carnem, tanto grauiorem animæ conſtituis carcerem. &c.* Vnde ad Cælum, cuius anguſtiſſima porta difficilis aditur vt canit Nazianzenus. *Diſtentas carnes, & grandis pondera ventris. Porta peranguſta non capit arcta via.* & Tertulianus libro de ieiunio. *Macies non diſplicet nobis, neque enim Deus ad pondus carnem tribuit, ſicut nec ſpiritum ad menſuram. Facilius forte per anguſtam ſalutis ianuam introibit caro exilior, citius reſuſcitabitur caro leuior &c*: & infra. *Saginatior Chriſtianus vrſis, & leonibus forte, quam Deo erit neceßarius, niſi quod aduerſus beſtias maciem exercere debebit &c.* Vide Chryſoſtomũ homiliaſ ad populum 54. Vbi contendit nullas in corporis ſagina delitias eſſe, nullam ſuauitatem. *Nam & in chordis*, inquit, *craßa quidem, & immunda ad cantus ſuauitatem inutilis eſt; vndique vero raſa intenſa eſt, & conſonantißima &c.* Vide etiam Nazianzenum in laudem Baſilij, vbi pœnitentis, ac macilenti viri pellem cum illa confert, quæ rapto in Cælum Elia, diuinitus cecidit Eliſæo quarto Regum capit. 2. num. 13 *Huius*, inquit, *vitam lauda in igne traductam, ideſt, in tentationum agmine: ſublimitusque ipſi datam pellem, nimirum carnis extenuationem, & maciem &c. Nam Baſilius,* vt

1. Reg. c. 15 n. 32. Delitiæ animi ſunt vincula, & carcer.

Baſil. Orat. 16.

Nazian. Cæli porta nimis ã guſta pinguibus.

Macilentis apta.

Chryſoſt. hom. 54. Ad populum.

Nullæ delicíæ in corporis ſagina.

Nazian.

Macici laudes.

4. Reg. c. 2. n. 13.

vt supra ait, *Solas has volupta tes, ac delitias censebat: nempe à voluptatibus, & delitijs abhorrere &c.* Quibus dum nimis indulget Eglō & vita exui tur, & delitijs.

Aliter, & cum laudē pin guescit, ac nitet Christianus, & iustus; patientia nimirum, qua etiam Christus significari voluit vt tritum est ex Tertuliano, qui respexisse videtur illud Ieremiæ, *Saturabitur opprobrijs* 3. Threnorum cap. 30. Tanquam dulcissimis dapibus, quæ ille libenter pro nostra salute comparanda sustinuit, vt loquitur Salmeron tomo 10. tractatu 8 & Elias de quo Ambrosius Epistola 2. *Duratus ad potentiam est solicitudinum incolatu, & tanquā pastus ad virtutis adipalem agresti alimento processit fortior &c.* Et illi de quibus in psalmo 91. num. 15 *Multiplicabuntur in senecta vberi, & benepatientes erunt, vt annuncient:* velut alij legunt apud Genebrardum *Pingues, & virentes:* seu *bene floridi erunt* iuxta Simachum. Quæ verba de Martyribus interpretatur Incognitus, patientia enim, nec maciem sētit, nec deformitatem, ac senium, *Quia,* vt loquitur idem Tertulianus *in omni sexu, in omni ætate formosa est.*

4 Opprobriorum sagina exoptāda.

Tertul.

Ierem. 3. Thren. c. 30.

Salm tom. 10. tract 8.

D. Ambr. Epist. 2.

Psal. 91. n. 15.

Geneb. Patientes pingues, & floridi.

Patientia semper formosa. Tertul.

e Pinguescit, ac roboratur temperantia, & ieiunio iuxta illud. *Ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus* Isaiæ cap. 58 n 11. Septuaginta *Ossa tua pinguescent, & erunt sicut hortus ebrius.* Ambrosius 3. Epistolarum cap. 25. *Pinguescit anima tua, virtutesque eius spirituali adipe ieiunij: & fructus tuus multiplicantur vbertate mentis tuæ &c.* Ita corporis, & animi vigor nitidius ac pulchrius efflorescit Vnde Christus Matthei cap. 6. vbi nos ad parsimoniam victus adhortatur, non iubet respicere quadrupedes gulæ, ventrisque obedientes, in quibus nulla species, ac pulchritudo: sed, vt loquitur Basilius, & Nazianzenus *Lilia, & aues, quibus simplex, & natiua est pulchritudo, & victus facilis, atque ex tempore quæsitus ante oculos habere &c.* Ideo trium puerorum, quibus maciem timebat præpositus Eunuchorum, apparuerunt vultus meliores, & corpulentiores: Interlinealis. *Pinguedine scilicet, & præ omnibus pueris Daniel.* cap. 1. n. 15. vbi Theodoretus *Di dicit posse aliquem vel ieiunio corporis robur, & pulchritudinem sibi comparare.* Et Hieronymus ad illa verba: *Genua mea infirmata.*

5 Ieiunium corroborat: & exornat.

Isai. c 58 n. 11.

Ambros. 3 Ep. c. 25.

Matth. 6 Nulla pulchritudo gulosis.

Parcis innata.

Ieiunio corporis robur, & pulchritudo comparatur.

Daniel c. 1. n. 15.

Theod.

mata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum psalmo 108 n. 4. *Quando infirmantur genua eius ieiunio tum maxime roboratur.* Et infra adducens illud. *Vidimus eum, & non habebat pulchritudinem* Isaiæ cap 53. n. 2. *Quare? quia caro ipsius immutata est propter oleum, non habebat dilitias corporis, sed Dei Spiritus, & nos ergo quando ieiunamus, quando facies nostra pallida sunt, quando fœdi videmur, cognoscamus nos metipsos tunc pulchriores apparere Christo &c.* Dæmoni verò terribiliores, *Qui vbi ieiunium viderit*, inquit Ambrosius sermone 36. *Terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmitate prosternitur &c.* Et infra. *Tunc est fortis infirmitas, quando caro tabescit ieiunijs, anima puritate pinguescit &c.* Cum igitur Aod munera obtulit, vt dicitur nu 18. *Prosequutus est socios*, vt rem magis dissimularet, illisque demissis, rediret & expeditior.

Psal 108 n. 4.

Isai. c. 53 n. 2.

Ieiunij macie confecti Christo pulchriores.

Dæmoni formidabiles.

D. Ambr serm. 36.

Et reuersus de Galgalis vbi erant idola.

Versus. 19.

1

CHaldæus, & septuaginta *Reuersus des culptilibus.* Caietanus. *Ab incisionibus.* Pagninus. *A lapidicinis.* Seu quia locus ibi erat, vnde deorum imagines excindi, sculpique solerent, seu quia ibi illas reponi iusserat Eglon, vt loci religionē profanaret. Sed cur Aod inde reuersus? Zelo actum, Lyranus, & Charthusianus existimant. Cum enim in loco illo sacro, vbi antea fuerat arca Testamenti: vbi angelus Domini apparuerat, repositas nunc vidisset inanium deorum imagines, diuino quodam ardore, ac Zelo religionis accensus, concepit animum reuertendi, regemque, qui sacra prophanauerat, occidēdi. Vt enim ait Ambrosius. *Zelum qui habent, omnes sibi inimicos suos putant, qui sunt hostes Dei, quamuis patrem, fratrem &c.* Sic Zelus Domini propter Baal amplius quā propter vitulos aureos, quos fecit Ieroboam, exarsit in Eliā, cum Sacerdotes eius de Baal ad vnum interfecit 3. Regum cap. 18. n. 40. Rupertus 5. de Victoria vbi c. 12. *Quia cultus vitulorum intra Israel continebatur: cultus autē Baal vsque in Hierusalem, vsque in domum Dauid profluxerat, vnde promissio, idest verbi diuini incarnatio sperabatur &c.* Itaq; vbi cultus Baal sacri loci religio-

Caietan. Pagnin.

Lyran. & Carthus.

Visa scelera iustis accendunt Zelum.

D. Amb.

Iusti inimicos Dei suos putāt.

3. Reg. 18 n. 40.

Rupert. 5. de Victor

Iusti ægre ferunt sacra profanata.

ligionem temerauit, exarsit in Propheta suo verbum Domini tanquam ignis, gladiumque arripuit & sanguinem impiorum effudit. Vt loquitur idem Rupertus. Similis Zelus Christũ incendit cum domum Dei profana vidit negotiatione pollutam Ioannes cap. 2. n. 16. Vbi iuxta illud psal. 68. n. 10 quem ibi affert *Zelus domus tuæ comedit me.* Zelus enim Dei, siue Deus, illos, quos Zelus concoquit, dulciter deuorat: qui Zelo non condiuntur fastidit, ac euomit. Vnde Angelo Laodiceæ dicitur: *Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus incipiam te euomere ab ore meo.* Apocalipsis cap. 3 n. 16. *Et ideo suadeo tibi emere a me aurum ignitum* n. 18. Ambros. in psalmo 118. *Hic est Dei Zelus, hic est fidei vapor, deuotionis feruor, qui nos velut suauem cibum in Christo remollit, & format. Quanta Domini gratia, vt nos in suo ore cõstituat, & quasdã meritorũ nostrorũ epuletur dapes ac si meremur, deuoret &c.* Hæc tamen sententia non probatur, quia cum animum occidendi Eglonem iam inde habuerat Aod, cum munus parauit, & gladium, vt aduertit Abulensis quæstione 19.

Ioan. c. 2 n. 16. Psal. 68. n. 10. Qui zelo non condiuntur, fastidit Deus.

Apoc. c. 3. n. 16. D. Amb. in Psal. 118. Zelo conciti suauis Deo epulæ

Reuersus igitur est de Galgalis, vt afflatus numine, cuius mandatum postea finxit, facile crederetur, de quo infra. Deinde quem admodum loquitur Brixianus, *Positis socijs in tuto loco, reuersus est ipse solus, vt si infeliciter negotium adoriretur, solus periculo obnoxius esset &c.* Quod, & charitatis in suos & prudentiæ fuit. Ita etiam *Dauid* authore Ambrosio in psalmo 37. *Vbi vidit occidi populum, ipse se angelo feriendum obtulit, vt ipse potius pro populo feriretur &c. Cupiebat enim Dauid,* inquit Pelusiota tomo 3, Epistola 219 *cum gloria potius mori, quam amissis subditis, turpiter viuere &c.* Ab eodem affectu nata vox illa Ionæ ad nautas periclitantes. *Tollite me, & mittite in more* Ion. cap. 1. n. 12 Vbi Hieronymus. *Animaduertenda fugitiui nostri magnanimitas: pœnam libenter assumit, se cupiens perire, ne propter se, & cæteri pereant &c.* Mitto Moysem, & Paulum, de quibus Chrysostomus homilia 1. de laudibus Pauli. *Moyses cum cæteris optauit perire: Paulus præ cæteris; non enim cum pereuntibus perire voluit, sed vt saluarentur alij, ipse de gloriæ æternitate decideret &c.* Similia idem Pelusiota tomo

Brixian.

Charitatis est se periculis obijcere, vt cæteros ab illis arceat

D. Amb. in psalm. 37. Laudatur qui pro alijs se morti, aut periculis deuouent.

Ioan. c. 1. n. 12. D. Hieronim.

Chrysost. hom. 1. de laudibus Pauli

tomo 2. Epistola 58. vbi etiam de Rebecca loquens. *Rebecca*, inquit, *Apostolica, vt sic loquatur, animi magnitudine prædita, imprecationem suscipere minime dubitauit, vt ipsius filius benedictionem consequeretur: ac bonis quidem ipsi cedebat: mala autem ipsa sola sufferre parata erat &c.* Maius quiddam ausa Iudith, de qua Ambrosius 3. de officijs capit. 13. *Honestatis fuit se malle pro omnibus periclitari, vt omnes eximeret periculo &c.* Idem laudat in suo Valentiniano. *Pro omnibus se obtulit, dicens, quod frustra propter se alij periclitarentur sibi que potius mortem optabat ne ipse alijs causa mortis esset &c.* Quod regum præsertim, ac principum est: ideo Samuel armum, siue tibiam Sauli iussit apponi primo Regum capit. 9. numer. 24. Theodoretus quæstione 19. *Tanquam regnaturo, & pro populo periculum adituro &c.* Quia ergo Aod iudex, ac princeps futurus erat, solus periculo se obiecit vt iam per pericula præluderet ad principatum.

(1)

D. Amb. 3. de officijs c. 13.

Regis proprium munus est pericula a suis arcere.

1. Reg. c. 9. n. 24.

Theod. q. 19.

Et dixit ad regem, verbum secretum habeo ad te.

VT solus solum aggrederetur, finxit esse de quibus eum seorsim, ac sine arbitris vellet, Lyra. & Abulens. q 20. Existimat officio sum fuisse mendatiū, a quo ne Sanctiores quidē alij immunes fuerint. Excusat August. q 20. Hugo & alij. Id enim videtur egisse Aod, vt nec animi cōsiliū proderet nec ingenuo viro digna labaret veritas, quæ est ingenuitatis insigne: vt olim appensa monilia collo; quemadmodum dicitur in Cantic. *Collum tuum, sicut monilia* cap. 1. n. 9. Quo alludens Bernardus sermone 51. *Bonum*, inquit *monile veritas, bonum puritas, siue simplicitas &c.* Vnde cum Balthasar rex Danieli, si scripturam interpretaretur, torquem, ac purpuram nobilitatis insignia promisisset. *Purpura vestieris, & torquem auream circa collū tuum habebis* Daniel cap. 15. n. 16. Veritate Daniel, quā torque aurea maluit exornari: de quo Chrisostomus in psalmo 95. *Daniel pro nihilo ducens eorum munera.*

3

Lyran. Abul. q. 20.

A mendacio vix immunes sanctiores

D. Aug q 20. Hug.

Veritas ingenuitatis insigne.

Cant. c. 1 n. 9.

Bernard. ser. 51.

Pulchrior veritas torque aurea.

Daniel c. 15. n. 16.

D. Chrys. in psal. 95.

nera, sed super omnia veritatem honorans, ait, Rex munera tua alteri da, ego tamen scripturam narrabo: & quod erit interpretationis præmium? a Deo merces veniet, quin potius hoc ipsum mihi veritatis præmium erit, interpretari veritatem &c. Quam veluti pretiosissimã in thesauro suo Deus reponit: *Custodit veritatem in sæculum* psalmo 145. n. 7. vbi Hieronymus: *Pulchre dixit: Custodit illam, & habet in thesauro suo &c.* Vt rarum, atque inuentu difficile margaritum. Vnde Ioannes Electæ scribẽs. *Inueni*, inquit, *de filijs tuis ambulantes in veritate.* Epistola 2.4. Quasi rarum quid, & exquisitũ, vt explicat Thomas Angelicus apud Lorinum. Ditat enim, & ornat, præsertim Sacerdotem, cui vt ait Pelusiota tomo 3. Epistola 10. *Veritatem ornamẽti loco esse conuenit &c. Quæ etiam*, vt loquitur Diuus Thomas, *despectos claros facit &c.* Tantum in veritate pretij, & autoritatis, vt vel dæmon mendacij pater a veritate nõnumquam conciliare sibi velit authoritatẽ. Ea de causa Diuus Paulus tacere iussit, atque exire spiritum illum Pythonem, qui in puella clamabat, *Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui nũtiant vobis viam salutis* Actorum cap. 16. n. 17. *Dæmones siquidem*, inquit Chrisostom. oratione 3. aduersus Iudæos, *vt possent in posterum mentiri cõfidentius, propterea vera quoque nonnulla commiscebant. Hanc ob causam, & Paulus potissimum afficiebatur molestia, festinabatque illis occludere os, quòd sibi authoritatem vsurparent, nequaquam ipsis congruentem &c.* Cum Dei, & eorum, qui ad Deum proprius accedunt, propria sit, iuxta illud; *Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax* psalmo 115 n. 2. Igitur qui verus, ac verax homo non est, supra hominẽ ergo est. Ita Remigius. *In eo quod non sumus mendaces, non homines sumus, sed dij &c.* Vnde est illud Pithagoræ: *Veritatem post Deum colendam esse, vt potè quæ homines Deo proximos facit &c.* vt videre est apud Hieronymum contra Rufinum.

Veritas sui ipsius præmium

Psal. 145 n. 7. D. Hiero.

Veritas Dei thesaurum ditat.

Ioan. Ep. 2 4

Thom Lorin.

Veritas ditat, ac ornat.

Pelusiot. tom 3. ep. 10.

Sacerdoti ornamenti loco veritas.

Despectos nobilitat.

Veritas authoritatem conciliat.

Act. c. 16. n. 7.

D. Chrys. orat. 3. aduersus Iudæos.

Dæmones aliquando veri, vt postea cõfidentius mentiantur.

Qui verus est, supra hominem est.

Psal. 115. n. 2.

Veritas Deos facit.

4 Dices. Si non mendacio, certe dolo vsus est Aod, quo tamen nihil indignius in duce præsertim, ac viro fortissimo. Vnde nomen Ioab ducis alioquin fortissimi non ponitur inter nomina fortium Dauid 2. Regum cap. 23. n. 8. quia dolo occidit duos viros, vt iam attigimus ex Hugone, cui

Mendaces, ac dolosi nomine indigni sunt.

2. Reg. c. 23. n. 8.

addc

adde Rupertum lib. 2. Regum cap. 37. vbi quærit, cur Ioab nec inter tres, nec saltem inter triginta fratres numeratus sit, videlicet, *Quia non hic tantum vires corporis, sed potius virtutes animi spectantur in fortibus David. Porro Ioab interfecerat duos viros, & effuderat sanguinē belli in pace, idest in dolo, vel pacis simulatione, recte ergo in numero fortiū David conscriptus non est &c.* Tanquam eius dolum non duce, non homine dignum scriptura dānaret. Immo in eo ceteri animantes homine sunt feliciores, quod dolum nesciant. Ita Clemens Alexandrinus ad gentes. *O error qui est in hominibus? bestiæ beatiores, quæ possident quidem, vt vos ignorationem, veritatem autem nequaquam falso imitantur, ac simulant &c.* Nisi forte serpens, de quo Chrysostomus in Psalmo 14. *Dolus cum armasset serpentem, eum execrandum reddidit &c.* Et Tertullianus aduersus Valentinum. *Christum columba demonstrare solita est, serpens vero tentare; illa & à primordio diuinæ pacis præco: illa à primordio diuinæ imaginis prædo. ita facilius simplicitas sola Deum & agnoscere poterit, & ostendere; prudentia sola concutere potius, & prodere &c.* Inde est, vt semper, quasi sui met pudeat, latebras serpentis more, ac tenebras amat. Propterea vulpeculæ illæ in Cantico non iubentur exterminari, non abigi, vel occidi: sed capi, idest comprehendi in astutia sua, quia cū id per dolos agant, vt lateant, no capiantur, grauius illis est capi, quàm occidi. *Capite nobis vulpeculas paruulas.* 2. Cāticorum cap. 15. Bernardus sermone 64. *Solum hoc malignitatis genus id proprium habet, vt agnitum iam minime noceat, ita vt agnosci sit illi expugnari &c.* Et infra. *Sufficit proinde si capiantur, qui huiusmodi sunt hoc est, si prodas, & deducas ad medium. Quippe quibus apparere, perire est &c.* Cum è contra nihil magis veritas amat, quam apparere, de quo idem Tertullianus. *Nostræ columbæ domus simplex etiam in editis semper, & apertis, & ad lucem: amat figuram Spiritus sancti, Orientem Christi figuram, nihil veritas erubescit, nisi solum modo abscondi, &c.* Hæc tamē de dolo malo intelligenda, non de bono, ac iusto quale vsus est Aod, qui, vt ait Origenes homilia 4. *callida sed laudabili vsus deceptione, interemit Eglon Tyrannum &c.* Ita etiam Anastasius Nyssenus

Dolosi brutis animantibus infeliciores.

Clemens Alex.

Serpens ideo execrandus, quia dolosus.

Chrysost. in ps. 14.

Tertul.

Sola simplicitas Deum agnoscit.

Mendaciū lucē odit

2. Cant. c 15.

Bern. ser. 64.

Grauius mentienti um supplicium, mendacio capi.

Veritas amat lucē.

Nihil veritas erubescit.

Origen. homil. 4.

quæstione 44. in Bibliotheca tomo 1. & notum illud. *Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?*

Ingressus est Aod ad eũ: sedebat autem in æstiuo cænaculo solus.

Versus 20.

1 REmotis arbitris Aod propius accessit ad regem, qui sedebat in domo æstiua, *Aulam refrigerationis* vocat Caietanus, vt per æstum frigidiores auras, vẽtulosque captaret; vt domos hiemales, sic & æstiuas habebant fortunæ beatioris homines, de quibus Deus, *Percutiam domum hiemalem cum domo æstiua, & peribunt domus eburneæ*. Amos cap. 3. n. 15. vbi vide Hieronymum, qui addit. *Possumus domum hiemalem appellare regnum Israel, in qua frigus erat religionis, & cultus Dei, varijque ventorum turbines, & sæua tempestas, & domum æstiuam Iudam, & Ierusalem, in quá erat templum, & offerebantur holocausta, & vigebat calor religionis &c.* Vbi enim peccatum, ibi procella, vt ait Chrysostomus homilia 5. ad populum: vbi vero pietas, ac religio, ibi Dei refrigerium, atque deliciæ, immò & nostræ. Hæc enim fortassis est domus illa deliciarum, de qua Deus. *Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum, a paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum* Michææ cap. 2. n. 9. idest. *de templo Ierusalem.* vt aliqui explicãt, in quo tamquam in domo voluptatis Psalmo 26. num. 4. *Meis delicialuntur in laudibus.* Quod si exponamus cum diuo Hieronymo: de vrbe, de domibus deliciarum, in quibus populi principes propter malas adinuentiones suas lasciui erant; facilius intelligitur cur mulieres appellentur, quos Septuaginta duces vocant. Vertunt enim, *Duces populi mei proijcientur de domibus deliciarum suarum &c.* Quæ ita eos effæminauerant, vt qui duces populi fuerant, nunc mulieres haberentur.

Amos. c. 3. n. 15. D. Hieron. Anima indeuota domus hiemalis. Deuota domus æstiua Dei.

Vbi peccatum, ibi procella. Chrysost. hom. 5. ad populum. Pietas deliciæ Dei, & nostræ. Mich. c. 2. n. 9. Psal. 26. n. 4. Deliciæ viros effeminant.

Dixitque, Verbum Dei habeo ad te.

2 VT Eglon é solio suo sponte surgeret, ac descenderet, Dei nomen

Nomen Dei barbaros & emollit.

ob

obtendit Aod, ne erat enim vrbanum regem, vbi Dei nomen audiret, è ſolio ſurrecturum. Piam vrbanitatem, & vrbanam pietatem barbari hominis, qui niſi religionis obtentu falli non potuit. Ita & Gabaonitæ nominis Domini ſpecie Iſraelitis impoſuerunt. *De terra*, inquit, *longinqua valde venerunt ſerui tui in nomine Domini Dei tui.* Ioſue cap. 9. n. 9. His enim verbis Iſraelitarum beneuolentiam ita captarunt, vt fraus omnino latuerit. Nam vt ait Abulenſis, *Cum Iſraelitæ deſiderarent cultum & gloriam Dei ſui, quando audiebant aliquem laudantem Deum eorum, gaudebant & magis inclinabant ad faciendum bonum illi, quam alijs &c.* Ita decepti, quibus Dei nomine falli glorioſum fuit: periculoſius deceptus Eglō qui vt Dei nuntium attenderet, mortis periculum nō aduertit, vt notat Caietanus. Quem veró Deum intellexerit, non ſatis liquet. Aod ſuum, ideſt, verum: ſuum Eglon, ideſt, vanum videtur intellexiſſe: nam Hebræum nomen Elohim falſis etiam dijs accōmodatur.

Homines pij audito Dei nomine facile decipiuntur.

Abul.

Pietatis nomine falli glorioſum.

Caietan.

(?) (?)
(?)

Qui ſtatim ſurrexit de throno.

EN cur vrbanus à Septuaginta dictus fuerit, quã uis enim adipali pondere grauis, tamen ad audiendū Dei verbum leuis, & alacer è throno deſilijt, veniēti q; Dei nuntio aſſurrexit, ſiue in reuerentiam verbi Dei, vt non audiret illud ſedendo, quemadmodum loquitur Abulenſis q. 22. ſiue vt Dei nuntium honore habe-ret. Caiet. *Nuntius enim Dei quanto honore afficeretur teſtatur aſſurrectio regis, &c.* Sic Ioſaphat regē Iudæ tradunt Hebræi apud Gallatin. l. 11. c. 4. qua hora videbat doctorē ſapientē, ſurgere ſolitū de throno, ſedeq; & āplexari, & oſculari, & vocare eū Rabbi, id eſt, magiſter meus. Quēadmodū etiā Rex Tyri patrē honoris cauſa vocabat Hiram, ita enim ſcribit ad Salomonē. *Miſi tibi virum prudentem, & ſcientiſſimū patrē meum.* 2. Paralipomenon c. 2. n. 13. vbi Abul q. 24. *Vocauit Hiram patrē ſuum, propter ætatem, vel ſapientiam; nam qui ſapientiæ præſunt, aliorum ſunt domini, & rectores, & non immerito patres vocari* poſ-

3

Verbum Dei omni reuerentia audiendū.

Abul. q. 22.

Caietan.

Dei nuntij, & ſapientes a regibus honorantur.

Gallatin. l. 11. c. 4.

2. Paralip. c. 2. n. 13.

Sapientes domini, & patres alio-rum.

possunt, &c. Imo cum vterque, & rex, & sapiens ille diceretur Hiram, coniectura est, vel regem honoris causa nomen suum indidisse homini sapienti: vel ab eodem, vt se honoraret titulo sapientis nomen accepisse. Interlinealis. *Vocat patrem suum quia de terra Israel peregre profectus docuit timorem Domini, & cognitionem veritatis &c.* Itaque cũ reges non, nisi æqualibus, vel maioribus assurgere soleant, consequens est sapientem, veritatisve doctorem vel æquare, vel transcendere regale fastigium. Quod de sacerdote, ac Dei nuntio verius est. Vnde Iosue populi princeps stare iubetur coram sacerdote. *Stabit coram Eleazar sacerdote.* Numerorum cap. 27. n. 19. *vt discant*, inquit Oleaster, *reges, ac principes superiores se habere sacerdotes, & standum sibi esse coram sacerdotibus Domini.* Vide Ambrosium de dignitate sacerdotis cap. 2. Ab eadem consuetudine Stephano Christus videtur assurrexisse: *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem a dextris Dei.* Actorum cap 7. n 56. vbi Petrus Damianus *Surgit ipse rex filius regis, & lapidantium acies interrumpens triumphatori certaminis non sine dolore cordis assistit &c* Surrexisse crediderim, vt protomartyri mortem constantissime patienti, & inimicis eius causa veniam danti, ac postulanti, honorẽ, ac reuerentiã exhiberet. Nec mirũ cum Martyri, vel patienti non solũ assurgat è throno sed in eodẽ etiã secũ throno constituat. iuxta illud. *Qui vicerit dabo ei sedere mecũ in throno meo.* Apocalypsis c. 3. num. 21.

Sapientis nomen honorarius regis nomine.

Sapiens, & verus reges trãscendit.

Sacerdotes maxime venerãdi.

Superiores regum sunt.

Num. ca. 27 n 19. Oleast.

D. Amb.

D. Stephanus.

Act. c. 7 n 56.

Petr. Damian.

Reuerentiam exhibet Christus Stephano lapidato

Iniuriam condonantem reuereretur Christus.

Martyres eandem cum Christo sedem habent.

4

Illud etiam vrbanitatem Eglonis commendat, quod nullius expectato salutationis officio seruum, ac subditum honore præuenerit. Qui enim honore eminent, facilius ceteros, ac potissimum Dei seruos honore præueniunt. Quod a Dominis exigit diuus Paulus. *Honore inuicem præuenientes* cap 11. n. 10. vbi Caietanus. *Ecce vsus honoris, vt vnusquisque præcedat alterum honorando &c* & Christus Dominus discipulos instruens *Intrantes*, inquit, *in domo, salutate eam* Matthæi c. 10. n. 12. Chrysostomus. *Ne putetis, quia doctorem agitis, vobis id circo expectandum, vt ab aliis salutemini, quin potius ipsi honore ceteros præuenite, salutemque ante vertite &c.* Hebræi apud

Qui aliis præeunt honore, præeant. & comitate.

Honor sẽper officio certat prior.

Matth. c. 10. n. 12. Chrysost.

Abu-

Abul. q. 22.

Quinti Deus facit sui nominis reuerẽtiam

Abulensem q. 22. existimãt Egion, quod Dei verbo assurrexerit, eo præmio donatum, vt ex eo Ruth Moabitis nasceretur, a qua Dauid regia stirps, atque adeo Christus duxit originem, quæ sententia, si uera est, sane tantum diuini verbi auide, reuerenterque audiendi meritum est, vt Christi consanguinitatem præmij loco promereatur. Sed hæc sententia veritatis speciem nullam habet, præsertim cum Eglon illum honorẽ Deo vero, vt diximus, non habuerit.

Extenditque Aod sinistram manum, & tulit sicam de dextro femore suo, infixitque eam in vẽtrem eius.

Versus. 21.

1

Deliciarũ finis miseriæ, & mors fœda.

TAm valido ictu sicã adegit, vt ferrum vna cum capulo in ventrem immerserit, quod tamen altissimo adipe constringente, vel non potuit, vel non curauit extrahere, ita relicto in corpore ferro, proripuit se se, ad id ea illa mole in terrã fœde, misererequе prostrata. Hic finis Eglon, hic adipis, hic deliciarum: ita miseriæ delicijs, & deliciæ miserijs commutantur, vt ait Hieronymus ad Iouinianum, loquens de obitu diuitis illius crassi, ac nitidi. Possumus dicere, quod olim Epaminondas dixisse fertur, cum speculatorem noctu dormientem gladio traiecisset. *Quemadmodum inueni, reliqui* Ita Aod, cum Eglon occideret, quemadmodum invenit, reliquisse cum deliciosus a mortuo nihil differat iuxta illud Pauli. *Quæ in delicijs est viuens mortua est.* 1 ad Timotheum cap. 5. n. 6. Vbi Chrisostomus. *Mortuus est quisque viuens cum in delicijs degit, quoniam modò ventri solummodo viuit, sẽsibus cæteris mortuus &c.* Et Bernardus sermone 48. *Vita in delicijs agens, quoniam non est ex fide, & mors est & vmbra mortis &c.* Qualis illorum de quibus in psalmo 54. n. 16. *Descendant in infernum viuentes idest. in sepulturam.* Cũ enim in alijs mors sepulturam, in his mortem præuenit sepultura: sic erga Sodomitas segessit diuina vindicta, quos viuentes sepeliuit quod viuentes a mortuis nihil differrent corrupti,

D. Hieron.

Deliciosus â mortuo non differt

1. ad Tim. c. 5. n. 6. Chrysost.

Bernard. ser 48. Vita in delicijs mors

Ps. 54. n. 16.

Delicios in vita sepulti.

Prad. in Ezech. c. 16. & abominabiles facti. Vide nostrum Pradum in Ezechielem cap. 16.

2 Illud etiam aduertendũ quo in loco mors Eglon occupauerit: in cænaculo, in domo æstiua, seu delitiarum. *Mors delicijs insidiosa.* Crebro mors in delitijs tẽdit insidias. Isboseth in lectulo interficitur 2. Regum cap. 4. n. 7. *2. Reg. c. 4. n. 7. c. 13. n. 28.* Amon in conuiuio 2. Regum cap. 13 n. 28 Balthasar inter pocula Daniel cap. 5. n. 30. *Daniel c. 5. n 30.* Diues inter epulas Lucæ cap. 12. n. 19. *Luc. c. 12 n. 19. c. 17 n. 27.* Bibentibus, atque edẽtibus Lucæ cap. 17. n. 27. mors, atque diluuiũ superuenit Geneseos cap. 7. n. 5. *Gen. c. 7. n. 5.* & superueniet extrema dies mundo in delitijs, voluptatibusque vernanti, *Mundus delicijs vernans significatur.* vt indicat illa parabola; *Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata scitis quia prope est æstas.* Matthæi cap 24. nu 32. *Matth. c. 24. n 32.* Quæ de Antichristo Hilarius explicat. *Hilar.* *Cum tenerescere cæperit, atque frondescere, tunc proxima esse æstas, idest, dies iudicij sentietur, frondescere autem quadam peccatorum exultantia veritate nascitur, orit enim tunc flos criminosorum &c.* *Mundi voluptas vana, lætitia incerta.* Vana ergo mundi voluptas, incerta lætitia, quam tristitia sæpe contaminet. Vnde Hieronymus *Hieron.* ad illa verba. *Facti sumus sicut consolati* psal. 125. n. 1. *Psal. 125. n. 1.* Et illa *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.* psal. 86 n. 7. *Ps. 86. n. 7.* *Manifestũ, inquit, est, quoniam in præsenti sæculo non est certa lætitia, ergo lætitia nostra, quasi lætitia est &c* *Lætitia mundi quasi lætitia.* Itaq; voluptarij homines fucatis in delitijs mortem, iusti e contra solidas hauriunt in persecutionibus, atque ipsa in morte delicias. *Voluptuosi a delitijs mortem, iusti a morte delitias capiunt.* *Delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis* Isaiæ cap. 11. n. 8. *Isai. c. 11. n 8.* Diuus Thomas. *Quia se confidenter persecutionibus tyrannorum exponit, sicut multi martyres fecerunt &c.* Christum Dominum imitati, qui de nocte passionis suæ. *Passio Christo deliciæ.* *Nox illuminatio mea in delitijs meis* Psalmo 38. n 11. *Psal. 38. n. 11.* Hilarius: *Hilar.* *in his passionis delectantĩ tis, & delitijs nox illi illuminatio est.*

3 Discimus etiam, quã in visum, ac breue tyranni imperium, *Clementia diuturnũ reddit imperium, tyrannis breue.* nam, vt ille ait. *Ad generum Cereris sine cæde, & sãguine pauci descendunt reges, & sicca morte tyrani.* Quorum seriem Cornelius *Cornel.* texit in Exodum 14 cum e contrario facilitate, & clementia diuturnius prorogetur imperium. *Nam Moyses*, vt ait Hieronymus, *Hieron.* *ideo per quadraginta annos obtinuit principatũ, quia potestatis superbiam lenitate, & mansuetudine temperabat &c.* vnde Theopompus Lacede

cede

cedemonum rex cum multa iura, multaque tributa populo remisisset, querenti vxori turpe esse regnũ minoris emolumenti filijs tradere, quam a maioribus accepisset, respondit Trado diuturnius. Exclamat Oresmius Lexouiensis Episcopus tomo 8. Bibliotecæ cap 22. *O diuinum oraculum o quanti ponderis verbum, & in palatijs regum literis aureis depingendũ? Trado*, inquit, *diuturnius, ac si diceret. Plus auxi regnum duratione temporis, quam sit deminutum moderatione potestatis. &c.* Quo vero astu Aod æstiuæ domus ostia clauserit, ac per posticum effugerit, planius quam immorari oporteat, enarratur vsque ad numerum 16.

Optimum Theopompi dictum.

Lexouiẽs. Episcop.

Venit q; in Scirath, & statim insonuit buccina, &c.

Versus. 27

1

VBi euasit in Scirath, (locus est in sorte Ephraim) cecinit tuba, cuius olim, vt nunc tympani, vsus erat in bello, vt videre licet apud Alcaçar in Apocalipsi cap. 1. n. 10. annotatione 9. eoque alludit Diuus Chrisologus sermone 9 ad illa verba *cum facis eleemosinam, noli tuba canere.* Matthæi cap 6 n. 2. *Bene*, inquit, *Tuba, quia talis eleemosina, hostilis est, non ciuilis, non misericordiæ dedita, sed clamori &c.* Et Diuus Paulus cum ait. *Non accessistis ad tractabilem montem, & procellam, & tubæ sonum* Ad Hebræos cap. 12. vbi Diuus Thomas. *Sonitus tubæ, significat grauitatem præceptorum, ad quorum impletionem inducebatur homini quasi bellum contra se ipsum &c.* Adeo enim difficilia præcepta legis antiquæ vt qui ea seruabant in acie atque in prælio versari viderentur. Mitior gratiæ lex in qua canitur pax hominibus Lucæ cap. 2. Nato illo puero, qui antequam sciret vocare patrem, & matrem, abstulit fortitudinem Damasci Isaiæ ca. 8. n. 4 de quo Tertulianus aduersus Iudæos. *Scilicet vagitu ad arma esset conuocaturus infans, & signum belli non tuba, sed crepitacillo daturus: nec ex equo, vel de muro, sed de nutricis, & gerulæ suæ dorso, siue collo hostem designaturus. atque ita Damascum, & Samariam subacturus &c.*

Alcac. in Apoc. c. 1. n. 1. Anot. 9.

D. Chryso serm. 9.

Vera eleemosina clamori data, non misericordiæ.

Ad Hebr. c. 12.

D. Thom

Lex gratiæ mitior veteri.

Luc. c. 2.

Puer in præsepio quo modo ad arma vocet.

Isai. c. 8. n 4.

Tertul ad uersus Iudæos.

(?)

Descenderuntque cum eo filij Israel ipso in frōte gradi ente.

2

Ducum est præire exemplo.

Dux primi pericula subiturus.

3. Reg. c. 26. n. 17.

Psal. 46. n. 1.

D Hieron Principes clypei subditorum.

Terræ propugnacula

D. Chrys. 1 ad Corinth c. 13 homil 33

VT eos, quos tuba excierat, exemplo redderet alacriores, ipse in prima acie primus stetit, prima pericula subiturus. Ita in bello contra Syrios egressi dicuntur pueri principum prouinciarum in prima fronte 3 Regum cap 26. n. 17. Ideo enim principes, ac iudices appellantur fortes terræ psalmo. 46. n. 10. iuxta Hieronymum *Clypei, seu scuta terræ*. quia vt scuta corpus, sic illorum est protegere populum, & prima tela, ne ad suos pertingant, excipere. Theodotiō, & Aquila legunt; *Propugnacula terræ* Ita Iacob obuiam iturus Esau, ante vxores, ac liberos, quos diuisit in turmas, velut propugnaculum charitate munitum, se ipsū constituit: vt videre est apud Chrysostomum 1. ad Corinthios cap. 13. homilia 33. *Cum velut quoddam propugnaculum se ante alios omnes collocasset, paratus erat ferrum, & cædem spirantem primus excipere &c.* Ipse Deus in prima acie populi sui in colūna nubis, quæ turris, ac propugnaculi instar erat, ànte ibat. *Dominus autem præcedebat eos* Exodi cap 13. n. 21. Ita denique facere soliti clarissimi duces Iudas, siue Naason, Num. 23. Dauid 1. Regum cap. 18. n. 6 & Iosue, ad quem Moyses: *Elige tibi viros, & egressus pugna contra Amalech*. Exodi cap. 17. n. 9. Iustinus Martyr *Amalech vincebatur, cruce vires addente victoribus, non enim propter preces Moysis superior euadebat populus sed quia nomen I E S V versabatur in prima acie &c.* Et Origenes in Iosue homilia 1. *Vides cui cesserit bellum gerere contra Amalech; in hoc primo nomine discemus I E S V, vbi cum primo videmus ducem exercitus &c* Vnde Christus, qui per Iosue repræsentabatur. *Surgite* inquit, *& consurgamus aduersus eum in prælium* Abdiæ ca. 1. Hieronymus. *Ne forte grauis nobis, & insolita pugna videatur me, inquit, habetis primum in acie, ego ero &c.* Simile quid in suo Theodosio laudat Ambrosius. *Desilijt equo princeps, & ante aciem solus progrediens ait, vbi est Theodosii Deus? quo dicto excitauit omnes & exemplo omnes firmauit &c.* Melius Niniue rex Ionæ 3. de quo idem Ambrosius,

Deus in prima acie tanquam turris.

Exod. c. 13 n 2.

Num. 23.

1. Reg. c. 18.

Exod cap 17. n. 9.

IESV nomen præstat fortitudinem.

Orig. in Iosue hom 1.

D. Hieron

D. Amb.

Quantum prosit regis animus, & fides.

Vt

Vt tota Ciuitas *ieiunaret, famē ſibi rex primò indixit, & ſolus omniū cauſa prior capit eſurire, quam miles; neceſſe enim erat, vt qui potentior cunctis fuerat, deuotior fieret vniuerſis &c.* Exemplo igitur ſuo præparat religionis exercitum, non armis ſed ſola deuotione munitum.

Qui dixit ad eos, ſequimini me, tradidit enim Dominus &c.

Verſus 28. vſque ad 30.

1

Exemplū verbo efficacius.

NE in tanta opportunitate tempus loquendo perderet, ſe ipſum imitandum, vidēdumque propoſuit, vt opere ipſo efficacius perſuaderet. *Opus enim,* vt ille ait apud Nazianzenum, *Sermone eſt fortius,* & Diuus Bernardus ſermone de Sancto Benedicto. *Sermo viuus, & efficax exemplum operis eſt: plurimum faciens ſuadibile, quod dicitur, dum monſtrat factibile quod ſuadetur. &c* Nam vt ait Peluſiota lib. 1. Epiſtola 46. *Actiones ſermonibus haud indigent.* Vnde Seneca. *Eum elige doctorem, quem magis admireris, cum videris, quam cum audieris &c.* Auguſtinus. *Habeat, vt obedienter audiatur, quantacumque granditate dictionis maius pondus vita docentis &c.* Chryſoſtomus. *Doce me vita tua, hæc doctrina optima eſt.* Baſilius. *Habeat vita tua claram vocem, quæ iſta doceat &c.* Paulinus. *Vt non tam lingua, quam facies &c.* Naziāzenus. *Vel non docet, vel docet moribus.* Diuus Leo. *Ad erudiendum Dei populum, nullorum eſt vtilior forma, quam martyrū eloquentia, & validiora ſunt exēpla quam verba, & plenius eſt opere docere, quam voce &c.* Quare Chriſtus Lucæ cap. 4. n. 25, *Dæmonibus,* vt ait Ambroſius in pſalmo 118. *Confitentibus Dei filium, imperabat tacere vt operibus magis, quam ſermonibus Deus agnoſceretur &c.* Idem diſcipulos alloquens *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum.* Matthæi cap. 5. nu. 16. Euſebius Emiſſenus. *Quia maior eſt ſplendor operis, quam ſermonis: vnde non ait, vt audientes veſtrum bonum ſermonem glorificent Patrem veſtrum ſed quid ait? vt videntes veſtra bona opera glorificent Patrem &c.* Hoc enim eſt docentis tanquam poteſtatem habeat, vt dicitur Marci cap. 1. n. 22. Et ad Titū Diuus Paulus.

Nazian.

D. Bern. Exemplū ſermo viuus.

Peluſiota. lib. 1. Ep. 46.

D. Auguſt. Vita docētis magis auditur, quàm vox.

Chryſoſt.

Baſil.

Paulin.

Aut non docendum aut moribus docendum.

D. Leo. Martyres optimi præceptores.

Ambroſ. in pſalm. 118.

Matth. c. 5. n. 6.

Euſeb. Emiß. Maior ſplendor operis quā ſermonis

Marc. c. 1

Imperio loqui- tur, qui exemplo loquitur.

Ad Tit. c. 2. n. 15.

lus. *Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio* ca. 2. n. 15. vbi Anselmus. *Imperij nomine non dominationem potentiæ, sed authoritatem suadet vitæ: cum imperio, quippe docetur quod prius agitur, quam dicatur &c.* Idem aduertit ad illa verba. *Venite & videte* Ioannis capit. 1. num. 39. deinde: *Venite post me* Matthæi capit. 4 num. 19. *Primo, inquit, ponit se nobis in exemplum, & postea inuitat ad veniendum post se; venientes autem ad se vocat, vt reficiat, ne deficiant &c.* Exemplum enim, & alios reficit, & verbis saporem addit. Iuxta illud Diui Bernardi sermone 76. in cantica. *Boni, solicitique pastores impinguare pecus non cessant bonis latisque exemplis, & suis magis, quam alienis. Et ego si vobis apposuero Moysis mansuetudinem, immitis ipse, & impatiens, sermo minus sapide eueniet, & vos minus auide capietis. &c.* Nec modo saporem afflat, sed & odorem. Iuxta illud Diui Pauli *Odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco* 2. ad Corinthios capit. 2. num. 14. vbi Caietanus *Inter bonos & malos Euangelij prædicatores hoc interest quod mali notitiam Dei tantum tradunt, beni autem manifestant etiam notitiæ diuinæ odorem, hoc est suauitatem, appetibilitatem, delectabilitatem; suauitas enim diuinæ notitiæ consistit, in operibus conformibus notitiæ &c.* Atque ideo fortasse diuinus sponsus cum se in exemplum proponit flori comparat odorifero, *Flos campi* Canticorum capit. 2. num. 1. vbi notum illud Bernardi sermone 47 *Illa monstrante lectulum, ille vocat ad campum, ad exercitium prouocat, neque putat quid quam persuadibilius fore illi ad ineundum certamen, quam si se ipsum certantis, aut exemplum proponat, aut præmium &c.* Ita ergo Aod. dum in prima fronte graditur, plus egit exemplo, quam verbo, vel etiam gladio: nam vt ait Hildebertus. *Maiori laude potestas exemplum promit quam gladium &c.*

Ioan. c. 1 n. 39.

Matth. c. 4. n. 19.

Exemplū verbo addit dulcedinem.

D. Bern. ser. 76. in Cant.

Non bene capitur vox sine exemplo.

2 ad Corinth. c. 2. n. 14.

Caetan.

Exemplū odorem, & suauitatem spirat.

Cant. c. 2. n. 1.

D Bernar. ser. 47.

Exemplū gladio fortius.

Hildebert.

2

Occupasse vero dicuntur vada Iordanis, ne Moabitæ, qui extra flumen erant transfugere possent, ibi cæsis hostium, circiter decem millibus, quieuit terra octoginta annis, non solum a bellis, sed etiam a vitijs, & idolorum cultu. Quo sensu dicitur 1. Regum cap. 7. n. 2. *Requieuit omnis domus Israel post Dominū* Rupertus cap. 17. *Quia abiectis idolorum sordibus Domino*

Veraquies in Veij Dei cultu.

1. Reg. c. 7 n. 2.

Rupert. c. 27.

se

ſe ad ſeruiendū toto corde tradiderunt &c. In hebræo iuxta Caietanum legitur. *Luxerunt omnis domus Iſrael poſt Dominum*. In luctu enim animi quies, in lacrimis tranquillitas & Alcedonia: nam vt videre eſt apud Ambroſium 2. de Iacob capit. 6. *Vita iuſti quieta eſt, iniuſtus autem inquietudinis, & perturbationis plenus &c.* Eodem ſenſu dictum ab Angelis *Ecce omnis terra habitatur, & quieſcit* Zachariæ cap 1 n. 11. vbi Hieronymus. *Quieſcit a bellis, a vitiorum prælijs atque peccatis &c.*

Animi quies in lacrymis.

D. Amb. 2. de Iacob. c. 6.

Iniuſtus ſemper inquietus

Zach. c. 1. n. 11.

D. Hieronim.

Poſt hunc fuit Sangar filius Anath, qui percuſſit de Philiſtiim 600 vomere.

Verſus. 31.

1

IN hebræo *Documento bouis*, ideſt, vt alij vertunt: *Baculo, aculeo, ſeu ſtimulo bouis*, quo lanceæ, vel gladij loco ſexcentos occiderit vna cum alijs ruſticis eodem genere armorum vſis, vti vult Caietanus, & Lyra, ſed minus probabiliter; cum id facinus vni Sangar vulgatus adſcribat Quemadmodum vt vomerem, ſeu æſtiuam, vt vertit Origenes, pedem aratri vocant ſeptuaginta. Hic enim tantæ ſtragi ab vno edendæ aptior, quam ſtimulus, quod tamen ſine Deo, qui eum incitauerat, fieri non potuit. Ita Sanſon arrepta mandibula interfecit mille viros Iud cap. 15. n. 15. Et Dauid, qui quaſi tenerrimus ligni vermiculus ob humilitatem dicitur, vt ibi notat Rupertus, Octingentos interfecit impetu vno 2. Regum cap. 23. n. 8. Deus enim, qui in iudicibus pugnabat per humiliora inſtrumenta glorioſius triumphabat: vt videri poteſt apud ipſum Rupertum.

Caietan.

Lyra.

Per humiliora inſtrumenta glorioſius triumphat Deus.

Orig.

Iud. c. 15. n. 15.

Rupert.

2. Reg. c. 23. n. 8.

2

Illud mirandum in Sangar quod iudex, ac princeps a Deo electus ab aratro tamen non receſſerit; memor fortaſſe, principatum non tam honoris, eſſe, qui ſudoris. Quo ſenſu Deus ad Ieremiam. *Ecce conſtituite hodie ſuper gentes & ſuper regna vt euellas & deſtruas, & diſperdas, &c* c. 1. n. 10. Bernard. 2. de conſideratione. *Quid horum ſactum ſonat. Ruſticani magis ſudoris ſchemate quodam labor ſpiritualis expreſſus eſt & nos igitur, vt multum cenſeamus de nobis: impoſitum ſenſerimus miniſterium non*

Imperium potius ſudori qua honori obnoxium.

Ierem. c. 1. n. 3.

D Bernard. 2. de Cōſideratione.

domi

dominium datum Et paulo in fra. *Disce exemplo prophetico præsidere, non tam ad imperitandum, quam ad factitandum: disce sarculo tibi opus esse, non sceptro, vt opus facias Prophetæ: & quidem ille non regnaturus ascendit, sed extirpaturus &c.* Vnde & sceptrum olim laboris erat insigne, non honoris: nã veteres regia sceptra in aratri formam effigiabant, vt videre est apud Pierium lib 44. Et Saul vnctus in regẽ non inuolauit in sceptrum sed aratrum arripuit. *Veniebat sequens boues de agro.* 1. Regum cap. 11. n. 5. vbi Caietanus. *Quamuis electus est, quia adhuc regnare non cœperat, rurali operi incumbebat &c.* Ita Sãgar ab aratro vocatus ad principatum, a victoria redijt ad aratrum, vt vomere laureato terram exerceret triumphalis arator.

Sceptrum laboris insigne.

Sceptrum in formã aratri. Pier. lib. 44.

1. Reg. c. 11. n. 5. Caietan.

3 Voluit deinde conditione subditis par uideri, solis tantum superior Philistæis nam vt ait Hieronymus Lamentationum 4. afferens illa verba. *Quis infirmatur, & ego non infirmor* 2. ad Corinthios cap. 11. *Debet rector esse bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per Zelum iustitiæ erectus; vt & bonis in nullo se præferat, & cum prauorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat &c.* Vnde Deus non constituit Moysem Deum Israelitarũ, sed Pharaonis Exodi cap. 7. num. 1 Bernardus 4. ad Eugenium *Vbi malitia iuncta potentia est, aliquid tibi supra hominem præsumendum: vultus suus super facientes mala timeat, spiritum iræ tuæ, qui hominem non veretur, gladium non formidat, cui irasceris tu, Deum sibi iratum, non hominem putet &c.* Hic vero Pharaonis Deus Israelitas fratres appellat, vt colligitur ex Actibus cap. 7. Inde Deum regem constituendũ monet, ne super cæteros efferatur. Deuteron. cap. 17. n. 20. *Ne eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos,* Vbi Abulensis q. 10. *In hoc declarat, quod rex non debet superbire super alios homines, quia sunt fratres sui, fratres autem æqualitatis nomen est,* & infra. *Nec vocauit alios homines seruos regis, ne putet vtendum eis sicut seruis &c* Quod in suo Eugenio vult idem Bernardus. *Consideres,* inquit, *te non dominum Episcoporum, sed vnum ex ipsis, porro fratrem diligentium Deum & participem timentium eum. &c.* Idem Epistola 73. ad Ramaldum Abbatem. *Portando sanas, quod sanando portas si quis vero ita sanus est, vt magis*

Prælatus in bonos mitis, in malos acerbus.

D Hieron Lament. 4

2. Corinth c. 11.

Exod. c. 7. n. 1.

Bernard. 4. ad Eug.

Act. c. 7.

Deut. c. 17. n. 20.

Abul. q. 10

Prælatus frater est, non Dominus subditorum.

D. Bernar

D. Bernar Ep. 73. ad Ramaldũ Abbatem.

gis

Prælatus ſanctis comes, non abbas.

gis iuvet te, quam iuuetur a te: huius te non patrem, ſed parem, comitem, non Abbatem agnoſcas &c Sangar eidem cum ceteris ex æquo agriculturæ operam dabat, ne ſuper illos efferri videretur, cum tamen is eſſet, quem omnes tam ſuper ſe eſſe, quam pro ſe ſcirent, vt ille ait.

4

Lex gratiæ aratro comparata.

Luc. c. 9. n. 62.

Iſai. c. 2. n. 4.

Tertul. aduerſus Iudæos.

Lex noua veteris rigorem mitigauit.

Cyril. Alex.

Sub Chriſto rege nulla diſſenſio

Iren. lib. 4 c. 67.

Rupert.

Legis nouæ bellatores martyres ſunt.

Myſtice adumbratur gratiæ lex, quæ aratro a Chriſto Domino comparatur. *Nemo mittens manum ad aratrum &c.* Lucæ cap 9. n. 62. de cuius tempore prædictum: *Cõflabunt gladios ſuos in vomeres & lanceas ſuas in falces* Iſaiæ cap. 2. n. 4 Tertullianus aduerſus Iudæos. *Noua lex clementiam deſignabat, & priſtinam ferocitatem gladiorum, & lancearum ad tranquillitatem conuertebat, & belli priſtinã in æmulos legis, & hoſtis executionem in pacificos actus arandæ, & colendæ terræ reformabat &c* Cyrillus Alexandrinus *Gẽtibus enim imperitante Chriſto, qui eſt pax: e medio ſubmota eſt diſſentio, & contentio, & pugna &c.* Irenæus lib 4. cap. 67. *Iam neſciunt pugnare, ſed percuſſi, & alteram præbent maxillam &c.* Velut loquitur Rupertus *Deponent vltro iuſtæ quoque militiæ cingulum vrbibus, atque caſtellis ſolitudines, atque cænobia præoptabunt.* Et infra. *Hoc facient cohortes, & legiones martyrum, vt proiectis gladijs ceruices ſuas læti ſubijciant ictibus perſecutorum &c* . Ita etiam Iuſtinus, & alij Patres, qui hunc locum communiter de aduentu Chriſti naſcentis interpretantur. Et quidẽ par erat, vt ad vagitum infantis nudi, & inermis mundus iras, atque arma deponeret. Vide Riberam in Ioel 3. Vbi hunc locum luculenter explanat.

Iuſtin.

Puer ſolo vagitu arma mundo extorquet

Rib. r. in Ioel. 3.

5

Orig.

Qui regit mitescat aliquando

Manſuetus de toto orbe triũphat.

Matth. c. 21. n. 8.

Imperf. homil 33.

Potentes timentur, manſueti amantur.

Quæres tandem cum Origene, cur Aod gladio, Sangar verò aratro pugnet, ac vincat? Tropologice ita reſpondet; *Vt Eccleſia iudex non ſemper gladium proferat, id eſt, non ſemper auſteritate verbi, & acumine correctionis vtatur, ſed aliquando etiam imitetur agricolam animæ terram elementi communitione reſcindens &c* . Ita Chriſtus Dominus, cum venit manſuetus, de toto orbe triumphauit non inter gladios, ſed inter ramos, qui de arboribus cædebantur euectus. Matthæi cap. 21. n. 8. Imperfectus homilia 33. *Non vides in circuitu eius ſplendentes gladios, aut cetera ornamenta terribilium armorum; ſed quid? ramos frondentes teſtimonia pietatis: venit ergo manſuetus non vt propter potentiam timeretur, ſed vt propter manſuetudinem.*

nem armaretur &c. Ita orbem expugnauit, cum mansuetudine oppugnauit, iuxta illud Ioelis cap. 3. nu. 11. Quemadmodum legũt Septuaginta. *Mansuetus sit pugnator,* vt ibi apud Hieronymum nonnulli explicant. Hinc etiam est, vt non Moyses, cui graues erant manus Exodi cap. 17. n. 12. mitteretur in gentem magnam, quod illi Deus pollicebatur Exodi 32. n. 10. Sed noua sponsa cui dictũ a Christo. *Ite in mundum vniuersum.* Marci vlt. Bernardus sermone 30. in Cantica. *Ipsa prorsus missa est in gentem magnam: num in maiorem potuit, quàm in vniuersitatem? & facile vniuersitas cessit portanti pacem, gratiam offerenti.* Et infra. *Graues denique Moysis manus: graue legis iugum: pro huiusmodi non est missus Moyses in gentem magnam. Verum tu Mater Ecclesia facile in duplici gratia obtines, ab vniuersis te recipi, & propter iugum suaue, & propter regnum sublime: pulsa de ciuitate, ab vniuersitate exciperis &c.*

Ioel. c. 3. n. 11.

D. Hier.

Exod. 17. n. 12.

Exod. 32. n. 10.

Ad mundum sub iugandum mites mi sit Deus.

Marc. vlt.

Bern. serm 30. in Cãt.

(?) (?)
(?)

Et ipse quoque defendit Israel.

IN Hebræo, & Septuaginta, *Saluauit Israel.* At quomodo saluauit, qui nullo tunc captiuitatis iugo premebatur? Augustinus quæstione 25. *Saluauit, n. n. quia nocuerat aliquis hostis, sed ne permitteretur nocere, quem credendum est bello cœpisse tentare, & huius victoria fuisse depulsum &c.* Neque enim minus est mala ne eueniant impedire quàm postquam euenerint amolliri. Hinc colligitur Sangar iudicem fuisse, licet aliqui inficientur, cum saluauerit Israel, quod erat iudicum munus. Quod verò eius imperij tempus nullũ scribitur, inde est, quia breuissimo vixit tempore, nec totum annum vertentem expleuit, vt videre est in Iosepho.

6

A malo liberat, qui malum impedit, ne eueniat.

Aug. q. 25.

(?) (?) (?)
(?) (?)
(?)

CAPVT

CAPVT IIII

Barach Deboræ ductu aduersus Sisaram Iabin principem pugnat, quem Iael è bello fugientem occidit.

Addideruntque filij Israel facere malum in conspectu Domini.

Versus 1. & 2.

1

SÆPIVS recurrit hæc phrasis, qua, vt supra aduertimus, significatur scelus grauissimũ ex circũstantia præsertim ingratitudinis, nã quo plura Deus beneficia, addebãt illi plura flagitia, Deique muneribus ad illius iniuriã abutebantur, vt alias queritur: *Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei secundum multitudinem fructus sui multiplicabit altaria* Oseæ cap. 10. n. 1. vbi Hieron. *Abundantiam fructuũ vertit in offensã multitudinem &c.* Cum magis in amore debuit respõdere, instar gratiæ illius animæ dicentis. *Dilectus meus mihi, & ego illi* Cant. c. 2. n. 16. Bernard. serm. 68. *Ille mihi, quia benignus, & misericors est, ego illi, quia non sum ingrata. Ille mihi gratia ex gratia, ego illi gratia pro gratia &c.* Ideo ergo dicuntur malũ addidisse, quia post accepta beneficia peccare, magnũ sceleris est additamentũ. Chaldæi, vt crimen, quo pueros Babylonicos circũuenerant magis ingrauent, honores, ac beneficia, quæ illi a rege acceperant: fraudulenter aperiũt: *Sunt viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis* Daniel ca. 3. n. 12. Chrysost. ad populum hom 4. *Nõ simpliciter gẽtẽ cõmemorauerũt, sed etiam honorem in memoriam reuocarunt, vt regis iram accenderent.*

Ingratitudo beneficijs abutitur.

Osee c. 10 n. 1.

Gratitudo beneficia amore compendit.

Cant. c. 2. n. 16. Ber. ser. 68.

Augetur peccatum post Dei beneficiũ.

Dan. 3. n. 12.

Chrysost. ad pop. hom. 4.

deret, Ita maxima laus accusatio & crimina laudes fiunt &c. Nō enim dubitabāt illi eos puniendos, quos accepta beneficia grauius accusabant David in Saulem, qui cædē ipsi moliebatur, ne manum quidem ausus extendere, in Nabalem, a quo verbo tantum fuerat violatus, ensem distrinxit. 1. Regum c. 25. n. 13. Vbi Theodoretus quæstione 54. *Quam ob rem is qui in Saulem tantam ostendit lenitatem, & patientiam Nabalem tentat occidere. Iste multis beneficijs sæpe fuerat affectus &c. Reddidit, inquit Dauid, mihi malum pro bono* n. 21 *Recordatus ergo David horum beneficiorum & auditis conuitijs magno impetu venit armatus &c.* Grauius nempe illum offenderat Nabalis ingratitudo, quàm Saulis insidiæ, & qui tyranno pepercerat, ingratum venia dignum non putauit Certe Amonitæ, qui nuntios Dauid ad consolandū regem illorum missos, raso capite, præcisisque tunicis deformauerant 1. Paralipomenon cap 19. n 4. Debellati demum, ac profligati veniam a Dauid, clementissime licet, orare non audēt quia venia se putarunt indignos, neque fieri posse vt tantæ ingratitudinis debitum illis remitteretur. Abulensis q. 12. *Quod Dauid vellet benefacere eis, & pro beneficio ei contumeliam inferrent, peccatum erat irremissibile quasi apud homines, quia pro bono reddebatur malum. Sic peccatum in Spiritum sanctum dicitur irremissibile, quia illud solum est contra bonitatem, quæ attribuitur Spiritui sancto &c.* Nam beneficijs Spiritus sancti ad peccandum audacius abutebātur. Cum tamen nihil æque a peccando deterreat, ac memoria beneficiorum. Ioseph cum ad peccandum tentaretur, oculos in Domini beneficia contulit. *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quod habet in domo sua* Geneseos ca. 39. Gregorius in Iob lib. 30. cap. 9 *Quia bona, quæ assecutus fuerat, repente memoria insulit, & malum, quod pulsabat, euicit: & quia præcepta gratiæ meminit, vim culpæ imminentis confregit &c.* Et addidit iuxta Septuaginta. *Quomodo faciam verbum malum hoc, & peccabo coram Deo.* Ambrosius 1 de Iacob cap. 12. *Pulchra ratio, quod nec beneficij Domini esse deberet ingratus: nec occultum potest esse peccatum, quod Deo teste committeret &c.* Quam vero effrōtes Israelitæ quos vel in ipso Dei conspectu peccare

non

Accepta beneficia ingratos accusant.

1 Reg. 25. n. 13.

Theod. q. 54.

Ingratus patientiā deuinxit.

Ingratus venia indignus.

1. Paral c. 19. n. 4.

Abul. q. 12.

Mala pro bonis reddita, peccatum inexpiabile.

Nihil æque a peccando deterret ac memoria beneficiorum.

Genes. 39.

Gregor. in Iob. lib. 30 c. 9.

Septuag.

Ambr. 1. de Iacob. c 12.

Conspici a Deo satis, vt peccatum auertat.

Maximos peccatores non pudet Dei conſpectus.

non puduit quemadmodũ Caim, qui cum ſcelere perpetrando oculos fugiſſet humanos, Dei conſpectum non erubuit. *Egrediamur ſoras Geneſeos cap.* 4. num. 8. Saluianus de Gubern. Dei.

Gen. 4. 8. *Salu. de Gub. Dei*

Fratrem in ſolitudinem trahit ſecretis patrocinantibus, ſcelus peragit: impijſſimus pariter, & ſtultiſſimus, quia ad perpetrandũ maximũ nefas, ſufficere ſibi credidit ſi aſpectus vitaret hominum, fratricidium, Deo teſte, facturus &c.

Stulti qui in abſcondito ſe tute peccare credunt.

Qui vt ait Euſebius Emiſſenus. *Longe eſt cum iraſcitur, prope eſt cum placatur; abſentem illum facit culpa, præſentem illum facit miſericordia, ſemper abſconditus, ſemperque tui medius, ſecretus, & publicus &c.*

Euſeb. Emiſ.

Tradidit illos Dominus in manus Iabin.

2 *Salu. lib.* 4.

TRadi dicuntur à Deo ſcilicet, permittente; nam vt ait idem Saluianus lib. 4. *Cum ea, quibus torqueamur, admittimus, ipſi tormentorum noſtrorum autores ſumus: quid ergo de pœnarum acerbitate querimur? vnuſquiſque noſtrũ ipſe ſe punit.* Et lib. 8. *Nihil eſt enim in nos crudelius nobis, nos, inquam, nos, etiam Deo nolente cruciamus &c.* vnde Auguſtinus de diuerſis ſermone 107. *Aduerte quid pertinet, niſi rogare Deum, liberet nos a malo &c. liberet te Deus de te ipſo &c.* In Hebræo ſemper legitur. *Vendidit eos pretio,* vt iam aduertimus, *aut vili aut nullo.* Hoc enim ſe peccator, aut hoſtis, illum vendit, cum Deus magno mercetur. Ambroſius ad illa verba. *Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio* Lucæ cap. 12. num. 6. *Quanta vilitas delictorum? Mors enim vilis, ſed pretioſa virtus, etenim aduerſarius tanquam captiua mancipia vilioris pretio æſtimationis addicit: at vero Dominus, tanquam ſpecioſa ſeruitia, quæ ad imaginem, & ſimilitudinem ſui fecit, idoneus ſui operis æſtimator, magno prætio nos redimit. &c.* Emiſſenus. *Illum ergo, homo, ſolũ tibi noueris excolendum, qui pro amore hominis vnigenitum ſuum tradidit, & authorem tuum conuertit in prætium tuum, ipſumque pro ſalute publica non dubitauit efferre venalem &c.* Arnoldus. *Merces quippe mortis eius ſalus eſt hominum. Itaque homo gratis ſe vendiderat.* Iſaiæ cap. 52. num. 3. Gratis Deus venundari voluit, vt & homini pretium adderet infinitum, & ipſe aut nullo, aut facili pretio emeretur iuxta illud D. Amb. 3 de ſpiritu Sãcto. ca. 18. *Ideo Dominus gratis*

Nihil in nos nobis crudelius. *Idem lib.* 8.

Auguſ de diu. ſer. 107.

Peccator vili ſe pretio vendit

Luc. 12. *n.* 6.

Magno Deus mercatur.

Emiſſ.

Noſtri Deus autor. & emptor.

Arnold.

Iſaiæ 52. *n.* 3.

Deus gratis venundatur, vt nos faciat infiniti pretii.

Deus sine argento emitur. quia gratis nobis datur.

gratis se obtulit, ne quem reuocaret à Christo paupertatis necessitas Patriarchæ illum vili vendiderunt, vt omnes emerent. Isaias dixit. Qui non habetis argentum venite, emite, & bibite: emite sine argento; vt eũ acquireret qui non habebat argentum &c

Clamaueruntq; filij Israel ad Dominum.

Versus 3.

1

Validior operis, quam oris clamor.

NOn solum affectu, vt diximus, sed etiam effectu, ac bonis operibus: nisi enim, idolis valere iussis, ad Dei cultum se transtulissent, non exaudirentur. Validior enim operis, quam oris clamòr. Ideo Deus ad Moysem: *Quid clamas ad me?* Exodi 14. n. 15. Ambrosius in psalm. 118. *Sonum eius non audio, vocem eius agnosco; silentium eius lego, clamorem eius in operibus deprehendo &c.* Et Dauid: *manibus*, inquit, *meis nocte contra eum* psalm. 76 n. 2. Hieronymus. *Subaudi Clamaui: videte ergo, quod & opera nostra, nobis tacentibus, clamant ad Deum &c.* Inde Angelus ad Cornelium. *Orationes tuæ & eleemosinæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Actorũ* c. 10. n. 4. Chrys. in ps. 4. *Et merito, opera enim sũt, quæ exaudiuntur, & recte facta:* Et supra: *Non solet Deo persuadere verborum multitudo, sed pura anima & recte factorum, seu bonorum operum ostentio & ideo non dixit Propheta: exaudi me, sed iustitiam meam &c.* Et hoc est sine intermissione orare, vt monet Diuus Paul. ad Thessal. c. 5. n. 17. *Nimirum*, vt ait Basilius, *actionibus, quæ per omnem vitam intento studio perficiuntur ad præscriptum legis, &c.* Quasi diceret, ille orat semper, qui bene semper agit, vt videre est apud Corneliũ in hoc loco: Huc etiam facit illud psalmi 133. nu. 2. *In noctibus extollite manus vestras,* vbi Hieronymus. *Non audit linguam, non verba, sed opera, vt quicumque aliquid loquitur, & faciat &c.* Et Chrisostomus hom 67. ad populum. *Non in verborum copia, sed in operibus exauditur &c.* Ita explicat Origenes illa verba; *Cũ eleuaret Moyses manus superior fiebat Israel* Exodi cap. 7. n. 11. *Eleuare manus*, inquit, *est opera, & actus eleuare ad Deum &c* Et Cyril. illa iuxta Septuaginta *Manus eius offerent hostiam Domino.* Leuitici cap. 7. num. 30. *Nunquid non euidenter clamat legislator, quia non homo est qui offert hostiam, sed manus,*

Exod. 14 n. 15. Amb. psal 118.

Ps. 76 n. 2.

Operibus Deum rogituri, vt audiamur

Act. 10. n 14. Chrysost. ps. 4.

Non multitudo verborũ sed pura anima Deo persuadet.

Thessal. 5 n. 17. Basil.

Ille orat semper, qui bene semper agit.

Ps. 113. n. 2.

Hieron.

Chrysost. ad pop. hom. 67.

Exod. 7. n. 11.

Septuag.

Leuit. 7. n. 30.

manus, ideſt opera eius. Opera namque ſunt quæ commendant hoſtiam Deo &c. His enim operum manibus cæli pulſatur oſtium. *Pulſate, & aperietur vobis.* Lucæ cap. 11. num. 9. Druthmarus apud Toletũ. *Pulſate operibus &c.* Sic enim aperitur intranti orationi. *Intret oratio mea in conſpectu tuo* pſal. 118. Græce. *Intret dignitas mea.* Quæ dignitas Ambroſ. *Pietas, iuſtitia, ſobrietas, caſtimonia, diſciplina. &c.* Aliter non appropinquat oratio in conſpectu Dei, vt dicitur in eodẽ pſalmo: vbi idem Ambroſius *Peccato enim graueſcit oratio, & longe fit à Deo; Tanto autem plus grauatur, quanto improbior eſt vita. Et ſupervolare facit orationẽ bona vita: & dat alas precibus &c.* Nam, vt ait Tertulianus in exhortatione ad caſtitatem. *Oratio de conſcientia procedit, ſi conſcientia erubeſcit, erubeſcat oratio &c.* Vnde etiam Christus Dominus alienorũ tantũ, quæ in ſe ſuſceperat, conſcius peccatorũ *Patrẽ oraturus procidit in faciẽ ſuam.* Matthæi cap. 26. n. 39 Salmeron tomo 10. tractatu 12 *Erubeſcebat leuare faciem ad Deum, cum peccata totius mũdi ſuſtineret, vt Publicanus apud Lucam, & Eſdras Sanctus c. 9. è contra vero recte factorũ cõſcientia & faciẽ leuat, & vocem iuxta illud Hieronymi ad illa verba: exclamauit voce magna Suſãna Danielis c. 13. n. 24. Magna vox nõ aeris percuſſione, & clamore fauciũ, ſed pudicitiæ magnitudine, per quã clamabat ad Deum Vnde & ſancta Scriptura in clamatione ſenearum non appoſuit magnam vocem.* Et infra. *Mentis pura confeſſio, & bonum conſcientiæ vocem eius fecerant clariorem &c.* Recte igitur filij Iſrael clamare dicuntur, cum, iam per pænitentiam recantatis erroribus ad Deũ non modo precibus, ſed bonis operibus reuertuntur. Vide Barradam tomo 1. lib. 3, cap. 28, qui ex hoc loco, alijſque ſimilibus validum aduerſus Iudæos eruit argumentum.

Operibus tanquam manibus cæli oſtiũ pulſamus

Druthm.

Pſ. 118.

Ambr.

Peccata orationẽ perdunt.

Bona vita dat alas precibus.

Tertul.

Mat. 26. *n.* 39.

Peccata orantis faciem deprimunt.

Bona cõſcientia leuat.

Plus clamat qui meliorà facit opera.

Barrad. t. 1. l. 3. c. 28.

Nõgẽtos enim habebat falcatos currus.

REddit cauſam, cur clamauerint, quia ſcilicet belli apparatus, Siſaræq; potentiã formidabant. Solebant enim percuſſi potius, quam beneficio affecti Deum agnoſcere, vt loquitur de Ægyptijs Chryſoſt. in Pſalm. 133 & Origenes hic hom 4. aduertit Falcatis igitur, ſeu vt in Hebræo

Plus Deũ recordamur laboribus, quã beneficijs.

Chryſoſt. Pſ 133.

est.*ferri curribus* nimium fidebant Chananæi. Quod ne facerent Israelitæ cauerat Deus illorum præcipiens. *Non multiplicabit sibi equos* Deuteronomij cap. 17. nu. 16. vbi Theodoretus q. 16. *vult eos soli Deo fidere; quapropter B. Dauid inclamat: Non saluatur rex per multam virtutem &c.* Vnde queritur per Isaiam. *Repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius* cap. 2. n. 8. vbi Basilius. *Quia volebat Deus, vt toti penderent a suo præsidio, & succursu, Non item illi in medio conflictu consistentes spem suam reponerent in militari apparatu &c.* vbi etiã aduertit non statui certum curruum numerum, *Quod in scriptura*, vt infra ait, *quæ ignaua sunt, & maxime ingenerosa, non veniant in numerum &c.*

Deut. 17 n. 16.

Dei milites non armis, sed illius auxilio fidãt

Isai. 2 n. 8.

Basil.

Ignaui in scriptura non numerantur

3

Nec de nihilo sacer interpres Israelitarum clamori currus falcatos opponit, quasi plus roboris, ac præsidij sit in vno ad Deum clamore, quam in nongentis hostium curribus, iuxta illud psalmi 19 *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini*, Et ideo Ioas dicit ad Eliseum. *Pater mi, currus Israel, & auriga eius* 4. Regum cap. 13. n. 14 Abulensis. *Quasi dicat, tantum confidimus in orationibus tuis, sicut in curribus, & in equis. Vel sicut gentes habent fiduciam belli in curribus, & equis, ita nos habemus in te: Tu es nobis tanquã currus, & milites &c.* Orationi enim omnia militant. Iuxta illud Chrysologi sermone 43. de oratione, & ieiunio. *Fit horum suffragio Moyses Deus, & ad triumphos suos militare sibi omnia mandat elementa &c.*

Vnus clamor ad Deum fortior omni robore hostili.

Psal. 19.

4. Reg. 13 14.

Abul.

Omnia militant orationi.

Chrysol. ser. 43.

Erat autem Debora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore.

Versus 4.

HÆc *norma scripturarum* vt inquit Hieronym. 1. aduersus Iouenianũ, *Vt deficientibus viris sanctis, mulieres in virorum laudentur opprobria &c.* Ideo vidua Sarepthæ laudatur 3. Regum cap. 17. vt Achab magis vituperetur. Ambrosius de Elia, & ieiunio cap. 2. *Dignum, vt ad condemnationem regis sacrilegi, propheta ad viduam in Sarepthã sydoniæ mitteretur, quæ quoniã deuotionem cibo prætulit, meruit, vt ariditatis publicæ sola non*

1

Hieron.

Ex mulierum laude vituperatio hominum accrescit.

3. Reg. 17

Quæ mulieres optimæ, viris deficiẽtibus floruere.

non sentiret enim, nam &c. Sic etiam, vt ait Hieronymus ad Principiam. *Quia periturus Israel virum non receperat prophetantem, Holda eis mulier suscitatur.* 4. Regum cap. 22. n. 24. *Sacerdotes & Pharisæi crucifigunt filium Dei, & Maria Magdalena plorat ad crucẽ. Dominum cognoscit, pergit ad Apostolos. illi dubitant, ista confidit &c.* Vide ibi apud Hieronymum plura exempla, & Salmeronem tomo 3. tractatu 43. *Ad confusionem,* inquit, *superbiæ deprehenduntur mulieres priores, ac fideliores, quam viri, sic Elisabeth prior audit prophetans de Domino, muto viro ob incredulitatem. Sic prima fœmina Samaritana ad Christum conuertitur Sic, fugientibus viris, mulieres Christi cruci astiterunt, primæque resurgentem viderunt &c.* Quas Diuus Hieronymus in Prologo Sophon. ait Apostolorũ fuisse apostolas, *Vt erubescerent viri non quærere, quem iam fragilior sexus inuenerat &c.* Eãdem ob causam cum Angelus Moysen in Ægyptum euntem vellet occidere Exodi cap. 4. n. 24. Sephora culpam, quæ Moysẽ latuerat, agnoscens arrepto lapillo, filium circumcidit, angelumque propitiauit, Pelusiota lib. 1 Epistola 115. *Siquidem mulieres, cum, necessitas vrget, diligentioribus, quam viri artibus vti, sinceriusque ad Deũ perfugere consueuerunt &c.* Tandẽ blasphemantibus Iudæis, *Extollens vocem quædam mulier* Lucæ cap. 10. n. 27. *vt* quẽadmodum ibi loquitur Beda, *& præsentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam &c. Ne ergo viro nomen suum erigat,* inquit Hieronymus citatus, *in quorum condemnationem fœminarum in Scripturis Sanctis vita laudatur &c.*

Ita de Debora sentit hic Theodoretus quæstione 11 *Existimo,* inquit, *Deboram in contumeliam virorum prophetiæ donum adeptam esse: nam cum ex viris nullus inueniretur dignus, qui spiritum Sanctum promereretur, hæc donum Sanctissimi Spiritus est consequuta &c.* Idem significat Hieronymus in Isai. proæmio cap. 41. cum ait *Holdam, & Annam, ac Deboram, viris tacentibus prophetasse &c.* Et Carthusianus hic *Forte ad humiliandos superbos, ac rebelles Israelitas fœminam eis præfecit in iudicem &c.* Simili de causa Christus Dominus, vt Principũ, ac Sacerdotum superbiam, animosq; contunderet, pœnitentes illis prætulit meretrices. *Publicani, & meretrices*

Marginalia: Hieron. — 4 Reg ca. 22. n. 24 — Salm. t. 3. tract. 43. — Mulieres piæ Apostolorum magistræ Erubescãt viri, cũ eos mulieres antecellũt pietate. — Exod 4. n 24. — Pelus. lib. 1. epist. 115. — Mulieres in necessitatibus viris diligentiores. — Luc. 10. n 27. — Beda. — Hieron. cit. — 2 Theod. q. 11. — Deficientibus viris Sanctis, mulieres eis præficit Deus. — Hieron. in proe. Isa. c 41. — Carthus. In supplicium superborum mulieres præfert illis Deus.

Matth. 21.n. 31. *præcedent vos in regnum Dei* Matthæi cap,25.nu. 31. vbi *Chrysost.* Chrysostomus. *Propter elatio nem cordis sui post publicanos, etiam meretrices ingressæ sunt, vt fieret eis pro pœna superbiæ, præcessio meretricum &c.* *Orig. hom 5.* Origenes vero homilia 5. vult datum Deboræ prophetiæ donum non tam in contumeliam virorum, quam in consolationem fœminarum. *Fauet Deus mulieribus ne desperent.* Ne, inquit *pro infirmitate sexus desperent etiam prophetissæ gratiæ se fieri posse; sed intelligant, vt credant, quod meretur hanc gratiam puritas mentis, non diuersitas sexus &c.* *Ambro. de vid.* Et Ambrosius lib. de Viduis. *Ne mulieres a virtutis officio muliebris sexus infirmitate reuocentur &c.* *Caiet.* Caietanus addit, *Deum honestasse muliebrem sexum dono prophetiæ, &c.*

Vxor Lapidoth.

3 Vxor Lapidoth mulier fulgurum &c. Abul. q 6. Vatabl. In Hebræo, *Mulier fulgurum* siue *lampadum* apud Abulensem quæstione 6 *Lychnaria, seu Illuminatrix*, vel quia vt volunt Hebræi ad Sacrarum lucernarum vsum, lychnos, seu vt loquitur Vatablus, Ellychnea, siue myxas lucernarum tabernaculi cõcinnaret; vel quia diuinis erat illuminata fulgoribus, vt alij interpretantur. Quare verti potest in dubiũ virgo ne Debora fuerit? præsertim cum prophetia, cuius erat afflata spiritu, *Prophetia virginitatis præmium est.* virginitatis præmium sit, vt constat ex Actibus cap.21.n.9. vbi *Act. 21.n 9.* quatuor Philippi filiæ dicũtur virgines prophetantes, in quem locũ Oecumenius. *Propter pudorem magis hoc assequebantur, vt etiam prophetiæ dignæ haberentur.* Vide Lorinum, qui citat Hieronymũ *Lorin.* aduersus Iouinianum, vbi Sybillas cõmemorans *Quarum*, inquit, *insigne virginitas est, & virginitatis præmium diuinatio &c.* *Virgines prophetãt* Inde Ioseph somnia Pharaonis Genes. c.41. *Genes. 41* Daniel Nabuc visiones Danielis 3. *Dan. 3.* Quia Virgines prophetico illucidãtur lumine Maria Soror Moysis, quam Virginẽ dixit Ambros. prophetissa cognominatur Exodi c.15.n.20. *Exod. 15 n. 20.* & virgo virginũ Luc.1 *Luc 1.* Canticum canit, Quod Orig. vocat. *Orig.* *Vaticiniũ Virginale*. & Antiochus de virgine cap.21. *Antio. de Virg. c. 21* veteris testamenti virginem nullum reperit, nisi prophetam vt Eliam, vt Elisæum, & Ieremiã *In veteri testamento nullus virgo, nisi propheta.* *Alios*, inquit, *quis fortasse annumeret, sed inter prophetas &c.* Nam Salomonem, quod per voluptatem exciderit, cũ prophetis numerari nõ cõsueuit vt Author est Cyrill.

rill.lib.7.contra Iulianum: *Non enim propheta a nobis vocatur, neque Euangelista: sed vir potius delicate enutritus, & propter delicias mentem parum constantem habens &c.*

Cyril.li.7 cont.Iul. Deliciæ mentem parum cōstantem faciunt.

4 Quod si prophetiæ nomine, vt sæpe fit, & indicat hic Vatablus, diuinæ legis, rerumque sublimium notitiam intelligamus, quibus nam secreta diuina familiarius reuelantur? *Ideo Ioannes*, vt notum est ex Hieronymo citato: *Recumbit super pectus, & quod Petrus, qui vxorem habuerat, interrogare audet, illum rogat, vt interroget &c.* Et ibidem: *Quasi aquila ad superna volat, & ad ipsum Patrem peruenit dicens; In principio erat verbum &c. Exposuit virginitas, quod nuptiæ scire non poterant &c.* Inde Virgines, vt attingimus cap. 2 num. 1. adesse Deo familiarius dicuntur a Diuō Paulo, tanquam assessores, & consiliarij, quibus cum arcana communicat: quorum suffragium, & sententiam rogat. Nam & decretum Incarnationis exequi noluit, nisi virgo diuinæ sententiæ subscriberet, ac veluti candidum calculum adderet: qua de re pie Diuus Bernardus hom. 4. Super missus est. *Ipse quoque omnium rex quantum concupiuit decorem tuum, tantum desiderat responsionis assensum &c:* Et ibidem. *Ideo conceptus Elisabeth d enunciatur Mariæ, quia profecto decebat, vt verbum mox diuulgandum vbique, prius sciret virgo per Angelum, quam audiret ab homine, ne mater videlicet Dei à consilijs filij videretur amota &c.* Et ideo Diuus Hieronymus Sybillæ nomen interpretans; *Recte*, inquit, *consilium Dei sola scribitur noscere virginitas*, Cur ergo Deboram prophetissam, eandemq; sapientissimā fœminam inter virgines testamenti veteris non annumeremus, præsertim cum Diuus Hieron. aduersus Iouinianum scribat, in Debora & Barach figuras coniugij omnino nō comparare. Et apis quā Deboræ nomē sonat Hebraïs virginitatis symbolum sit, vt autor est Eucherius apud Pierium lib. 26. vnde Diuus Ambrosius tom. 5. li. 5. Apibus cōparat Sacerdotes. *Quia sicut apes castitatem corporis præferūt &c.* Atque adeo Debora *mulier fulgurum*, siue, *lampadum* appelletur, propter splendorem virginitatis: nā Matth. c. 25 dicūtur virgines ornasse lāpades suas, idest corpora sua vt explicat Hilar. Cano ne

Vatabl.

Virgines maiorem diuinarū rerum habent notitiam.

Hieronim citat.

Virgines Deo magis familiares.

Consiliarij Dei

Non fit decretum incarnationis, quin virgo subscribat.

D. Bern. hom. 4.

B. Virgo consiliorū Dei particeps.

Sola Virginitas Dei consilium noscit.

Hieronym

Apis virginitatis symbolum.

Euch.

Ambr. t. 5 l. 6.

Sacerdotes apibus comparantur.

Math. 25

Virgines illuminatrices.

ne 17. Quod nimirum lampadis instar effulgeant. Tādem quia Debora, quæ hic dicitur illuminatrix, figurā fuit, vt aduertit Carthusianus Virginis Mariæ, quæ vt ait Bonauentura interpretatur *illuminatrix*. Multas ob causas, quas ibi prosequitur in speculo Beatæ Virginis. Et diuus Thomas in opusculo de salutatione Angelica. Et Canis. de Deipara lib. 5. cap. 1. quo alludit Bernardus sermone 1. de assumptione; *Mariæ præsentia totus illustratur orbis, adeo, vt & ipsa cælestis patria clarius rutilet Virgineæ lampadis irradiata fulgore &c.*

Carth. Bonau. B. Virgo illuminatrix. D. Thom. Canis. l. 5. c. 1. Bern. B. Virgo cælo addit iubar.

5 Tandem Diuus Ambrosius lib. de uiduis Inter uiduas illam annumerat. *Vidua*, inquit, *duces eligit, vidua ducit exercitus, vidua bella disponit, mandat triumphos &c.* Quare propter viduitatis castimoniam, aliasque virtutes prophetiæ gratiā promeruisse videtur. Vt Anna illa prophetica filia Phanuel Lucæ capit 2. de qua Hieronymus ad Furiā. *Quia ab adolescentia vsque ad octoginta quatuor annos viduitatis onus sustinuerat, & nō recedebat de templo Dei, idcirco meruit gratiam spiritualem, & nuncupari filia vultus Dei &c.* Cæterum huic sententiæ aduersatur Diuus Hieronymus, cū ait *Quidam imperite Deboram inter viduas annumerant, cum aliud Scriptura commemoret.*

Ambr de vid. Casta viduitas prophetiæ dono munerata. Luc. 2. Hieron. Hieron.

6 Vnde vulgato interpreti magis hærendum, qui *vxorē Lapidoth*, diserte pronūciat. Neque obstat spiritus prophetiæ, cum Holda prophetis dicatur vxor Sellum 4. Regum cap. 22. Et Anna mater Samuelis 1. Regum cap. 2. & Elisabeth. Lucæ c. 1. coniuges licet, propheta uerint. Debora tamen, vt ait Abulensis, & quidam apud Vatablum, cum agebatur spiritu prophetiæ, procul a viro habitabat: quod etiam de Moyse dici solet ad illa verba *Tulit Sephoram vxorem Moysi, quam remiserat.* Exodi cap. 8 n. 2. Epiphanius. *Moyses ex illo tempore quo prophetare incepit, vxorem non cognouit &c.* Vide etiam Origenem in Numeros homilia 6 Deinde quia spiritus Sanctus ea ætate castimonia tantum mentis in coniugibus contentus erat: vnde cum requieuisset in Septuaginta viris, quos Moyses elegit, prophetaverunt, vt dicitur Numeror 11. n. 25. Origenes. *Requiescit enim spiritus Dei in ijs, qui mundo sūt corde, & in ijs qui purificant animas*

1. Reg. 2. Luc. 1. Abul. Vatab. Exod. 18 2. Epiph. Castimoniam mentis requirit spiritus prophetiæ. Qui mundo sunt corde, spiritus Sancti requies sunt.

mas a peccato &c. Nec semper spiritus prophetiæ propter castimoniam datur, vt videre est in Abdia de quo ibi Hieronymus, *Quia centum prophetas aluerat accepit gratiam prophetalem, & dedu ce exercitus fit dux ecclesiæ &c.* Denique cum sit gratia gratis data, malis etiam confertur hominibus: vt illis, qui dicunt, *Non ne in nomine tuo prophetauimus?* Matthæi cap. 7. num. 22. Ambrosius 1 ad Cornelium cap. 13 *Securi enim, quia Dei in illis operatio cernebatur, negligentes erga se fuerunt &c.* Non tamen Debora, sanctitate excellens, vt præter alia indicat ipsũ prophetidis nomen, quod olim, non nisi Sanctis hominibus tribuebatur. Sic Abraham propheta dicitur a Deo Geneseos cap. 20. n. 8. Et turbæ Christum prophetam vulgo vocabãt. Lucæ cap. 7. n. 16. vide Maldonatum in Matthæum cap. 11 n. 11. Quo sensu Christus Abelem, quem nihil legimus prophetasse, numerat prophetam: *Vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a sanguine Abel.* Lucæ cap. 11 n. 50. vbi Tolet. aduertit: *Prophetarum nomine comprehendi iustos, qui virtutis exemplo veritatis fuere doctores &c.* Vide etiam Lorinũ ad illa verba: *Prophetabunt filij vestri, & filiæ uestræ*, Actorum cap 2. num. 17. vbi ostẽdit, plures in nouo testamento, vbi largius se effundit spiritus, quam in veteri prophetas, ac prophetides extitisse, fortasse quia virginitatis, castimoniæque studium in eo maius. Ea enim est spiritus sancti doctrina, vt videri potest apud Cyrillũ catechesi 6.

Non solũ castis datur prophetia

Hieronym.

Etiam malis confertur hominibus.

Mat. 7. 22.

Ambr. 1. ad Corn. c. 3.

Soli Sancti olim prophetæ vocabãtur

Genes. 20. n. 8.

Luc. 7. n. 16.

Mald. in Matth. 11. 11.

Iusti prophetæ dicti propter exemplũ.

Tolet.

Act. 2. n. 17.

In nouo testamẽto plures quã in veteri prophetæ.

Quæ iudicabat populum in illo tempore.

7

IMpeditior quæstio, fuerit ne Debora Iudex? Iudicasse hic diserte affirmat Scriptura, & Ambrosius libro de Iudic. Hieronym. in Sophoniam, Iudicem vocat, & in ordinem iudicum supputari, scribit ad Furiam: quibus hærent Genebrardus, Caietanus, & alij. verosimilius tamen iudicẽ proprie non fuisse, cũ nec obtinuerit principatũ, nec exercitum duxerit: nec manu fuerit præliata, quæ veræ iudicis partes erant: sed dictam tantummodo iudicasse, quod ex diuino oraculo in dubijs responsa red deret-

Fuerit ne iudex Debora.

Amb.

Hieron.

Geneb.

Caiet.

Veræ arti qui iudicis partes.

deret, litesque dirimeret, absque vlla tamen iurisdictione. Vide Abulensem q. 6. & Serarium q. 5.

Abul. Serar.

Et sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur in Rama, & Bethel.

Versus 5.

1 SEdebat, hoc est habitabat sub palma, quæ vulgo palma Deboræ dicebatur, siue vna fuerit, siue multiplex, vt mauult Caietanus erat in monte Ephraim extra omnia loca, & vrbes vt ait hic Abulensis q. 7. Solebant enim prophetæ, quo familiarius Deo fruerentur loca sola, atque auia frequentare. Vnde Hilarius contra Arrianos. *Montes mihi, & Syluæ, & lacus, & carceres, & voragines sunt tutiores, in his enim prophetæ aut manentes, aut demersi, Dei spiritu prophetabant &c.* Et Diuus Hieronymus ad Rusti. *Filij prophetarum ædificabant sibi casulas propter fluenta Ierdanis, & turbis vrbium derelictis, polenta & herbis agrestibus victitabant. &c.* Sed quid palmæ cum solitudine? An quia ibi gloriosius triumphatur? Certe bellicum quid, palmare, & inuictum eremus habet. Nã Abraham: *Transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum.* Geneseos cap. 12. n. 8. Chrysostomus legit *Castrametatus est in solitudine. Nam quemadmodum*, inquit, *de militibus solemus dicere, ita & de iusto hic dicit, quod castrametatus sit vt ostendat expeditũ patriarcham: quod sicut milites nunc huc, nunc illuc tentoria sua erigunt, ita, & iustus &c.* Addiderim, vt ostendat inuictũ ac triumphabundum solitudinis incolam. Nam cum barbari Reges Sodomorũ vrbes, & propugnacula diruissent, vnã Abrahami in solitudine habitantis casulã nec diruere, nec vincere potuerunt, vt scribit Chrysost. ibi ad populum homilia 17 *Cella Abrahæ vilis, & parua, & nullũ habens munimen: sed exorto bello barbarico, vrbes quidem mœnibus munitas suffoderunt, & ceperunt barbari, & incolas captiuos facientes abierunt. Solitudinis autem ciuem Abraham ingruentem non pertulerunt: nec immerito: multitudinis enim, & murorum munimine multo maiorem vim habebat, pietatem &c.* Neque de nihilo ibi appellatur Hebræus. *Et ecce vnus*

Caiet.

Abul. q. 7

Solitudo Dei familiaritati aptior.

Hilar.

Hieron. Prophetæ in casulis iuxta fluenta Iordanis habitabant.

In eremo gloriosius triumphatur

Genes. 12 8.

Chrysost. Iustus miles est.

Solitudinis incolæ inuicti.

Pietas fortior mutis & militibus.

Gen. 14. 13. rius, qui euaserat nuntiauit Abraham Hebræo: Geneseos cap 14. num. 13. idest, transfluuiali, seu transitorio; quod dixit, explicat Chrysostomus vt nos memores faciat quomodo ex Chaldea exierit, Rupertus. Videlicet ob commendandam magnitudinem rei, ac virtutis, quod scilicet transitor, idest peregrinus, & aduena, Deo protegente fecerit rem, quam indigenæ quinque reges facere non potuerant &c. Itaque palmam, quam vrbani exercitus ferre non potuerunt, solitarius præripuit Abrahamus. Ita etiam siue Antiocho, siue Antichristo Iudeæ ciuitates depopulante, soli eremi incolæ velut inuicti triumphabunt. Introibit in terram gloriosã, & multi corruent: hæ autem solæ saluabũtur de manu eius, Edom, & Moab & principũ filiorũ Amõ. Daniel c. 11. n. 41. vbi Hieronymus Antichristus Idumeam, & Moabitas, ac filios Amon, idest Arabiã relinquet intactam, quia illuc sãcti ad deserta confugient &c. Neque enim vinci possunt, quos palmarij solitudinis incolæ tuebuntur. Nõ mirum igitur si Debora solitudinis amans 'mandet triumphos, vt dicebat Ambrosius sedeatque sub palma; quod erat signum futuræ victoriæ, vt Hugo interpretatur. Ita etiam Essæni solitudinis amantissimi dicuntur a Plinio lib. 5. cap. 17. Gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, socia palmarum, &c. Vide etiam Lorinum ad illa verba. Iustus vt palma florebit psalmo 91. n. 13. vbi refert heroicos illos Anachoretas inter palmas solitos diuersari tanquam palmares, atque victores: adducitque Paulum Principem Eremitam, qui tunicam e palmis contextam induebat omni toga palmari clariorem.

Chrysost. Rupert. — De Antichristo Eremitæ triumphabũt. — Dan. 11. 41. Hieron. — Eremi incolæ palmarij victores. — Hugo. — Plin. l. 5. c. 17. — Lorin. Ps. 91. 13. — Paulus Eremita palmari tunica triumphans.

2

Vel etiã quia palma felicitatis, ac beatitudinis symbolum est, vt videre licet apud Pin. in Iob c. 29 n. 19. Dicere possumus in solitudine simulachrũ esse quoddã beatitudinis, ac paradisi Vnde frequẽs illud apud Hieronymum, mihi solitudo paradysus, &c. Et alludit Ambros Epist. 31. Solus erat Adã, quando in Paradyso constitutus est, solus erat, & quando ad imaginem Dei factus est, sed non erat solus, quando de paradyso eiectus est &c. Vsque adeo, inquit Pelusiota lib. 1. Epistola 77. Ad salutem conducit secessus ab vrbanis tumultibus, vt & Dei Filius, relictis vrbibus, eos, qui cum puritate viuunt in montis cacumine beatos prædicarit &c. Et Tertulianus ad Martyres. Hoc

Palma felicitatis, ac beatitudinis symbolum. — Pin. in Iob c. 29 n. 19. — Solitudo simulachrũ paradysi. — Ambr. Ep. 31. — Pelus. lib. 1. Ep. 77. — Multum ad salutẽ conducit solitudo

In solitudine gloriã Christus discipulis monstrat.

Hoc præstat carcer Christiano, quod Eremus prophetis; ipse Dominus in secessu frequentius agebat, vt liberius oraret, & sæculo cederet, gloriam denique suam discipulis in solitudine demonstrauit.

3

Itaque Debora cælo familiarius vtebatur in solitudine, quam tamẽ Virgo Sãctissima, quod laudabilius est, in vrbe repererat, de qua idem Ambrosius. *Sola erat Maria, & loquebatur cum Angelo: sola erat, quando superuenit in eam spiritus Sanctus, sola erat, & operata est mundi salutẽ &c.* Ideo ingressus dicitur ad eam Angelus Lucæ cap. 1. n. 28. Emissenus, *Non enim in plateis erat, non in publico morabatur: intus erat in penetralibus, sola sedebat, nec tamen sola tanto virtutum exercitu circunscripta &c.* Ambrosius 1. de Virginitate. *Neque enim comites fœminas desiderabat, quæ bonas comites cogitationes habebat quia etiam tunc sibi minus sola videbatur, cum sola esset &c.* Vide Salmeron. tomo 3. tractatu 5.

Ambr. B. Virgo in vrbe sola erat. *Luc. 1. 28* *Emiss.* Virtutibus comitata. *Ambr.* Bonæ cogitationes optimæ comites. *Salm. t. 3. tract. 5.*

4

Rogabis quodnam Deboræ fuerit domiciliũ? Respondeo fuisse vel speluncã prophetis familiarẽ, cuiusmodi illa Heliæ, de qua Chrysostomus oratione de diuitiis & paupertate, & homilia 2. ad populum. *Rex pauperis indigebat, & vobis nihil plusquam melotem habentis inhiabat, qui tantum habebat auri adeo splendidior trabea erat melotis, & regalibus aulis iusti spelunca &c.* Vel tabernaculum ad palmam appensum; quẽadmodum Abraham suum illud ad quercum affixerat iuxta conuallem Mambre, in hebræo. *Quercus.* Geneseos cap. 13. nu. 18. De quo idem Chrysostomus. *Non aurostectum liniuit, sed apud quercũ illam tabernaculum figens, foliorum vmbra contentus erat: & tã splendidum ipsi erat diuersorium, vt nec angelos apud ipsum manere puderet; non enim quærebant domus splendorem sed animæ virtutem &c.* Ita Deboræ pietas vrbem fecit in spelunca quæ speluncam in vrbe repererat: nam vt ait Chrysostomus homilia 17. *Ciuitas nõ habens pios ciues omni villa vilior est, & quacumque spelunca ignobilior &c. Quia nimirum absũt pietas, & religio, quæ si eremum habitantibus adsint,* inquit idẽ *omni ciuitate splendidiorem ipsã faciunt, e contra ciuitatem omnium vilissimam &c.* Cur inter Rama, & Bethel habitauerit mistice docet Origenes homilia 5.

speluncæ prophetarum domicilia. *Chrysost.* *Chrisost.* Abrahæ tabernaculum non auro, sed virtutibus splendens. Non pudet Angelos tecti humilis iusti. *Chrysost. hom. 17.* Ciuitas impia omni villa uilior. Virtutes eremum faciunt splẽdidam ciuitatem.

5

Secundo quibusnam studijs operam daret? Diuinæ legi,

legi, ſanctiſque Scripturis, quorum floribus, velut apis paſcebatur. Hieronym. ad Furiam. *Quia dicere poterat, quam dulcia gutturi meo eloquia tua ſuper mel & fauum, apis nomen accepit, Scripturarum floribus paſta Spiritus Sancti odore perfuſa &c.* His enim delitijs fruebatur, nam vt ait Chriſoſtomus homilia 1. *Paradyſus eſt diuinarum lectio ſcripturarum.* Vnde Hieronymus ad Ruſt. *Habeto cellulam pro paradyſo: varia ſcripturarum poma decerpe, his vtere delitijs &c.* Et Ambroſius Epiſtola 31. *Deambulat in paradyſo Deus, quando diuinas Scripturas legas paradiſus eſt Geneſis, paradiſus Deuteronomium &c.* Atque ideo ligno ſecus decurſus aquarum plantato pſalmo 1. n. 3. ideſt palmæ, vt notant interpretes, beatitudinis ſymbolo, comparatur is, qui in lege Domini meditatur die, ac nocte: eo ſcilicet modo, quo Debora: Quo Marcella, de qua Hieronymus ad Princip. *Meditationem legis non replicando quæ ſcripta ſunt, ſed in opere intelligens, iuxta illud; A mandatis tuis intellexi, vt poſtquam mandata compleſſet, tunc ſe ſciret mereri intelligentiam ſcripturarum &c.* Vnde Chriſtus ad Saduceos: *Erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei* Matth. cap 22. n. 29. vbi Chryſoſtomus. *Cognoſcere non poterant Deum in eis, quia nolebant viuere digne Deo.*

Hieron. Scripturæ floribus tanquam apes paſcuntur iuſti.

Chryſoſt. hom. 1. Lectio Scripturæ paradyſus *Hieron.*

Ambr. Epiſt. 31.

Pſ. 1. n. 3.

Meditantes ſacram Scripturā. palmæ ſimiles. *Hieron.*

Matth. 22. 29. *Chryſoſt.*

6 Allegorice per hanc palmam Hugo, & ex eo Lorinus citatus, & alij crucem intelligunt, vel quod Chriſti crux è palma fuerit: quod probabile, non tamē certum, vt videre eſt apud Gretſerum de Cruce lib. 1 cap. 5. Barradas tomo 4. lib 7, ca. 13. afferturque vulgo illud; *Aſcendam in palmā,* Cāticorum cap. 7. n. 8. Quo Cyprianus de paſsione Chriſti alludit: *Aſcendiſti Domine palmam, quia illud crucis tuæ lignum protendebat triumphum de diabolo, vel principatibus, & poteſtatibus, & nequitijs ſpiritualibus victoriam &c.* Idemque ſignificabant rami illi palmarum, quibus turba Chriſto paſſuro obuiam venit. Ioannes cap. 12. *Quia erat,* vt ibi ex Auguſtino ait Diuus Thomas. *in trophæo Crucis de diabolo mortis principe triumphaturus &c.* Et Ambroſius ſermone 38. *Non habuit maius præmium, niſi palmas, quod ei deuotio plebis offerret, ſignificans ſtratis in itinere veſtibus impollutam viam eſſe in mundo, oblatis palmis ipſum mūdi eſſe victorem &c.* Et de ubi tu

Hugo. *Lorin.*

Chriſti crux è palma.

Gret de cruc lib. 1 c. 5. *Bar t. 4. l 7. c. 13.* *Cant. 7. 8.*

Crux triū phum de diabolo portendit

Ioan 12.

D. Tho.

Ambr. ſer 38.

Crux palma vitæ æternæ.

tu Theodosij Crucē vocat palmam vitæ æternæ &c.

7 Cassiod. ps. 91. Crux rutilat, cum omnia obscurantur.

Vel *Quia palma*, vt ait Cassiodorus in psalmo 91. *Quasi quibusdam radiis ornata distenditur. Quid vero cruce splendidius? quid radiantius, certe extremo iuditij tempore, cum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de Cælo, tunc apparebit signum filij hominis.* Matthæi cap. 24. n 30. Chrysostomus homilia de Cruce, & latrone. *Vidisti Gloriam signi*, idest *crucis Solis lumen reddetur obscurum, luna non dabitur gratia, sed illud lumen radiabit, & lucebit, tanta enim lux ipsius luminis præclarescet, &c.* vt eius radijs lumina clara vincantur, Quemadmodum supra loquitur. Et ideo fortassis in morte Christi obscuratus est Sol, qui ad crucis radios lucere non poterat. Vnde etiam ad crucis effigiem, quam Iosue passis ad cælum manibus orando expresserat, steterunt sol, & luna Iosue ca. 11. n. 13. Quasi magis reueriti maius luminare Ita significat Ambrosius. *Ex passis iustorum manibus, precationem simul, atque insuperabile crucis tropheum signantibus, sol sistebatur, luna retinebatur &c.* Idem solem, ac lunam alibi vocat 2. de Iacob capite 6.

Math. 24 30 Chrysost.

Sol obscuratur, quia ad crucis radios lucere non potest.

Sol, & luna ad crucis signū stant. Ambr.

Idem 2. de Iacob. c. 6.

Cum ei post luctam ortus est Sol. Geneseos capite 32. num 31. Non immerito Exortus est Sol Sancto Iacobo, cuius generi crux Domini salutaris illuxit.

6 Christus in cruce exaltatur. Eccl. 24. 18.

Vel quia palma arbor alta est, & gloriosa iuxta illud *Quasi palma exaltata sum in Cades.* Ecclesiastici ca 24. n. 18. Ideo in ea exaltari oportuit filium hominis, vt omnia traheret ad se ipsū Ioannis cap. 12. n. 32. Hæc enim præcipue fuit causa cur Deus crucē maluerit, quod illa exaltari eum fuit necesse, & omnibus gentibus passionem Dei innotescere, vt author est Lactantius lib. 4 de vera sapientia *Nam quoniam is, qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus, & cæteris altior, crux potius electa est, quæ significaret illum tam conspicuum, tamque sublimem futurum, vt ad eum cognoscendum pariter, & colendum cuncta nationes ex omni orbe concurrerent &c.* Vnde Christus de passione sua loquens dicebat: *Venit hora, vt clarificetur filius hominis* Ioan. 12. 13. siue vt legit Cyril. Cath. 13. *Vt glorificetur filius hominis Vides quo modo gloriam propriam sciebat esse crucem?* Et infra: *Non quod prius non haberet gloriam: glorificatus enim erat gloria ante mūdi*

Ioan. 12. n. 5.

Vult Deus suam passionem omnibus innotescere. Lact. l. 4. de ver. sap.

Christi propria gloria crux. Ioan 12. 13. Cyril. Cath. 13.

Ingens gloria ex patientia.

di constitutionem, sed glorificabatur tanquam Deus semper: nunc vero glorificatus est patientia ferens coronam &c. Ideo Sancti nullibi magis gloriantur: *Exultabunt Sancti in gloria* psalmo 149. n. 5. In qua gloria Hieronymus. *Exultabunt Sancti in cruce. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce &c.* Imo exultant, siue, *exultabunt omnia ligna syluarum* psalmo 95. n. 12. Vbi Caietanus, *Tanquam materia gaudij, & laudis omnium lignorum syluestrium: quia tunc in vno eorum scilicet crucis ligno exaltari meruerunt.*

Ps. 149. n. 5. Hieron. Sanctorum gloria in cruce. Ps. 95. n. 12. Caiet.

Ascendebantque ad eam filij Israel in omne iudicium.

9

ID est, vt explicat Sa *Ad dirimendas lites.* tantae enim aequitatis erat, vt eius consilio, vel oraculo litigantes facile acquiescerent: tanta illius iustitiae pulchritudo, seu rectitudo, vt omnes ad se alliceret; nam vt ait Diuus Bonauentura in Dieta Salut. tomo ..cap 8. *Sicut recta linea est pulcherrima linearum vt dicit Philosophus, sic iustitiae rectitudo facit hominem pulcherrimum & decorum.* Nam sicut statura humani corporis est pulchrior inter omnes, quia recta ad caelum, sic statura cordis est pulcherrima, cum per iustitiam recta est ad Deum: Vnde sponsae dicitur, *Statura tua assimilata est palmae* Cant. c. 7. quod cum palma Deborae apte congruit: Iustitia enim sicut palma, quo rectior eo pulchrior.

Iustitiae pulchritudo maxima. Bonau.

Cant. 7. Iustitia sicut palma quo rectior, eo pulchrior

10

Ascendebant vero Israelitae cum minimo labore, ac dispendio: nam ideo sedem inter Rama & Bethel elegisse videtur, vt esset in medio, ac velut in promptu, ne litigantes moram facerent, & expensas. Quo consilio iudicia olim in portis ciuitatum exercita legimus: iuxta illud: *Nobilis in portis vir eius cum sederit cum senatoribus terrae* Prouerbiorum c. 31. n. 23. vbi Hieron. *Veteres in portis sedere ad iudicandum solebant, vt venientes ad ciuitatem aliunde paratum continuo responsum iudicantis acciperent nec rursum pacem vrbis intrinsecus frequens litigantium conuersatio faedaret &c.* Et ad illa verba. *Odio habuerunt corripientem in porta* Amos cap. 5. nu. 10. *Vt nec agricola ad causam veniens frequentia ciuitatis, & nouo terreretur aspectu nec urbis habitator longe ab vrbe properaret, & subiectionem quaereret iumentorum &c.* Sic etiam Samuel *Ibat per singulos annos circumiens Bethel, & Galgala,*

Iudices sint prompti non morosi

Pro. 31 n. 23. Iudicia in portis ciuitatum exercita.

Litigantium turba vrbem faedat.

Amos 5. n. 10.

Iudices litigantium vitent expensas.

la.& Masphat, & iudicabat Israelem in supradictis locis 1.Regum cap.7 n.16. Abulensis q.33. *Releuabat eos a magnitudine expensarum, quas facerent si venirent ad ipsum &c.* Hoc tamen Deboram non decebat, & quia fæmina erat, cui nefas huc illuc discurrere: Et quia ex officio Iudex non erat, vt supra diximus; quo sensu intelligendus est Diuus Thomas in 4.d.25.q,2 art.1.cum ait eã temporalibus præfuisse.

Abul q. 33.

Fæminas dedecet discurrere

D Th.

II Illud etiam notandum in Debora iudice, quod lites dirimeret, non sereret, non protraheret: *Quod illi faciunt, qui*, Vt ait Seneca, *pretium captant ex litium numero, vel mora, cum magno reipublicæ detrimẽto*. VndeCinæus, idest Iethro, dicitur a Saule fecisse Misericordiam, seu beneficium filijs Israel. *Tu enim fecisti Misericordiam cum omnibus filijs, Israel, cum ascenderent de Ægypto* 1.Regum cap.15. n 6. Quod Moysi in deserto. Exodi.1.6.fuerit autor, vt plures crearet Iudices, quorũ dexteritate nec causæ diutius traherentur, nec populus tandiu expectaret litium nexibus implicatus. *Quod erat*, vt ibi explicat Abulensis q.16 *Ad velocem totius populi intentum &c*. Itàq; magnæ misericordiæ, ac beneficij fuit præfixisse modũ finemque litigijs, quibus populus immorabatur, & immoriebatur Nam Dauid Iudicũ portas, portas mortis appellat. *Qui exaltas me de portis mortis* psalm. 9. nu.13 idest, *litium* quæ exerceban tur in portis, vt diximus, vel *iudicium iniquorum*, vt Remigius explicat. Qui enim ver santur in litibus, in portis mortis, inferorumque versari videntur. Quare Christus Dominus suadet *Ei qui vult tecum Iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium* Matthæi cap 5.n.4. Quasi diceret· Ne te liti admisceas, vel tunicã perdere lucrum est. Et Abraham bonis omnibus cedere mauult, quam cum Loth lite contendere, *Docens*, inquit Chrisostomns. *Non tam præsentes, sed posteros etiam omnes nunquam cum proximis litigandum &c. Ne quæso sit iurgiũ inter me, & te; ecce vniuersa terra coram te est* Geneseos cap. 13.n.9. Ambrosius 2 de Abraham cap.6. *Hoc est si non potes conuenire, cedo omnibus, totum cape si de loco aut possessione dissentio est &c.* Nam vt idem ait 2.de officjis cap.21. *Dispẽdio litis carere, non mediocre lucrum est &c.*

Ambitiosi iudices protrahunt lites.

Sen. c.

1. Reg.15. 6.

Maxima misericordia lites cito dirimere

Abul.q. 16.

Litium protractio litigantes necat.

Ps.9.n. 13.

Iudicum portæ portæ mortis.

Remis.

Litigãtes in inferno versantur.

Matth.5. 4.

Melius tunicam perdere quã litigare

Chrysost.

Geneseos 13.n.9.

Ambr.2. de Abr. 61.

Grande lucrum litis dispendio carere.

Et

11 Et Diuus Paulus scribit ad Corinthios satius esse damnum, aut iniuriam pati quam litem. *Omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos: Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem*, hoc est, *damnum, pati mini?* 1. ad Corinthios cap. 6. n. 7 Diuus Anselmus idest *acceptabilem, & gratam habetis, quam vt pacem cum fratre litigando dissipetis. Nam,* vt ait Cassiodorus 11. Variarũ 8. *Si quæritis lucra, vitate potius damnosa litigia &c.* Præsertim in lege gratiæ, & veritatis, de qua illud: *Conflabunt gladios suos in vomeres; nec exercebuntur vltra ad prælium*, Isaiæ cap 2. n. 4 vbi Vgo. *Prophetia est de destructione litium, & causarum aduocatorum, & legis latorum, qui non quærunt nisi lites, & bella &c.* Vnde Christus Dominus a litibus semper abhorruit: *Quis me constituit iudicem super vos* Lucæ c. 12. n. 14. vbi illud Ambrosij. *Nec iudex esse dignatur litium, & arbiter facultatum.* Vt iam supra attigimus. Et cum adultera apud ipsum accusaretur *Inclinans se deorsum digito scribebat in terra* Ioannes cap. 8. n. 6 Idem Ambrosius Epistola 52. *Vide diuina mysteria, & clementiam Christi cum accusatur mulier, caput Christus inclinat, eleuat, vbi deficit accusator, ita nullum damnari vult absolui omnes &c.*

Melius iniuriam pati, quam litem.

1. Corint 6. n. 7. Anselm.

Cassiod. 11. var. 8.

Isai. 2. 4. Lites bella intestina. Hug.

Luc. 12. n. 14. Ambr. Christus a litibus semper abhorruit.

Ioan 8. 6 Ambros. Epist. 52.

Caput inclinat Christus ne videat accusatorem.

Quæ misit, & vocauit Barac filium Abinoem.

Versus 6 & 7.

1 Barac Deboræ filium putauit Ambrosius libro citato de viduis. *Quanta viduæ fortitudo, quæ a periculis filium, nec materno reuocat affectu &c.* Alij Deboræ patrẽ qui non expectauerit, vt filia adueniret. Quemadmodum Iacob, qui audiens Ioseph. filium viuere Geneseos capite 45. num. 26. *Non expectauit*, inquit, Ambrosius, *vt filius ad se veniret, sed ipse magis perrexit ad filium, pietati enim mensura ordinis non præponderat &c.* Rupertus, Hugo, & alij apud Abulensem q 6 eũdem cum Lapidoth esse contendunt, nominum significatione decepti, quia vt ait Rupertus cap. 4. *Ante quam vlcisceretur Israel, quasi fulgur splendebat in populo meritis scilicet, & prærogatiuis operum &c.* Probabilis sententia sed Hieronymo displicet, quod aliud scriptura cõ

Matres filios aperi culis gloriosis non amoueãt.

Gen. 45. 26. Ambr. Vincit affectus paternã dignitatem. Hugo. Abul. q. 6

Rupert. c. 4.

memorat. Alius igitur Lapidoth Deboræ coniux; alius Barac, cui ipsa principatū obtulit, neque enim solebant prophetæ principatū consanguineis, filijsue deferre, vt notum est de Moyse, ac Samuele, de quibus Hieronym. 1. aduersus Iouinianum *Legimus Moysem, & Samuelem filijs alios prætulisse: nec putasse liberos, quos videbant Domino displicere &c.*

Prophetæ principatū consanguineis non deferebāt.

Hieron.

Præcepit tibi Dominus uade, & duc exercitum in montem.

2

THabor. Nō ait, *reuelauit mihi Dominus, sed præcepit tibi*, vt elationis speciē fugeret: nec prophetiæ donum, quo victoriam præuiderat, iactare videretur. Quemadmodū Diuus Paulus, qui nauigans in Italiam cum spiritu prophetico imminentem videret tempestatem, ità loquutus est, quasi id conijceret, non prophetaret. *Video*, inquit, *quoniam cum iniuria, & multo damno, non solum oneris, & nauis: sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio*. Actorum cap. 27. n. 10. Vbi Chrysostomus. *Vide quam alienus est á fastu, ne videatur prophetizare, sed quasi á coniectura dicere. Video inquit, &c.*

Fugienda est vel leuis superbiæ occasio.

Act. 27. 10.

Chrysost.

3 Secundo ne fæmina viro, præsertim si coniux erat quod probabile diximus, præcipere videretur. Nam tum demum imperare matrona censetur, cum viro paret, iuxta illud apud Lorinum in 1. Petri cap 3. *Casta ad virum matrona parendo imperat &c.* Cuius potestas viri potestatem supra caput habere, vt loquitur Diuus Paulus 1. ad Corinthios cap. 11. nu. 10. Qua de re supra egimus cap. 1. n. 14. Neque enim respexit Debora prophetiæ suæ, sed coniugis dignitatem, vt videre est in Virgine Beatissima. Quanta enim illius dignitas, quæ potuit ipsi Deo, qui ei se subdidit, imperare, ac veluti principari, iuxta illud Diui Bernardi homilia 1. Super missus est. *Quod Deus fæminæ obtemperet, humilitas absque exemplo; & quod Deo fæmina principetur, sublimitas sine socio &c.* Quæ tamen Deo principabatur, suo se coniugi adeo nō præferebat, vt quo illum reuereretur, Matris Dei non respiceret dignitatem, de qua illud Augustini sermone 63, *Nec se marito, nec in ordine nominis præferebat, vt diceret; ego*

Fæmina non debet imperare viro.

Lorin. Petri 1. cap. 3.

Tum mulier imperat, cum viro paret

1. Corint 11. n. 10.

Mors Dei humilitas quod fæminæ paret.

Bern. ho. 1.

Sublimitas Mariæ quod Deo imperet.

Humilitas Mariæ Iosephum sibi præferentis.

ego, & pater tuus; ſed pater tuus, inquit, & ego non attendit ſui vteri dignitatem ſed attendit ordinem coniugalem &c.

4 Tertio vt Barac, qui ad opus arduum vocabatur, audito Dei nomine facilius obtemperaret: nec fæminã ſed Deum per fæminam præcipientem intelligeret, neque amplius dubitaret, curioſius ve inquireret. Cũ Iſaac immolandus ad montem pergeret, curioſe cæpit inquirere: *Ecce ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti? cui pater. Deus, inquit, prouidebit.* Geneſeos cap. 22. n. 8. Chriſoſtomus, *Simul atq; audiuit Deũ nihil poſtea loquutus eſt, nec amplius erat curioſus &c. Sic veré credentes*, addit Lippomanus *non inquirunt, quid ſit, quod præcipitur, & qua ratione: abunde eis ſufficit, quia ſic Dominus voluit, ſic mandauit &c.* Durum plane videretur, atque ab omni ratione alienum, vt Barac cum paucis millibus infinitas Siſaræ copias aggrederetur, ſed Deboræ viſum ſatis dicere, præceptũ Domini eſſe, vt omnis illa defficultas complanaretur. Obſidebat Nabucdonoſor Hieruſalem, & Hieremias cuſtodiebatur in carcere. Ecce tibi ad eum Hananael patruelis illius. *Poſſide*, inquit, *agrum meum. qui eſt in Anatoh. quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es, vt poſſideas. Intellexi autem, quod verbum Domini eſſet.* Hieremiæ cap. 32. nu. 8. Hieronymus. *Durum quod erat, & prope in cõſequens, riſuque dignum eum, qui iam, iam que capiendam prophetabat Ieruſalem, & omnes ducẽdos eſſe captiuos, agrum in Anatoh emere, quem non erat poſſeſſurus, ſed intellexit, inquit verbũ Domini eſſe &c.* Et infra, *Quã quam ſtatim eſſet poſſeſſio relinquenda, imo emenda poſteris, & ab eo emendas qui filios non habebat; tamen obediens imperio Domini, omnia rite celebrat &c.* Satis enim prophætæ fuit audire verbum, aut præceptũ Domini eſſe, & quod durum, & in conſequens humano iuditio videbatur facile, & conſequens eſſet obedientiæ Ita Barac audito Domini præcepto, facile redderetur, quod maius, quam pro humanis viribus videbatur. Id circo veró iubetur tollere ſecum decem tantum millia pugnatorum aduerſus Siſaram, cui ſupra trecenta millia (autore Ioſepho) ut Deo tã tum victoria adſcriberetur. Ita Abulẽſis quæſtione 9.

Vera obedientia nõ inquirit curioſe.

Gen. 22. 8

Chryſoſt.

Lippom.

Fides non ſit curioſa

Deo obtẽperandũ vel in manifeſtis periculis.

Defficilia temnit obedientia.

Sub Dei iuſſu tuti pericula aggredimur.

Hierem. 32. 8.

Hieronim.

Satis vnũ verbum ad veros obediẽteſ

Abul. q. 9

Dixitque ad eam Barac, si venis mecum vadam, si nolueris venire mecum, nõ pergam.

Versus 8. & 9.

1 Septuag. SEptuaginta addũt: *Quoniam nescio diem, in qua prosperat Dominus angelum mecum* idest, vt Explicat Augustinus q. 26, *Facit mecum prospera per angelum*; ita etiam Ambrosius, & Origenes hom. 4. Non dixit hæc Barac ex metu, aut ex imbecillitate fidei: cum ab hac illum cõmendet Apostolus ad Hebræos c. 11. n. 32. Sed vel ex humilitate, qua se tantæ rei gerendæ imparem agnoscebat: vel vt hoc loquendi artificio Deborã ad secum eundum promoueret. Ambrosius *Quanta ergo feminæ istius virtus, cui dux dicit exercitus: nisi tu veneris, non ibo &c.*

August. q. 16. Ambr. Origen. hom. 4. Hebr. 11. n. 32. Humilitas res magnas timet. Ambr.

Volebat igitur Deboram comitem, non pompæ causa, vel ambitionis: quemadmodum Saul, cum ad Samuelem. *Peccaui*, inquit, *sed nũc honora me coram senioribus populi mei, & corã Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominũ Deũ tuũ*. 1. Reg. c. 15. nu. 30. Dequo Rupert. 4 de victoria verbi c. 16. *Homo quippe secularis animi: totusque deditus ambitioni, etiam ad adorandum Dominũ pompaticé solitus ingredi, hoc dolebat, si in tempore tali, in tanti triumphi festiuitate, tantus propheta sese subtraheret eius comitatui &c.* Non ambitionis, inquam, sed præsidij causa Deboram voluit comitem: cuius vnius orationibus, ac virtute munitus hostium multitudinem non timeret: nam, vt ait Augustinus sermone 228. de tempore loquens de Iudith *Vbi assiduis precibus pulsatur Cælum, potentia semper calcatur armorum. Ecce gloriosæ feminæ castitatem seruauit oratio, & hostem seruare non potuit multitudo. lugentem ciuitatem vna femina voluit vendicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire &c.*

Sunt qui præsidia sanctorum vnius iam societatem. 1. Reg. 15. 30. Rupert. Maximũ auxilium vnum iustum comitem habere. Aug. serm 228. de temp. Orationi vis in arma hostilia. Oratio castitatem custodit.

2 Sane, vnius in viri Sancti precibus, ac virtute, vt iam ostendimus cap. 1. nu. 1. Magni instar exercitus est, magnæ instar, & vrbis, quod etiam significat Diuus Paulus cum profectus est Hierusalem, vt Diuum Petrum velut magnam aliquam vrbem propugnaculũq; videret. *Post annos tres veni Hierosolimã videre Petrũ* Ad Galatas c. 1. n. 18. vbi Chrys. non

Vnius iusti oratio exercitus instar est. Galat. c. 1. n. 18.

non dixit, idin, id est vt cernerem Petrum: sed gitorice, idest, vt viderem, quomodo loqui solent, qui magnas, ac splendidas vrbes inuisunt, &c. Inde anima illa vrbi confertur, cum decora dicitur sicut Hierusalem. Canticorum cap 6. ...on r Et è cõtra, Iosia extincto, Hierusalem, quamuis alioqui plena populo esset, sola dicitur. *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo.* Threnorum cap. 1. n. 1. Quasi vrbs non esset in vrbe, vno Sancto rege amisso, vt significatur 2. Paralip. cap. 35. n. 25. Satis ergo munitus, ac velut plurimus sibi videbatur, qui vnam Deboram, atque adeo Deum ad se stantem, comitemque habebat. Ideo plures copias auxiliares nõ requisiuit, nam, vt ait Ambrosius lib. 2. de Iacob cap. 7. *Nihil aliud quærit perfectus, nisi solum, & præclarum bonum. Vnde dixit, Vnã petij a Domino hanc requiram* psalmo 26. *Neque vero eum tanquam angustum, inopemque fastidias, quia vnius hominis velut salutari societate contentus sit: huius enim amicitia circundatus plurimus erit &c.*

Instar splendidæ vrbis.

Cant. 6. 3

Thren. 1. n. 1.

Amisso vno iusto ciuitas velut deserta manet.

Amb.

Ps. 26.

Quanti facienda vnius iusti societas

3

Multum prodest Sãctorum societas ad declinãda pericula.

Docet hic locus quantũ prosit Sanctorum societas ad pericula declinanda, vide acta Apostolorum cap. 27. num. 44. vbi omnes, qui vna cum Paulo naui vehebantur é naufragio incolumes euaserunt: & ibi Chrisostomus homilia 53. *Retineamus apud nos Sanctos, nec erit tempestas, erit serenitas, ac tranquillitas Quoniam vidua illa* 4. *Regum cap.* 4. *Sanctum hospitio habebat, etiã filij eius mors soluta est, & rediuiuum accepit, vbi pedes Sanctorum ingrediuntur, nihil erit quod contristet, &c.* Nisi illorum absentia. Inde enim est, quod Eliseus rapto Elia, apprehendit vestimenta, & scidit illa in duas partes 4. Regum cap. 2. n. 12. Quod in morte plerũque fieri consueuerat Abulensis q. 20. *Elias quanquam non moriebatur, tamen nunquã redditurus erat ad communicationem hominum, ideo de eius absentia sicut de morte dolere poterat &c.* Adeo Sancti viri societas charior illi vita erat. Vnde etiã Petrus ne Christi societatem negare videretur, vt Ambrosius mitius interpretatur, ait *O homo nõ sum* Lucæ cap. 22. n. 58. *Maluit videlicet se negare, quam Christum, aut quia videbatur negare Christi societatem, vtique se negauit &c.* Econtra vero cum Pharao Moysem a se eiecisset; *Recede, inquit, a me, & caue ne vltra videas faciẽ meam.*

Act. 27. n. 44.

Chrysost. hom. 53.

4. Reg. 6. 4.

Nihil triste vbi Sãctus ingreditur.

Abul q. 20.

De Sancti absentia tanquam de morte dolendũ.

Negat se Petrus, ne Christum neget.

Ambros.

Qui negat Christum, se negat

In solitudine gloriã Christus discipulis monstrat.

Hoc præstat carcer Christiano, quod Eremus prophetis; ipse Dominus in secessu frequentius agebat, vt liberius oraret, & sæculo cederet, gloriam denique suam discipulis in solitudine demonstrauit.

3 Itaque Debora cælo familiarius vtebatur in solitudine, quam tamẽ Virgo Sãctissima, quod laudabilius est, in vrbe repererat, de qua idem Ambrosius. *Sola erat Maria, & loquebatur cum Angelo: sola erat, quando superuenit in eam spiritus Sanctus, sola erat, & operata est mundi salutẽ &c.* Ideo ingressus dicitur ad eam Angelus Lucæ cap. 1. n. 28. Emissenus, *Non enim in plateis erat, non in publico morabatur: intus erat in penetralibus, sola sedebat, nec tamen sola tanto virtutum exercitu circunscripta &c.* Ambrosius 1. de Virginitate. *Neque enim comites fœminas desiderabat, quæ bonas comites cõgitationes habebat quia etiam tunc sibi minus sola videbatur, cum sola esset &c.* Vide Salmeron. tomo 3. tractatu 5.

Ambr. B. Virgo in vrbe sola erat. *Luc. 1. 28* *Emiss.* Virtutibus comitata. *Ambr.* Bonæ cogitationes optimæ comites. *Salm. t. 3. tract. 5.*

4 Rogabis quodnam Deboræ fuerit domiciliũ? Respondeo fuisse vel speluncã prophetis familiarẽ, cuiusmodi illa Heliæ, de qua Chrysostomus oratione de diuitiis & paupertate, & homilia 2. ad populum. *Rex pauperis indigebat, & vobis nihil plusquam melotem habentis inhiabat, qui tantum habebat auri adeo splendidior trabea erat melotis, & regalibus aulis iusti spelunca &c.* Vel tabernaculum ad palmam appensum; quẽadmodum Abraham suum illud ad quercum affixerat iuxta conuallem Mambre, in hebræo. *Quercus.* Geneseos cap. 13. nu. 18. De quo idem Chrysostomus. *Non auro tectum liniuit, sed apud quercũ illam tabernaculum figens, foliorum vmbra contentus erat: & tã splendidum ipsi erat diuersorium, vt nec angelos apud ipsum manere puderet; non enim quærebant domus splendorem, sed animæ virtutem &c.* Ita Deboræ pietas vrbem fecit in spelunca quæ speluncam in vrbe repererat: nam vt ait Chrysostomus homilia 17. *Ciuitas nõ habens pios ciues omni villa vilior est, & quæcumque spelunca ignobilior &c. Quia nimirum absũt pietas, & religio, quæ si eremum habitantibus adsint,* inquit idẽ *omni ciuitate splendidiorem ipsã faciunt, e contra ciuitatem omnium vilissimam &c.* Cur inter Rama, & Bethel habitauerit mistice docet Origenes homilia 5.

speluncæ prophetarum domicilia. *Chrysost.* *Chrisost.* Abrahæ tabernaculum non auro, sed virtutibus splendens. Non pudet Angelos tecti humilis iusti. *Chrysost. hom. 17.* Ciuitas impia omni villa uilior. Virtutes eremum faciunt splẽdidam ciuitatem.

5 Secundo quibusnam studijs operam daret? Diuinæ legi,

legi, ſanctiſque Scripturis, quorum floribus, velut apis paſcebatur. Hieronym. ad Furiam. *Quia dicere poterat, quam dulcia gutturi meo eloquia tua ſuper mel & fauum, apis nomen accepit, Scripturarum floribus paſta Spiritus Sancti odore perfuſa &c.* His enim delitijs fruebatur, nam vt ait Chriſoſtomus homilia 1. *Paradyſus eſt diuinarum lectio ſcripturarum.* Vnde Hieronymus ad Ruſt. *Habeto cellulam pro paradyſo: varia ſcripturarum poma decerpe, his vtere delitijs &c.* Et Ambroſius Epiſtola 31. *Deambulat in paradyſo Deus, quando diuinas Scripturas legas paradiſus eſt Geneſis, paradiſus Deuteronomium &c.* Atque ideo ligno ſecus decurſus aquarum plantato pſalmo 1. n. 3. ideſt palmæ, vt notant interpretes, beatitudinis ſymbolo, comparatur is, qui in lege Domini meditatur die, ac nocte: eo ſcilicet modo, quo Debora: Quo Marcella, de qua Hieronymus ad Princip. *Meditationem legis non replicando quæ ſcripta ſunt, ſed in opere intelligens, iuxta illud; A mandatis tuis intellexi, vt poſtquam mandata compleſſet, tunc ſe ſciret mereri intelligentiam ſcripturarum &c.* Vnde Chriſtus ad Saduceos: *Erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei* Matth. cap. 22. n. 29. vbi Chryſoſtomus. *Cognoſcere non poterant Deum in eis, quia nolebant viuere digne Deo.*

Hieron. Scripturæ floribus tanquam apes paſcuntur iuſti.

Chryſoſt. hom. 1. Lectio Scripturæ paradyſus

Hieron.

Ambr. Epiſt. 31.

Pſ. 1. n. 3.

Meditantes ſacram Scripturā. palmæ ſimiles.

Hieron.

Matth. 22. 29.

Chryſoſt.

6 Allegorice per hanc palmam Hugo, & ex eo Lorinus citatus, & alij crucem intelligunt, vel quod Chriſti crux é palma fuerit: quod probabile, non tamē certum, vt videre eſt apud Gretſerum de Cruce lib. 1 cap. 5. Barradas tomo 4. lib 7, ca. 13. afferturque vulgo illud; *Aſcendam in palmā*, Cāticorum cap. 7. n. 8. Quo Cyprianus de paſsione Chriſti alludit: *Aſcendiſti Domine palmam, quia illud crucis tuæ lignum protendebat triumphum de diabolo, vel principatibus, & poteſtatibus, & nequitijs ſpiritualibus victoriam &c.* Idemque ſignificabant rami illi palmarum, quibus turba Chriſto paſſuro obuiam venit. Ioannes cap. 12. *Quia erat*, vt ibi ex Auguſtino ait Diuus Thomas. *in trophæo Crucis de diabolo mortis principe triumphaturus &c.* Et Ambroſius ſermone 38. *Non habuit maius præmium, niſi palmas, quod ei deuotio plebis offerret, ſignificans ſtratis in itinere veſtibus impollutam viam eſſe in mundo, oblatis palmis ipſum mū di eſſe victorem &c.* Et de ubi

Hugo. Lorin.

Chriſti crux è palma.

Gret de cruc lib. 1 c. 5.

Bar t. 4. l 7. c. 13.

Cant 7. 8.

Crux triūphum de diabolo portendit

Ioan 12.

D. Tho.

Ambr. ſer 38.

Crux palma vitæ æternæ.

tu

tu Theodosij Crucẽ vocat palmam vitæ æternæ &c.

7 Vel *Quia palma*, vt ait Cassiodorus in psalmo 91. *Quasi quibusdam radiis ornata distenditur. Quid vero cruce splendidius? quid radiantius, certe extremo iuditij tempore, cum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de Cælo, tunc apparebit signum filij hominis.* Matthæi cap. 24. n 30. Chrysostomus homilia de Cruce & latrone. *Vidisti Gloriam signi, idest crucis Solis lumen reddetur obscurum, luna non dabitur gratia, sed illud lumen radiabit, & lucebit, tanta enim lux ipsius luminis præclarescet, &c.* vt eius radijs lumina clara vincantur, Quemadmodum supra loquitur. Et ideo fortassis in morte Christi obscuratus est Sol, qui ad crucis radios lucere non poterat. Vnde etiam ad crucis effigiem, quam Iosue passis ad cælum manibus orando expresserat, steterunt sol, & luna Iosue ca. 11. n. 13. Quasi magis reueriti maius luminare Ita significat Ambrosius. *Ex passis iustorum manibus, precationem simul, atque insuperabile crucis trophæum signantibus, sol sistebatur, luna remebatur &c.* Idem solem, ac lunam alibi vocat 2. de Iacob capite 6.

Cassiod. ps. 91. Crux rutilat, cum omnia obscurantur.

Math. 24 30

Chrysost.

Sol obscuratur, quia ad crucis radios lucere non potest.

Sol, & luna ad crucis signũ stant.

Ambr.

Idem 2. de Iacob. c. 6.

Cum ei post luctam ortus est Sol. Genescos capite 32. num 31. Non immerito Exortus est Sol Sancto Iacobo, cuius generi crux Domini salutaris illuxit.

6 Vel quia palma arbor alta est, & gloriosa iuxta illud *Quasi palma exaltata sum in Cades.* Ecclesiastici ca 24. n. 18. Ideo in ea exaltari oportuit filium hominis, vt omnia traheret ad se ipsũ Ioannis cap. 12. n. 32. Hæc enim præcipue fuit causa cur Deus crucẽ maluerit, quod illa exaltari eum fuit necesse, & omnibus gentibus passionem Dei innotescere, vt author est Lactantius lib. 4 de vera sapientia *Nam quoniam is, qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus, & cæteris altior, crux potius electa est, quæ significaret illum tam conspicuum, tamque sublimem futurum, vt ad eum cognoscendum pariter, & colendum cuncta nationes ex omni orbe concurrerent &c.* Vnde Christus de passione sua loquens dicebat: *Venit hora, vt clarificetur filius hominis* Ioan. 12. 13. siue vt legit Cyril. Cath. 13. *Vt glorificetur filius hominis Vides quomodo gloriam propriam sciebat esse crucem?* Et infra: *Non quod prius non haberet gloriam: glorificatus enim erat gloria ante mũdi*

Christus in cruce exaltatur.

Eccl. 24. 18.

Ioan. 12. n. 5.

Vult Deus suam passionem omnibus innotescere.

Lact. l. 4. de ver. sap

Christi propriæ gloria crux.

Ioan 12. 13.

Cyril. Cath. 13.

di constitutionem, sed glorificaba tur tanquam Deus semper: nunc vero glorificatus est patientia ferens coronam &c. Ideo Sancti nullibi magis gloriantur: *Exultabunt Sancti in gloria* psalmo 149. n. 5. In qua gloria Hieronymus. *Exultabunt Sancti in cruce. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce &c.* Imo *exultant*, siue, *exultabunt omnia ligna syluarum* psalmo 95. n. 12. Vbi Caietanus, *Tanquā materia gaudij, & laudis omniū lignorum syluestrium: quia tunc in vno eorum scilicet crucis ligno exaltari meruerunt.*

Ingens gloria ex patientia.

Ps. 149. n. 5.

Hieron.

Sanctorū gloria in cruce.

Ps. 95. n. 12.

Caiet.

Ascendebantque ad eā filij Israel in omne iudicium.

9

ID est, vt explicat Sa *Ad dirimendas lites.* tantæ enim æquitatis erat, vt eius consilio, vel oraculo litigantes facile acquiescerent: tanta illius iustitiæ pulchritudo, seu rectitudo, vt omnes ad se alliceret; nam vt ait Diuus Bonauentura in Dieta Salut. tomo . . cap 8. *Sicut rē cta linea est pulcherrima linearū vt dicit Philosophus, sic iustitiæ rectitudo facit hominem pulcherrimum & decorum.* Nam sicut statura humani corporis est pulchrior inter omnes, quia recta ad cælū, sic statura cordis est pulcherrima, cū per justitiā recta est ad Deum: Vnde spōsæ dicitur, *Statura tua assimilata est palmæ* Cāt. c. 7. quod cū palma Deboræ apte congruit: Iustitia enim sicut palma, quo rectior eo pulchrior.

Iustitiæ pulchritudo maxima.

Bonau.

Cant. 7.

Iustitia sicut palma quo rectior, eo pulchrior

10

Ascēdebāt vero Israelitæ cū minimo labore, ac dispē dio: nā ideo sedem inter Rama & Bethel elegisse videtur, vt esset in medio, ac velut in promptu, ne litigantes moram facerent, & expensas. Quo consilio iudicia olim in portis ciuitatū exercita legimus: iuxta illud: *Nobilis in portis vir eius cū sederit cū senatoribus terræ* Prouerbiorū c. 31. n. 23. vbi Hieron. *Veteres in portis sedere ad iudicandū solebant, vt venientes ad ciuitatē aliunde paratum continuo responsū iudicantis acciperēt nec rursum pacem vrbis intrinsecus frequens litigantium conuersia fœdaret &c.* Et ad illa verba. *Odio habuerunt corripientem in porta* Amos cap. 5. nu. 10. *Vt nec agricola ad causam veniens frequentia ciuitatis, & nouo terreretur aspectu nec urbis habitator longe ab vrbe properaret, & subiectionē quæreret iumētorū &c.* Sic etiā Samuel *Ibat per singulos annos circumiens Bethel, & Galgala,*

Iudices sint prompti non morosi

Pro. 31 n. 23.

Iudicia in portis ciuitatum exercita,

Litigātiū turba vrbē fœdat.

Amos 5. n. 10.

Iudices litigantium vitent expensas.

la. & Maspbat, & iudicabat Israelem in supradictis locis 1. Regum cap. 7 n. 16. Abulensis q. 33. *Releuabat eos a magnitudine expensarum, quas facerent si venirent ad ipsum &c.* Hoc tamen Deboram non decebat, & quia fœmina erat, cui nefas huc illuc discurrere: Et quia ex officio Iudex non erat, vt supra diximus; quo sensu intelligendus est Diuus Thomas in 4. d. 25. q. 2 art. 1. cum ait eã temporalibus præfuisse.

Abul. q. 33.

Fœminas dedecet discurrere

D Th.

Illud etiam notandum in Debora iudice, quod lites dirimeret, non sereret, non protraheret: *Quod illi faciunt, qui,* Vt ait Seneca, *prætium captant ex litium numero, vel mora, cum magno reipublicæ detrimẽto.* Vnde Cinæus, idest Iethro, dicitur a Saule fecisse Misericordiam, seu beneficium filijs Israel. *Tu enim fecisti Misericordiam cum omnibus filijs, Israel, cum ascenderent de Ægypto* 1. Regum cap. 15. n 6. Quod Moysi in deserto. Exodi. 1. 6. fuerit autor, vt plures crearet Iudices, quorũ dexteritate nec causæ diutius traherentur, nec populus tandiu expectaret litium nexibus implicatus. *Quod erat,* vt ibi explicat Abulensis q. 16 *Ad velocem totius populi intentum &c.* Itàq; magnæ misericordiæ, ac beneficij fuit præfixisse modũ finemque litigijs, quibus populus immorabatur, & immoriebatur Nam Dauid Iudicũ portas, portas mortis appellat. *Qui exaltas me de portis mortis* psalm. 9. nu. 13 idest, *litium* quæ exercebantur in portis, vt diximus, vel *iudicium iniquorum*, vt Remigius explicat. Qui enim versantur in litibus, in portis mortis, inferorumque versari videntur. Quare Christus Dominus suadet *Ei qui vult tecum Iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium* Matthæi cap 5. n. 4, Quasi diceret· Ne te liti admisceas, vel tunicã perdere lucrum est. Et Abraham bonis omnibus cedere mauult, quam cum Loth lite contendere, *Docens,* inquit Chrisostomus. *Non tam præsentes, sed posteros etiam omnes nunquam cum proximis litigandum &c. Ne quæso sit iurgiũ inter me, & te; ecce vniuersa terra coram te est* Geneseos cap. 13. n. 9. Ambrosius 2 de Abraham cap. 6. *Hoc est si non potes conuenire, cedo omnibus, totum cape si de loco. aut possessione dissentio est &c.* Nam vt idem ait 2. de officjis cap. 21. *Dispẽdio litis carere, non mediocre lucrum est &c,*

II

Ambitiosi iudices protrahunt lites.

Sen. c.

1. Reg. 15. 6.

Maxima misericordia lites cito dirimere

Abul. q. 16.

Litium protractio litigantes necat.

Ps. 9. n. 13.

Iudicum portæ portæ mortis.

Remig.

Litigãtes in inferno versantur.

Matth. 5. 4.

Melius tunicam perdere quã litigare

Chrysost.

Geneseos 13. n. 9.

Ambr. 2. de Abr. 61.

Grande lucrum litis dispendio carere.

Et

11 Et Diuus Paulus scribit ad Corinthios satius esse damnum, aut iniuriam pati quam litem. *Omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem,* hoc est, *damnum, patimini?* 1. ad Corinthios cap. 6. n. 7 Diuus Anselmus idest *acceptabilem, & gratam habetis, quam vt pacem cum fratre litigando dissipetis. Nam,* vt ait Cassiodorus 11. Variarū 8. *Si quæritis lucra, vitate potius damnosa litigia &c.* Præsertim in lege gratiæ, & veritatis, de qua illud: *Conflabunt gladios suos in vomeres; nec exercebuntur vltra ad prælium,* Isaiæ cap. 2. n. 4 vbi Vgo. *Prophetia est de destructione litium, & causarum aduocatorum, & legis latorum, qui non quærunt nisi lites, & bella &c.* Vnde Christus Dominus a litibus semper abhorruit: *Quis me constituit iudicem super vos* Lucæ c. 12. n. 14. vbi illud Ambrosij. *Nec iudex esse dignatur litium, & arbiter facultatum.* Vt iam supra attigimus. Et cum adultera apud ipsum accusaretur *Inclinans se deorsum digito scribebat in terra* Ioannes cap. 8. n. 6 Idem Ambrosius Epistola 52. *Vide diuina mysteria, & clementiam Christi cum accusatur mulier, caput Christus inclinat, eleuat, vbi deficit accusator, ita nullum damnari vult absolui omnes &c.*

Melius iniuriam pati, quam litem.

1. Corint 6. n. 7. Anselm.

Cassiod. 11. var. 8.

Isai. 2. 4. Lites bella intestina. *Hug.*

Luc. 12. n. 14. Ambr. Christus a litibus semper abhorruit.

Ioan 8. 6 Ambros. Epist. 52.

Caput inclinat Christus ne videat accusatorem.

Quæ misit, & vocauit Barac filium Abinoem.

Versus 6 & 7.

1 Barac Deboræ filium putauit Ambrosius libro citato de viduis. *Quanta viduæ fortitudo, quæ a periculis filium, nec materno reuocat affectu &c.* Alij Deboræ patrē qui non expectauerit, vt filia adueniret. Quemadmodum Iacob, qui audiens Ioseph. filium viuere Geneseos capite 45. num. 26. *Non expectauit,* inquit, Ambrosius, *vt filius ad se veniret, sed ipse magis perrexit ad filium, pietati enim mensura ordinis non præponderat &c.* Rupertus, Hugo, & alij apud Abulensem q 6 eūdem cum Lapidoth esse contendunt, nominum significatione decepti, quia vt ait Rupertus cap. 4. *Antequam vlcisceretur Israel, quasi fulgur splendebat in populo meritis scilicet, & prærogatiuis operum &c.* Probabilis sententia sed Hieronymo displicet, quod aliud scriptura cō

Matres filios aperi culis gloriosis non amoueāt.

Gen. 45. 26. Ambr. Vincit affectus paternā dignitatem. *Hugo. Abul. q. 6*

Rupert. c. 4.

memorat. Alius igitur Lapidoth Deboræ coniux; alius Barac, cui ipsa principatũ obtulit, neque enim solebant prophetæ principatũ consanguineis, filijsue deferre, vt notum est de Moyse, ac Samuele, de quibus Hieronym. 1. aduersus Iouinianum: *Legimus Moysem, & Samuelem filijs alios prætulisse: nec putasse liberos, quos videbant Domino displicere &c.*

Prophetæ principatũ consanguineis non deferebãt.

Hieron.

Præcepit tibi Dominus uade, & duc exercitum in montem.

2

THabor. Nõ ait, *reuelauit mihi Dominus, sed præcepit tibi*, vt elationis speciẽ fugeret: nec prophetiæ donum, quo victoriam præuiderat, iactare videretur. Quemadmodũ Diuus Paulus, qui nauigans in Italiam cum spiritu prophetico imminentem videret tempestatem, ità loquutus est, quasi id conijceret, non prophetaret. *Video*, inquit, *quoniam cum iniuria, & multo damno, non solum oneris, & nauis: sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio.* Actorum cap. 27. n. 10. Vbi Chrysostomus. *Vide quam alienus est á fastu, ne videatur prophetizare, sed quasi á coniectura diceret. Video inquit; &c.*

Fugienda est vel leuis superbiæ occasio.

Act. 27. 10.

Chrysost.

3

Secundo ne fæmina viro, præsertim si coniux erat quod probabile diximus, præcipere videretur. Nam tum demum imperare matrona censetur, cum viro paret, iuxta illud apud Lorinum in 1. Petri cap 3. *Casta ad virum matrona parendo imperat &c.* Cuius potestas viri potestatem supra caput habere, vt loquitur Diuus Paulus 1. ad Corinthios cap. 11. nu. 10. Qua de re supra egimus cap. 1. n. 14. Neque enim respexit Debora prophetiæ suæ, sed coniugis dignitatem, vt videre est in Virgine Beatissima. Quanta enim illius dignitas, quæ potuit ipsi Deo, qui ei se subdidit, imperare, ac veluti principari, iuxta illud Diui Bernardi homilia 1. Super missus est. *Quod Deus fæminæ obtemperet, humilitas absque exemplo; & quod Deo fæmina principetur, sublimitas sine socio &c.* Quæ tamen Deo principabatur, suo se coniugi adeo nõ præferebat, vt quo illum reuereretur, Matris Dei non respiceret dignitatem, de qua illud Augustini sermone 63, *Nec se marito, nec in ordine nominis præferebat, vt diceret;*

Fæmina non debet imperare viro.

Lorin. Petri 1. cap. 3.

Tum mulier imperat, cum viro paret.

1. Corint. 11. n. 10.

Mors Dei humilitas quod fæminæ pareret.

Bern. ho. 1.

Sublimitas Mariæ quod Deo imperet.

Humilitas Mariæ Iosephum sibi præferentis.

ego

ego, & pater tuus; sed pater tuus, inquit, & ego non attendit sui vteri dignitatem sed attendit ordinem coniugalem &c.

4 Tertio vt Barac, qui ad opus arduum vocabatur, audito Dei nomine facilius obtemperaret: nec fæminã sed Deum per fæminam præcipientem intelligeret, neque amplius dubitaret, curiosius ve inquireret. Cũ Isaac immolandus ad montem pergeret, curiose cæpit inquirere: *Ecce ignis & ligna: vbi est victima holocausti? cui pater. Deus, inquit, prouidebit.* Geneseos cap. 22. n. 8. Chrisostomus, *Simul atq; audiuit Deũ nihil postea loquutus est, nec amplius erat curiosus &c. Sic veré credentes,* addit Lippomanus *non inquirunt, quid sit, quod præcipitur, & qua ratione : abunde eis sufficit, quia sic Dominus voluit, sic mandauit &c.* Durum plane videretur, atque ab omni ratione alienum, vt Barac cum paucis millibus infinitas Sisaræ copias aggrederetur, sed Deboræ visum satis dicere, præceptũ Domini esse, vt omnis illa defficultas complanaretur. Obsidebat Nabucdonosor Hierusalem, & Hieremias custodiebatur in carcere. Ecce tibi ad eum Hananael patruelis illius. *Poßide,* inquit, *agrum meum. qui est in Anatch. quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es, vt possideas. Intellexi autem, quod verbum Domini esset.* Hieremiæ cap. 32. nu. 8. Hieronymus. *Durum quod erat. & prope in cõsequens, risuque dignum eum, qui iam, iam que capiendam prophetabat Ierusalem, & omnes ducẽdos esse captiuos, agrum in Anatoth emere, quem non erat possessurus, sed intellexit, inquit verbũ Domini esse &c.* Et infra, *Quã quam statim esset possessio relinquenda, imo emenda posteris, & ab eo emendas qui filios non habebat; tamen obediens imperio Domini, omnia rite celebrat &c.* Satis enim prophætæ fuit audire verbum, aut præceptũ Domini esse, & quod durum, & in consequens humano iuditio videbatur facile, & consequens esset obedientiæ Ita Barac audito Domini præcepto, facile redderetur, quod maius, quam pro humanis viribus videbatur. Id circo veró iubetur tollere secum decem tantum millia pugnatorum aduersus Sisaram, cui supra trecenta millia (autore Iosepho) ut Deo tãtum victoria adscriberetur. Ita Abulẽsis quæstione 9.

Vera obedientia nõ inquirit curiose.

Gen. 22. 8

Chrysost.

Lippom.

Fides non sit curiosa

Deo obtẽperandũ vel in manifestis periculis.

Defficilia temnit obedientia.

Sub Dei iussu tuti pericula aggredimur.

Hierem. 32. 8.

Hieronim.

Satis vnũ verbum ad veros obediẽtes.

Abul. q. 9

Dixitque ad eam Barac, si venis mecum vadam, si nolueris venire mecum, nō pergam.

Versus 8. & 9.

1 Septuag. SEptuaginta addūt: *Quoniam nescio diem, in qua prosperat Dominus angelum mecum* idest, vt Explicat Augustinus q. 26, *Facit mecum prospera per angelum*; ita etiam Ambrosius, & Origenes hom. 4. Non dixit hæc Barac ex metu, aut ex imbecillitate fidei: cum ab hac illum cōmendet Apostolus ad Hebræos c. 11. n. 32. Sed vel ex humilitate, qua se tantæ rei gerendæ imparem agnoscebat: vel vt hoc loquendi artificio Deborā ad secum cundum promoueret. Ambrosius *Quanta ergo feminæ istius virtus, cui dux dicit exercitus: nisi tu veneris, non ibo &c.* Volebat igitur Deboram comitem, non pompæ causa, vel ambitionis: quemadmodum Saul, cum ad Samuelem. *Peccaui*, inquit, *sed nūc bonora me coram senioribus populi mei, & corā Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominū Deū tuū*, 1. Reg. c 15. nu. 30.

August. q. 16. Ambr. Origen. hom. 4. Hebr. 11. n. 32. Humilitas res magnas timet. Ambr. Sunt qui præsidia sanctorum sibi in societatem. 1. Reg. 15. 30.

Dequo Rupert. 4 de victoria verbi c. 16. *Homo quippe secularis animi: totusque deditus ambitioni, etiam ad adorandum Dominū pompaticé solitus ingredi, hoc dolebat, si in tempore tali, in tanti triumphi festiuitate, tantus propheta sese subtraheret eius comitatui &c.* Non ambitionis, inquam, sed præsidij causa Deboram voluit comitem: cuius vnius orationibus, ac virtute munitus hostium multitudinem non timeret: nam, vt ait Augustinus sermone 228. de tempore loquens de Iudith *Vbi assiduis precibus pulsatur Cælum, potentia semper calcatur armorum. Ecce gloriosæ feminæ castitatem seruauit oratio, & hostem seruare non potuit multitudo. lugentem ciuitatem vna famina voluit vendicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire &c.*

Rupert. Maximū auxilium vnum iustum comitem habere. Aug. serm 228. de temp. Orationis vis in arma hostilia. Oratio castitatem custodit.

2 Sane, vnius in viri Sancti precibus, ac virtute, vt iam ostendimus cap. 1. nu. 1. Magni instar exercitus est, magnæ instar, & vrbis, quod etiam significat Diuus Paulus cum profectus est Hierusalem, vt Diuum Petrum velut magnam aliquam vrbem propugnaculūq; videret. *Post annos tres veni Hierosolimā videre Petrū* Ad Galatas c. 1. n. 18. vbi Chris.

Vnius iusti oratio exercitus instar est. Galat. c. 1. n. 18.

non

non dixit, idin, id eſt vt cernerem Petrum: ſed gitoriçe, ideſt, vt viderem, quomodo loqui ſolent, qui magnas, ac ſplendidas vrbes inuiſunt, &c. Inde anima illa vrbi confertur, cum decora dicitur ſicut Hieruſalem. Canticorum cap 6. [illegible] Et è cõtra, Ioſia extincto, Hieruſalem, quamuis alioqui plena populo eſſet, ſola dicitur. *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo.* Threnorum cap. 1. n. 1. Quaſi vrbs non eſſet in vrbe, vno Sancto rege amiſſo, vt ſignificatur 2. Paralip. cap, 35. n. 25. Satis ergo munitus, ac velut plurimus ſibi videbatur, qui vnam Deboram, atque adeo Deum ad ſe ſtantem, comitemque habebat. Ideo plures copias auxiliares nõ requiſiuit, nam, vt ait Ambroſius lib. 2. de Iacob cap. 7. *Nihil aliud quærit perfectus, niſi ſolum, & præclarum bonum. Vnde dixit, Vnã petij à Domino hanc requiram* pſalmo 26. *Neque vero eum tanquam anguſtum, inopemque faſtidias, quia vnius hominis velut ſalutari ſocietate contentus ſit: huius enim amicitia circundatus plurimus erit &c.*

Inſtar ſplendidæ vrbis.

Cant. 6. 3

Thren. 1. n. 1.

Amiſſo vno iuſto ciuitas velut deſerta manet.

Amb.

Pſ. 26.

Quanti facienda vnius iuſti ſocietas

3

Multum prodeſt Sãctorum ſocietas ad declinãda pericula.

Docet hic locus quantũ proſit Sanctorum ſocietas ad pericula declinanda, vide acta Apoſtolorum cap. 27. num. 44. vbi omnes, qui vna cum Paulo naui vehebantur é naufragio incolumes euaſerunt: & ibi Chriſoſtomus homilia 53. *Retineamus apud nos Sanctos, nec erit tempeſtas, erit ſerenitas, ac tranquillitas Quoniam vidua illa 4. Regum cap. 4. Sanctum hoſpitio habebat, etiã filij eius mors ſoluta eſt, & rediuiuum accepit, vbi pedes Sanctorum ingrediuntur, nihil erit quod contriſtet, &c.* Niſi illorum abſentia. Inde enim eſt, quod Eliſeus rapto Elia apprehendit veſtimenta, & ſcidit illa in duas partes 4. Regum cap. 2. n. 12. Quod in morte plerũque fieri conſueuerat Abulenſis q. 20, *Elias quanquam non moriebatur, tamen nunquã redditurus erat ad communicationem hominum, ideo de eius abſentia ſicut de morte dolere poterat &c.* Adeo Sancti viri ſocietas charior illi vita erat. Vnde etiã Petrus ne Chriſti ſocietatem negare videretur, vt Ambroſius mitius interpretatur, ait *O homo nõ ſum* Lucæ cap. 22. n. 58. *Maluit videlicet ſe negare, quam Chriſtum, aut quia videbatur negare Chriſti ſocietatem, vtique ſe negauit &c.* Econtra vero cum Pharao Moyſem a ſe eieciſſet; *Recede,* inquit, *a me, & caue ne vltra videas faciẽ meam.*

Act. 27. n. 44.

Chryſoſt. hom. 53.

4. Reg. c. 4.

Nihil triſte vbi Sãctus ingreditur.

Abul q. 20.

De Sancti abſentia tanquam de morte dolendũ.

Negat ſe Petrus, ne Chriſtum neget.

Ambroſ.

Qui negat Chriſtum, ſe negat

Exod. 10. n. 28.

meam. Exodi cap. 10. n. 28. tunc mortuis primogenitis, vltima in Ægyptum plaga desæuijt. Brixianus. *Obseruatum demum impios conse qui supremum interitum cum à se viros Sanctos eiecerint.* De his infra.

Brix. Eiectis sanctis intereũt impij.

Quae dixit ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi.

4

Maxime deformat vel leuis mora in obediẽdo

QVia Barac in obediendo aliquantisper cunctatus fuerat, dum Deboræ comitatum, præsentiamq; efflagitat, dũ cõditiones nectit, ac morulas, & sui nominis gloriã minuit, & victoriæ pulchritudinem deflorauit. Vnde in Chaldeo, & in Hebræo legitur. *Vere tamen non erit gloria tua in uia, qua graderis &c.* Siue vt est apud Abulensẽ q. 11. *Nõ erit pulchritudo tua super iter, quo vadis &c.* Et Cassiodorus ca. 2. *Non erit primatus tuus in via qua incedis &c.* Fœmina enim victoriæ gloriam, seu vt est apud septuaginta. *Primas occupauit.* Vnde Hieronymus ad Principiam. *Si Barac ire ad prælium voluisset, Debora de hostibus nõ triumphasset. &c.* Et vt loquitur Ambrosius, *Barac quidem producit exercitum, sed Iahel capit triũphũ &c.* Quẽ tamen integrum caperet, si promptius obedisset. Obedientia enim, vt ait Laurentius Iustin. de ligno vitæ c. 3. *Facit hominem triũphare &c.* Et idem Diuus Hieronym in [illegible] 43. tribuit triũphũ Iosue, cuius victoriæ sol, & luna famulabantur. *Iosue solus imperat soli & lunæ, & stat: homo iubet, & cælum audit, audit illum Cælum, quia ipse audiebat Dominum &c.* Itaque Barac dum segnius obtemperat, & victoriæ decus amittit & nominis celebritatẽ, quæ tamen obediendo magis augetur. Inde Abrahã dum Deo paret, maiorem etiam apud homines gloriã parat. *Princeps Dei,* inquiunt filij Heth, *es apud nos.* Geneseos cap. 23. n. 6. Abulensis. *Quando filium suum voluit immolare, pro tanta obediẽtia, Deus fecit, vt omnes gentes in circuitu cognoscerent famam eius, & crederent eum Dei familiarem &c.* Obedientia omnes, sed præcipue seniores nobilitat. Vnde Emiss. hom. 3. ad Monachos. *Nullus senior tã doctus appareat, vt putet, quod eũ nõ deceat obediẽtia quæ Deũ decuit humilitas enim, atq; obediẽtia in iunioribus adhuc necessitas, in senioribus vero dignitas &c.* Quia vero Barac senior segnius obediuit

Abul. q. 11.

Cassio. c. 2.

Triumphum jadimit leuis in obedientia mora.

Amb.

Laurent. Iustin.

Obedientia facit hominẽ triũphare.

Omnia obediunt Deo obedientibus

Nomen per obedientiam augetur.

Genes. 23. 6.

Abul.

Obedientia nobilitat, præcipue seniores

Emiss.

Obedientia iunioribus necessitas, senioribus dignitas.

uit,&dignitatem suam emi nuit;& ad fœminam transtulit,nam Debora vt loquitur Iosephus lib,5. Antiquitatum cap. 9 irata dixit, *Tu cedis mulieri dignitatem,ego vero non refutabo.*

Ioseph. 5 anti. c. 7.

5

Dicit præterea non reputandam illi victoriá, ac si illam adeptus non fuerit. Quia quæ minus obedienter fiunt,quasi non fuerint reputantur:in numero tantum & honore habentur; quæ præscribit obedientia Ideo de Saul dicitur: *Ædificauit Saul altare Domino: tuncque primum cæpit ædificare altare Domino.* 1. Regum cap. 14 nu. 30. cum ante legatur ædificasse altare Domino,& obtulisse holocaustum cap. 13. n 9. cur hic dicitur: *Tūc cæpit ædificare altare Domino.* Hieronymus in quæstionibus Hebraicis. *Quia inobedienter illud ædificauit,non Domino ædificaße intelligitur;hic autem,quia obedienter,& recte illud ædificauit, Domino ædificaße perhibetur &c.* Itaque Barac victoria non adscribitur, quia propriá admiscuit volūtaté. Nā,vt ait Bern. serm 71. in Cāt. afferens illud. *In die bonorū tuorū inueniuntur volūtates tuæ.* Et Isai. c. 58, *Grāde malū propria volūtas qua fit, vt bona tua,tibi bona non sint &c.*

Quæ minus obedienter fiunt, non fiunt,

1. Reg. 14 30.

Hieron.

Ber. in cāt ser. 71.

Propria voluntate bona nulli prosunt.

Septuaginta vbi vulgatus (*victoria non reputabitur tibi*) legunt: *non erit. Proterima*, idest, *Non erit tibi felix successus*: Quæ enim ex obedientiæ præscripto non fiunt exitus plerumque habent infelices. Vnde cum filij Israel verticem montis ascenderent, pugnaturi aduersum Amalicitam, & Chananæum, statim fusi, fugatique terga verterunt: Causam reddit Moyses. *Cur* inquit, *transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum.* Numerorum cap. 14 n. 42. Itaque quia contra præceptū atq; inuiso Deo ascenderant, infelici marte pugnarūt: sic & pulcherrima illa victoria, quam Ionathas, Deo auspice, adeptus fuerat 1. Reg. c. 14. fœdata est ipsius inobedientia, qua & fauū comedit,& patrē imprudētiæ cōdēnauit. *Turbauit*, inquit, *pater meus terrā* n. 29. *Peccauit enim*. inquit, Caiet. *audito mādato regio, probādo factū propriæ comeßionis, arguēs patrē, qui præceperat, &c.* Sed neq. Deus postea cōsultus respōdit,& ipse in mortis discrimē adductus est: ita palmæ illius decus infelici exitu fœdatū est, vt ferme loquitur Ioseph, Saul ipse rex totius Israelis votis

6 Sept.

Quæ extra obedientiam fiunt, infeliciter exeunt.

Numer. 14. n. 42.

1. Reg. 14

Inobediētia præclara victoria fœdata.

Caiet.

1.Reg.16 14. Quæ a Deo importune extorque avis male eueniunt.

[a] Deo expetitus, quã in feliciter regnauit. *Spiritus Domini recessit a Saule & exagitabat eũ spiritus nequã* 1. Reg.c.16 n 14 Rupertus c.10. *Grandis pæna regis, grandis confusio populi, qui contra Dei voluntatem regẽ postulauit: & si cætera desint exempla iudicij, & veritatis, vel hoc solum pro testimonio sufficere poterit, quod nunquam ad bonum statum sui finem perueniat omnis plantatio, quam non plantauit Pater Cælestis &c.* Ita parum succedit, quod infelicitat inobedientia. Cũ discipuli post resurrectionem á Christo non missi piscatum iuissent, nocte illa nihil prendiderunt Ioannes ca. 21. n. 3. *Quia*, vt ibi aduertit Maldonatus, *quod ex obediẽtia fit, prospere fit, quod contra obedientiam proprio iuditio, propria fit voluntate successum non habet &c.*

Ioann.21. 3. Mald. Quod ex obediẽtia fit prospere fit, & e contra.

Qui accitis Zabulon, & Nepthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum.

Versus 1.

10. Abul.q. 10.

CVr has potius tribus acciuerit, cum aliæ essent bellicosiores, causam reddit Abulensis q. 10. *Quia volebat Deus huiusmodi bellum cito fieri, ac milites quam primũ armare, ne Sisara imparatos opprimeret; Zabulon vero & Nepthali propriores erant monti Thabor, ad quem prælium ineundum erat vel ideo accitæ, quia erant ignobiliores, quo victoria nobilior esset, Deoque attribueretur, qui per ignobilia superba confundit. Vnde etiam Christus Dominus Euãgelij quasi prælium initurus, milites, seu discipulos ex his tribubus euocauit. Erat autem Philippus à Bethsaida; hæc erat in tribu Nepthali ciuitate Andreæ, & Petri.* Ioannes cap. 1. n. 44. *Voluit enim Christus*, vt ex Chrisostomo, & Euthymio refert idem Maldonatus, *Ex illa potissimum ciuitate primos Apostolos vocare, quæ maxime barbara & ignobilis erat, vt contemptibilia mundi eligeret, vt fortia confunderet &c.* Velut significaretur quanta apostolorum fides fuerit, qui cum ex ea essent ciuitate vbi incredulitas maxime regnabat primi omnium Christum secuti fuerint; vt aduertit Rupertus. *Hoc opus diuinam maxime commendat gratiam, quod de ciuitate peccatrice tres isti vocati sunt magni patres iustorum, atque credentium.*

Per ignobilia Deus superba confũdit.

De quibus tribubus Apostoli.

Ioan. 1. n 44.

Mald.

Per contẽptibilia fortia cõfundit Deus.

Rupert. Maxima laus ex peccatrice terra optimũ euadere.

Harum tribuum expresse meminit Matthæus cap. 4. adducens testimonium Isaiæ

2 Matth.

Isaiæ. *Terra Zabulon, & terra Nepthali via maris &c.* vbi Hieronimus. *Hi primi audiuere Dominum prædicātem, vt vbi Israelis fuerat ab Aßirijs prima captiuitas, ibi redemptoris præconium nasceretur &c.* Nam vt loquitur Imperfectus. *Hæ tribus ante omnes transmigratæ sunt in Babyloniam: conuenientes ergo, quos ante omnes ira Dei percußit primum Dei misericordia visitauit &c.* Propterea Isaias ait. *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nepthali, & nouißimò aggrauata est via maris* cap. 9. n. 1. Alleuiata, scilicet, vel *à peßimis habitatoribus*, vt Hugo interpretatur; vel *ab onere peccatorū*, vt explicat Emissenus in festo Sancti Andreæ, suorum pondere peccatorum terra Zabulō, & Nepthali alleuiata est &c. & Lyranus. *Quia captiuitas malis hominibus alleuiata est, Christi doctrina, & prædicatione pænitentiæ, cuius vox ibi primum audita.* Sed cur omisit Euangelista partes illas præcipuas, apud Isaiam primo tempore alleuiata est terra, & nouissimo aggrauata? Rupertus. *Videlicet quia non erat hoc in intentione, seu voluntate prædicantis, & euangelizantis, vt primo tempore alleuiata terra illa, nouißimo aggrauaretur. Idest vt præsentis Domini prædicatione, & miraculis illustrata Iudæa, tandem aßumpti in Cælum repeteret Euangeliū & vitæ æternæ indignam se iudicaret, &c.* Et infra. *Hoc solum erat in intentione prædicantis, illuminare &c.* Hoc est alleuare cunctos, grauare neminē quanuis illud: *aggrauata est*; aliū sensum habere possit, idest, vt legitur in Hebræo: *Honorata est via maris, seu glorificata.* Nam cum antea illa regio, nec gloria rei militaris, nec nobilitate sanguinis, nec scientia, aut vllis artibus clara esset: nouissimis temporibus illustrata fuit habitatione, consuetudine, doctrina, & miraculis Christi Domini, vt videre licet apud Foreir. Atque ideo tā honorifice nominatur. Nā vt loquitur idem Rupertus *Nonnihil pertinuit ad felicitatē nuntij tam boni, nominare locum vnde primum auditum fuerit, quod omnes Sancti tanta expectabant attentione &c.* Et Procopius in Isaiam. *Regionem enim, a qua cæpisset euangelij prædicatio, nominari decebat &c*

Vel ideo accitæ potius hæ tribus, quam aliæ, quia integre atque sponte belli discrimini se deuouerunt: vt dicitur cap. 5. n. 18. Qua in re Apostolos etiam adumbrarunt, de quibus septuaginta

[Marginalia: Hieron. — Vbi prima captiuitas ibi redemptionis initiū. — Imperf. — Isai. 9. 1. — Hugo. — Emis. — Lyran. — Christi prædica tio leuat. — Rupert. — Christi prædicantis intentio illuminare. — Prædicati Christi ciuitates glorificat. — Rup. — Dignus nomine locus vbi prædicationi initium — Procop. — Iud. 5. n. 18.]

Alienum consilium nemo dedignatur.

suasor qui cũ esset vas electionis diuinæ, consortium consilij non dedignabatur alieni; ne alterum fructu voluntatis propriæ defraudaret, &c.

5 Voluntarij milites fortiores. *Lor. ps. 50*

Tandẽ quia volũtarij milites fortiores: Noti enim volones, & in Romana militia apud Lor. in ps. 50. Ideo Barac Dei monitu paucos elegit volũtarios, quos hostili obiiciat multitudini. Sic & Abraham aduersus infinitam barbarorum multitudinem numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo Gen. ca. 14. n. 14. nẽpe, vt vltionem sponte, & beneuole facerẽt quẽadmodũ Chrisostomus loquitur.

Genes. 14 n. 14. Chrysost.

Habor autem Cinæus recesserat quondam á cæteris Cinæis fratribus suis, filij Hobab cognati Moysi.

Versus 11.

1

FVerit ne hic Hobab cognatus, idest affinis, Moysi, Iethro ipse, an vero illius filius, quẽ Moyses in societatem itineris hortabatur Num. c. 11. n. 29 vide ibi apud Corneliũ. Cinæi huius filij, vt supra vidimus c. 1. n 16. ascẽderũt de ciuitate palmarũ cũ filijs Iudæ in desertũ sortis eius. Inde Habor, de quo hic: tabernacula trãstulit, tetẽditq; in valle iuxta Cades, seu vt latius habitaret cui magna familia erat, seu vt à suis etiã fratribus procul recederet homo turbæ fugitans, solitudinis amans. Ita Moyses *Tollens tabernaculum tetendit extra castra procul*, Exod. c. 33. n. 7. Proc. in 7. Isai. *Humanis enim se rebus eripiens, tentoriũ suũ fixit extra castra, idest vitã suã firmam & perturbationibus vacuam reddidit &c.* Hinc Rechabitæ, quia à Cinæis ducunt originem, vt patet 1. Paral. c. 2. n 25. Semper in tabernaculis habitabant, quẽadmodũ illis præceperat Ionadab filius Rechab, Ierem c. 35. Nõ quod iste *Rechab*, vt Auctor est Abul. 1. Paral. ca. 2. q 21. *instituerit aliquã spiritualem obseruãtiam, sed filius eius primus Nadab, propter honorẽ patris tamẽ voluit potius Ionadab sequaces suos appellare ex nomine patris sui, quã ex suo, ideo Rechabitas eos vocauit, &c.* Hic igitur Ionadab maiorum, hoc est Cinæorũ, secutus exemplum præcepit filijs in hunc modum. *Domũ non ædificabitis, & sementem nõ seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habe-*

Num. 11. 24. Cornel.

Solitudinis amatores, animũ curis liberum gerũt. *Exod. 33. n 7. Procop. in 7. Isai.*

1. Paral. 2. 25. Rechabitæ semper in tabernaculis habitabant. *Abul. 1. Par. 2. q. 21.* Filij plus patres in qua succõsulant nomini.

sem voluit sepiliri (in valle terræ Moab contra Phogor.: Deuteronomij cap. 34.n.6 Quia in hac valle Phogor, idest, turpitudinis Deum coluerant Hebræi fornicantes cum Moabitidis Numerorum cap. 25. vt ergo aptam huic vulneri medicinam faceret Deus, voluit ibi sepeliri Moysem vt mortis memoria, & sepulturæ præsentia à carnis illecebris, & voluptatibus auocarentur. Ita Cornelius ibidem. Idem dicendum de amore diuitiarum. Quis enim puluerem se cogitans diuitias amet, vel magni æstimet? *Loquar*, inquit, Abraham, *ad Dominum meum, cum sim pulũis, & cinis* Geneseos cap. 18. n. 27. Diuus Gregorius. *Quid diuitias suas æstimabat, qui se ipsum puluerem, cineremque putabat &c.* Et alibi *Aduena sum, & peregrinus apud vos, date mihi ius sepulchri vobiscum.* Geneseos cap. 23. nu. 4 Diuus Chrysostomus. *Qui solo intuitu mortis, terram possidebat, parum illi viuendo adhærebat &c.* Vide eundẽ Chrysostomum sermone de fide, & lege naturæ, vbi refert consuetudinem antiquorum, qui ante portas ciuitatis, sepulturas statuebãt velut scholas, quibus opes, atque honores contemnere docerentur. *Vt contendens,* inquit, *intrare in ciuitatem, qua imperat, & floret diuitijs, & potentia, alijsque dignitatibus, priusquam videat, quod secum cõcipit: videat primum quod sit, ante portas sunt sepulchra: vbique ante oculos est nostræ humilitatis schola, & docemur in quid desinemus tandem &c.* Non mirum ergo, si Cinæi à diuitijs, & voluptatibus adeo abhorrent, quibus mors ante oculos versabatur; ideo enim in tabernaculis morabantur, vt se faterẽtur hospites super terram, vt illi ad Hebræos cap. 11. Hospes enim dicitur ille, qui statim recedit, nec diu manere quærit. Diuus Anselmus. *Per hoc, quod se fatebantur hospites apparet quia credebant, se cito recessuros, & horam mortis quotidie suspectam habebant &c.* Quod etiam a suis discipulis Christus exigebat. *Qui nõ accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* Matthæi cap. 16 n. 38. Chrysostomus homilia 5 ad populum. *Hoc dicebat, non vt lignum super humeros feramus, sed vt mortem sẽper ante oculos habeamus.*

Deut. 34. 6.

Numer. 25.

Mortis memoria medicina voluptatũ Cornel.

Diuitiarũ amor mortis memoria perit. Gregor.

Gen. 23. n. 4.

Chrisost. Antiquorum sepulchra ad portas ciuitatis.

Sepulturæ scholæ contẽptus

Hebr. 11.

Ansel.

Mortis memoriã Christus commendat.

Math. 16 38.

3

Secundo habitabant in tabernaculis, quæ temporaria sunt, & mutabilia, vt vitæ instabilitatem, vel sphæricam

Vita nostra instabilis vt sphæra.

Isai. 38.
Ferer.

Tota in vicissitudinibus consistit.
Chrysost.

ricam indicarent. Qualis significatur illis verbis supra allatis. *Generatio mea ablata est, & conuoluta, quasi tabernaculum.* Isaiæ cap. 38. Vbi Fererius legit. *Series vitæ meæ recessit; Nam reuolutionem, inquit, quasi sphericam notat: nostra autem vita tota in reuolutionibus, ac vicissitudinibus consistit &c.* Vide etiam Chrisostomum humilia de nomine Abraham, vbi multa de vitæ volubilitate. Deinde tabernaculum, siue tentoriũ, quia plerunque diariũ est, vitæ indicat breuitatem: vnde Pelusiota epistola 65. *Præsens vita tentorium vile est, quod simul atque compactum, ac fixum est, eodem temporis puncto soluitur &c.* Inde Christus orare nos docet, *Panem nostrum super substantialem, seu quotidianum da nobis hodie.* Matthei c. 6. n. 11. Nissenus de oratione, *Vt discas per ea, quæ dicis quod diana, atque quotidiana sit vita humana: id, quod præsens est, cuique proprium dũtaxat est, futuri verò spes in incerto est, &c.* Quare is, qui lõgos sibi promittebat annos arguitur stultitiæ. *Stulte hac nocte &c.* Lucæ cap. 12. n. 20 Ambrosius sermone 64. *Ipsis illis æternis cruciatibus maior est stultitiæ nota: qui enim paulo post erat rapiendus à vita,*

Pelas.
Epist. 95.
Vitæ breuitas.

Mat. 6. n. 11.
Vita humana quæ diaria.

Stultus qui plurimos sibi promittit annos.
Ambr. ser 64.

quæ cogitat? Destruam, inquit, horrea mea &c.

Stultitiæ nota in ser no grauior.

His ergo rationibus adducti Cinæi in tentorijs habitabant, nobiles scilicet diuitiarum contemptores, inter quos Haber, præcipuè nominatur. Cũ tamen scriptura diuitum, & auarorũ nomina soleat præterire. *Nec memor ero nominum illorũ per labia mea;* psalm. 15. nu 4. idest *Per duo testamenta.* Paulinus Epistola 31. *Hac ergo labia pollui noluit nominibus impiorum diuina iustitia, & id circo neque illius diuitis nomen extat, cuius vanitas, & auaritia significatur.* Lucæ cap. 12. & infra. *Neque è tartaro diuitis nomen insigne est, quod non casu prætermissum, edito pauperis nomine intelligimus.* Vide ibi alia exempla. Quæ sequuntur vsque ad numerum 14: faciliora sunt quam vt explicatione egeant.

4

Diuitum, & auarorũ nomina scriptura silet.

Ps. 15. n 4

Paulin.
Epist. 31.

Impiorum nomina labia pollu-unt.

Luc. 12.

Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus eius &c.

Versus 15. 16. & 17.

QVa ratione Deus Sisarã perterruit, *Reddiditq,* I

atto-

attonitum, vt hebræa sonant non satis cōstat. Factum id per emissum diuinitus tempestatem grandine furentē & pluuia, quæ in hostium faciem, oculosque impacta, omnem illis armorum vsū ademerit, scribit Iosephus 5. Antiquitatum cap 9. Ita etiam 1. Reg. c. 7. *Cū Samuel offerret holocaustū, intonuit Dominus fragore magno super Philistim, & exterruit eos.* Vbi Caietanus. *Cerne hic, quantum valeat oratio Prophetæ ad debellandos hostes &c.* Quod similiter existimandum de Debora, *cuius precibus æther militabat*, vt significat Amb. li. de Viduis. Quod verò Cælū grā dinauerit, ideo factū opinor, ne Israelitæ victoriæ laudē sibi tribuerent. Quē admodum Iosue aduersus quinque reges præliante, *Misit Dominus super eos lapides magnos de Cælo, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis &c.* Iosue ca 10. n. 11. Lyranus *Ne filij Israel. Sibi victoriam adscriberent. &c.*

Tempestatibus hostes terret Deus.

Ioseph. 5. ant. c. 9.

1. Reg. c. 7.

Caiet. Oratio debellat hostes.

Orationibus militat æther. *Amb.*

Nos à superbia artificiose arcet Deus. *Iof. 10. 11.* *Lyra.*

2 Iustissima vero pæna, qua impij intus, forisque pauore terrentur, vt omnia tuta timeant: Instar Adami, qui *Cum audisset vocem Domini deambulantis in paradiso, abscondit se.* Geneseos cap. 3. n. 8. Chrys. homilia 8. ad populum, *Vnde cogitauit quod Deus deambulabat? talis est peccatium consuetudo, omnia suspecta habent, vmbras tremunt, omnem spiritum timent, & quemquam putant contra se venire &c.* Vnde Deus: *Dabo*, inquit, *pauorem in cordibus eorum, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium* Leuitici capite 16. num. 36. Ambrosins de Naboth. capite 12. *Toto mundo fugit, qui considerans conscientiam suam metuit deprehendi*, Et alibi. *Vbinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.* Deuteronomij capite 32. num. 26. iuxta Hebræum: *Faciam angulare eos, idest in angulos, latebrasque abscondi.* Caietanus, *Ita vt non audeant in plateis, & publicis comparere, sed in angulis morentur &c*, Quia nimirum vt Paulus supra ait, *Foris vastabit eos gladius, & intus pauor.* vt illi de quibus dictum. *Pro iniquitate vidi tentoria Ethyopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian*, Vbi Hieronymus. *Ostenditur quod metu iudicij æternarumq; pænarū semper in formidine sint, & cruciatus quos sentiunt se mereri pauore quotidiano sustineāt*, Ita vt Iudas, cū sciret Christū inermē, nulloq; Satellitio stipatū in horto: accepit tamē cohor

Peccatores omnia timent. *Gen. 3. 8.*

Vmbras timent.

Leuit. 16. 36. *Ambr.* Pauor peccatoris comes.

Deut. 32. 26. Idem peccatoris pæna. *Caiet.*

D. Paul.

Hieron.

Per pauorem infer ni pænas sustinent peccatores.

Dixitque ad eam Barac, si venis mecum vadam, si nolueris venire mecum, nō pergam.

Versus 8. & 9.

1 Septuag.

SEptuaginta addūt: *Quoniam nescio diem, in qua prosperat Dominus angelum mecum* idest, vt Explicat Augustinus q. 26. *Facit mecum prospera per angelum*; ita etiam Ambrosius, & Origenes hom. 4 Non dixit hæc Barac ex metu, aut ex imbecillitate fidei: cum ab hac illum cōmendet Apostolus ad Hebræos c. 11. n. 32. Sed vel ex humilitate, qua se tantæ rei gerendæ imparem agnoscebat: vel vt hoc loquendi artificio Deborā ad secum eundum promoueret. Ambrosius *Quanta ergo feminæ istius virtus, cui dux dicit exercitus: nisi tu veneris, non ibo &c.* Volebat igitur Deboram comitem, non pompæ causa, vel ambitionis: quemadmodum Saul, cum ad Samuelem. *Peccaui*, inquit, *sed nūc honora me coram senioribus populi mei, & corā Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominū Deū tuū.* 1. Reg. c 15. nu. 30.

August. q 16. Ambr. Origen. hom. 4. Hebr. 11. n. 32. Humilitas res magnas timet Ambr. Sunt qui præsip erbia sanctorum ... [illegible] societatem. 1. Reg. 15 30.

Dequo Rupert. 4 de victoria verbi c. 16. *Homo quippe secularis animi: totusque deditus ambitioni, etiam ad adorandum Dominū pompaticé solitus ingredi, hoc dolebat, si in tempore tali, in tanti triumphi festiuitate, tantus propheta sese subtraheret eius comitatui &c.* Non ambitionis, inquam, sed præsidij causa Deboram voluit comitem: cuius vnius orationibus, ac virtute munitus hostium multitudinem non timeret: nam, vt ait Augustinus sermone 228. de tempore loquens de Iudith *Vbi assiduis precibus pulsatur Cælum, potentia semper calcatur armorum. Ecce gloriosa femina castitatem seruauit oratio, & hostem seruare non potuit multitudo. lugentem ciuitatem vna femina voluit vendicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire &c.*

Rupert. Maximū auxilium vnum iustum comitem habere. Aug. serm 228. de temp. Orationi est vis in arma hostilia. Oratio castitatem custodit.

2 Sane, vnius in viri Sancti precibus, ac virtute, vt iam ostendimus cap. 1. nu. 1. Magni instar exercitus est, magnæ instar, & vrbis, quod etiam significat Diuus Paulus cum profectus est Hierusalem, vt Diuum Petrum velut magnam aliquam vrbem propugnaculūq; videret. *Post annos tres veni Hierosolimā videre Petrū* Ad Galatas c. 1. n. 18. vbi Chrisostomus

Vnius iusti oratio exercitus instar est. Galat. c. 1 n. 18.

non

non dixit, idin, id est vt cernerem Petrum: sed gitorice, idest, vt viderem, quomodo loqui solent, qui magnas, ac splendidas vrbes inuisunt, &c. Inde anima illa vrbi confertur, cum decora dicitur sicut Hierusalem. Canticorum cap 6. [illegible] Et è cõtra, Iosia extincto, Hierusalem, quamuis alioqui plena populo esset, sola dicitur. *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo.* Threnorum cap. 1. n. 1. Quasi vrbs non esset in vrbe, vno Sancto rege amisso, vt significatur 2. Paralip. cap. 35. n. 25. Satis ergo munitus, ac velut plurimus sibi videbatur, qui vnam Deboram, atque adeo Deum ad se stantem, comitemque habebat. Ideo plures copias auxiliares nõ requisiuit, nam, vt ait Ambrosius lib. 1. de Iacob cap. 7. *Nihil aliud quærit perfectus, nisi solum, & præclarum bonum. Vnde dixit, Vnã petij a Domino hanc requiram* psalmo 26. *Neque vero eum tanquam angustum, inopemque fastidias, quia vnius hominis velut salutari societate contentus sit: huius enim amicitia circundatus plurimus erit &c.*

Instar splendidæ vrbis.

Cant. 6. 3

Thren. 1. n. 1.

Amisso vno iusto ciuitas velut deserta manet.

Amb.

Ps. 26.

Quanti facienda vnius iusti societas

3

Multum prodest Sãctorum societas ad declinãda pericula.

Docet hic locus quantũ prosit Sanctorum societas ad pericula declinanda, vide acta Apostolorum cap. 27. num. 44. vbi omnes, qui vna cum Paulo naui vehebantur é naufragio incolumes euaserunt: & ibi Chrisostomus homilia 53. *Retineamus apud nos Sanctos, nec erit tempestas, erit serenitas, ac tranquillitas Quoniam vidua illa* 4. *Regum cap.* 4. *Sanctum hospitio habebat, etiã filij eius mors soluta est, & rediuiuum accepit, vbi pedes Sanctorum ingrediuntur, nihil erit quod contristet, &c.* Nisi illorum absentia. Inde enim est, quod Eliseus rapto Elia apprehendit vestimenta, & scidit illa in duas partes 4. Regum cap. 2. n. 12. Quod in morte plerũque fieri consueuerat Abulensis q. 20, *Elias quanquam non moriebatur, tamen nunquã redditurus erat ad communicationem hominum, ideo de eius absentia sicut de morte dolere poterat &c.* Adeo Sancti viri societas charior illi vita erat. Vnde etiã Petrus ne Christi societatem negare videretur, vt Ambrosius mitius interpretatur, ait *O homo nõ sum* Lucæ cap. 22. n. 58. *Maluit videlicet se negare, quam Christum, aut quia videbatur negare Christi societatem, vtique se negauit &c.* Econtra vero cum Pharao Moysem a se eiecisset; *Recede*, inquit, *a me, & caue ne vltra videas faciẽ meam.*

Act. 27. n. 44.

Chrysost. hom. 53.

4. Reg. 4. 4.

Nihil triste vbi Sãctus ingreditur.

Abul q. 20.

De Sancti absentia tanquam de morte dolendũ.

Negat se Petrus, ne Christum neget.

Ambros.

Qui negat Christum, se negat

meam. Exodi cap. 10. n. 28. tunc mortuis primogenitis, vltima in Ægyptum plaga deſæuijt. Brixianus. *Obſeruatum demum impios conſequi ſupremum interitum cum à ſe viros Sanctos eiecerint.* De his infra.

Exod. 10. n. 28.
Brix.
Fierctis ſancti ctis intereũt impij.

Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi.

4

QVia Barac in obediendo aliquantiſper cunctatus fuerat, dum Deboræ comitatum, præſentiamq; efflagitat, dũ cõditiones nectit, ac morulas, & ſui nominis gloriã minuit, & victoriæ pulchritudinem deflorauit. Vnde in Chaldeo, & in Hebræo legitur. *Vere tamen non erit gloria tua in uia, qua graderis &c.* Siue vt eſt apud Abulenſẽ q. 11. *Nõ erit pulchritudo tua ſuper iter, quo vadis &c.* Et Caſſiodorus ca. 2. *Non erit primatus tuus in via qua incedis &c.* Fæmina enim victoriæ gloriam, ſeu vt eſt apud ſeptuaginta. *Primas occupauit.* Vnde Hieronymus ad Principiam. *Si Barac ire ad prælium voluiſſet, Debora de hoſtibus nõ triumphaſſet. &c.* Et vt loquitur Ambroſius, *Barac quidem producit exercitum, ſed Iahel capit triũphũ &c.* Quẽ tamen integrum caperet, ſi promptius obediſſet. Obedientia enim, vt ait Laurentius Iuſtin. de ligno vitæ c. 3. *Facit hominem triũphare &c.* Et idem Diuus Hieronym in [illegible] 43. tribuit triũphũ Ioſue, cuius victoriæ ſol, & luna famulabantur. *Ioſue ſolus imperat ſoli & lunæ, & ſtat: homo iubet, & cælum audit, audit illum Cælum, quia ipſe audiebat Dominum &c.* Itaque Barac dum ſegnius obtemperat, & victoriæ decus amittit & nominis celebritatẽ, quæ tamen obediendo magis augetur. Inde Abrahã dum Deo paret, maiorem etiam apud homines gloriã parat. *Princeps Dei,* inquiunt filij Heth, *es apud nos.* Geneſeos cap. 23. n. 6. Abulenſis. *Quando filium ſuum voluit immolare, pro tanta obediẽtia, Deus fecit, vt omnes gentes in circuitu cognoſcerent famam eius, & crederent eum Dei familiarem &c.* Obedientia omnes, ſed præcipue ſeniores nobilitat. Vnde Emiſſ. ho m. 3. ad Monachos. *Nullus ſenior tã doctus appareat. vt putet, quod eũ nõ deceat obediẽtia quæ Deũ decuit humilitas enim, atq; obediẽtia in iunioribus adhuc neceſſitas, in ſenioribus vero dignitas &c.* Quia vero Barac ſenior ſegnius obediuit

Maxime deformat vel leuis mora in obediẽdo

Abul. q. 11.
Caſſio. c. 2.

Triumphum ſadimit leuis in obediẽtia mora.

Amb.

Laurent. Iuſtin.

Obedientia facit hominẽ triũphare.

Omnia obediunt Deo obedientibus

Nomen per obedientiam augetur.

Geneſ. 23. 6.
Abul.

Obedientia nobilitat, præcipue ſeniores

Emiſſ.

Obedientia iunioribus neceſsitas, ſenioribus dignitas.

uit,&dignitatem suam emi nuit;& ad fœminam transtulit,nam Debora vt loquitur Iosephus lib,5. Antiquitatum cap 9 irata dixit, *Tu cedis mulieri dignitatem,ego vero non refutabo.*

Ioseph. 5. anti. c. 7.

5 Dicit præterea non reputandam illi victoriā, ac si illam adeptus non fuerit. Quia quæ minus obedienter fiunt quasi non fuerint reputantur:in numero tantum & honore habentur; quæ præscribit obedientia Ideo de Saul dicitur: *Ædificauit Saul altare Domino: tuncque primum cæpit ædificare altare Domino.* 1. Regum cap. 14 nu.30. cum ante legatur ædificasse altare Domino,& obtulisse holocaustum cap. 13. n 9. cur hic dicitur: *Tūc cæpit ædificare altare Domino.* Hieronymus in quæstionibus Hebraicis, *Quia inobedienter illud ædificauit,non Domino ædificasse intelligitur;hic autem,quia obedienter,& recte illud ædificauit, Domino ædificasse perhibetur &c.* Itaque Barac victoria non adscribitur, quia propriā admiscuit voluntatē. Nā,vt ait Bern. serm 71. in Cāt. afferens illud. *In die bonorū tuorū inueniuntur voluntates tuæ.* Et Isai. c. 58, *Grāde malū propria volūtas qua fit, vt bona tua,tibi bona non sint &c.*

Quæ minus obedienter fiunt, non fiunt,

1. Reg. 14 30.

Hieron.

Ber. in cāt ser. 71.

Propria voluntate bona nulli prosunt.

6 Septuaginta vbi vulgatus (*victoria non reputabitur tibi*) legunt: *non erit. Proterima,* idest, *Non erit tibi felix successus:* Quæ enim ex obedientiæ præscripto non fiunt exitus plerumque habent infelices. Vnde cum filij Israel verticem montis ascenderent, pugnaturi aduersum Amalicitam, & Chananæum, statim fusi, fugatique terga verterunt: Causam reddit Moyses. *Cur* inquit, *transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum.* Numerorum cap. 14 n. 42. Itaque quia contra præceptū atq; inuiso Deo ascenderant, infelici marte pugnarūt: sic & pulcherrima illa victoria, quam Ionathas, Deo auspice, adeptus fuerat 1. Reg. c. 14. fœdata est ipsius inobedientia, qua & fauū comedit,& patrē imprudētiæ cōdēnauit. *Turbauit,* inquit, *pater meus terrā* n. 29. *Peccauit enim*, inquit, Caiet. *audito mādato regio,probādo saltū propriæ comestionis, arguēs patrē,qui præceperat,&c.* Sed neq, Deus postea cō sultus respōdit,& ipse in mortis discrimē adductus est: ita palmæ illius decus infelici exitu fædatū est, vt ferme loquitur Ioseph, Saul ipse rex totius Israelis votis

Sept.

Quæ extra obedientiam fiunt, infeliciter exeunt.

Numer. 14. n. 42.

1. Reg. 14

Inobediētia præclara victoria fœdata.

Caiet.

a Deo expetitus, quā infeliciter regnauit. *Spiritus Domini recessit a Saule & exagitabat eū spiritus nequā* 1. Reg. c. 16 n 14 Rupertus c. 10. *Grandis pœna regis, grandis confusio populi, qui contra Dei voluntatem regē postulauit. & si cætera desint exempla iudicij, & veritatis, vel hoc solum pro testimonio sufficere poterit: quod nunquam ad bonum statum sui finem perueniat omnis plantatio, quam non plantauit Pater Cœlestis &c.* Ita parum succedit, quod infelicitat inobedientia. Cū discipuli post resurrectionem á Christo non missi piscatum iuissent, nocte illa nihil prendiderunt Ioannes ca. 21. n. 3. *Quia*, vt ibi aduertit Maldonatus, *quod ex obediētia fit, prospere fit, quod contra obedientiam proprio iuditio, propria fit voluntate successum non habet &c.*

1. Reg. 16 14. Quæ a Deo importune extorque aris male eueniunt.

Ioann. 21. 3. Mald. Quod ex obediētia fit prospere fit, & e contra.

Qui accitis Zabulon, & Nepthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum.

Versus 1.

CVr has potius tribus acciuerit, cum aliæ essent bellicosiores, causam reddit Abulensis q. 10. *Quia volebat Deus huiusmodi bellum cito fieri, ac milites quam primū armare, ne Sisara imparatos opprimeret; Zabulon vero & Nepthali propriores erant monti Thabor, ad quem prælium ineundum erat vel ideo acciuæ, quia erant ignobiliores, quo victoria nobilior esset, Deoque attribueretur, qui per ignobilia superba confundit. Vnde etiam Christus Dominus Euāgelij quasi prælium initurus, milites, seu discipulos ex his tribubus euocauit. Erat autem Philippus à Bethsaida; hæc erat in tribu Nepthali ciuitate Andreæ, & Petri.* Ioannes cap. 1. n. 44. *Voluit enim Christus*, vt ex Chrisostomo, & Euthymio refert idem Maldonatus, *Ex illa potissimum ciuitate primos Apostolos vocare, quæ maxime barbara & ignobilis erat, vt contemptibilia mundi eligeret, vt fortia confunderet &c.* Velut significaretur quanta apostolorum fides fuerit, qui cum ex ea essent ciuitate vbi incredulitas maxime regnabat primi omnium Christum secuti fuerint, vt aduertit Rupertus. *Hoc opus diuinam maxime commendat gratiam, quod de ciuitate peccatrice tres isti vocati sunt magni patres iustorum, atque credentium.*

1. Abul. q. 10.

Perignobilia Deus superba confūdit.

De quibus tribubus Apostoli.

Ioan. 1. n 44.

Mald.

Per contēptibilia fortia cōfundit Deus.

Rupert. Maxima laus ex peccatrice terra optimū euadere.

Harum tribuum expresse meminit Matthæus cap. 4. adducens testimonium Isaiæ

2 Matth.

Isaiæ. *Terra Zabulon, & terra Nepthali via maris &c.* vbi Hieronimus. *Hi primi audiuere Dominum prædicātem, vt vbi Israelis fuerat ab Assirijs prima captiuitas, ibi redemptoris præconium nasceretur &c.* Nam vt loquitur Imperfectus. *Hæ tribus ante omnes transmigratæ sunt in Babyloniam: conuenientes ergo, quos ante omnes ira Dei percussit primum Dei misericordia visitauit &c.* Propterea Isaias ait. *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra* Nepthali, *& nouissimò aggrauata est via maris* cap. 9. n. 1. Alleuiata, scilicet, vel *à pessimis habitatoribus*, vt Hugo interpretatur; vel *ab onere peccatorū*, vt explicat Emissenus in festo Sancti Andreæ, suorum pondere peccatorum terra Zabulō, & Nepthali alleuiata est &c. & Lyranus. *Quia captiuitas malis hominibus alleuiata est, Christi doctrina, & prædicatione pænitentiæ, cuius vox ibi primum audita.* Sed cur omisit Euangelista partes illas præcipuas, apud Isaiam primo tempore alleuiata est terra, & nouissimo aggrauata? Rupertus. *Videlicet quia non erat hoc in intentione, seu voluntate prædicantis, & euangelizantis, vt primo tempore alleuiata terra illa, nouissimo aggrauaretur. Idest vt præsentis Domini prædicatione, & miraculis illustrata Iudæa, tandem assumpti in Cælum repeteret Euangeliū & vitæ æternæ indignam se iudicaret, &c.* Et infra. *Hoc solum erat in intentione prædicantis, illuminare &c.* Hoc est alleuare cunctos, grauare neminē quanuis illud: *aggrauata est*; aliū sensum habere possit, idest, vt legitur in Hebræo: *Honorata est via maris, seu glorificata.* Nam cum antea illa regio, nec gloria rei militaris, nec nobilitate sanguinis, nec scientia, aut vllis artibus clara esset: nouissimis temporibus illustrata fuit habitatione, consuetudine, doctrina, & miraculis Christi Domini, vt videre licet apud Foreir. Atque ideo tā honorifice nominatur. Nā vt loquitur idem Rupertus *Nonnihil pertinuit ad felicitatē nuntij tam boni, nominare locum vnde primum auditum fuerit, quod omnes Sancti tanta expectabant attentione &c.* Et Procopius in Isaiam. *Regionem enim, a qua cæpisset euangelij prædicatio, nominari decebat &c*

Hieron.

Vbi prima captiuitas ibi redemptionis initiū.

Imperf.

Isai. 9. 1.

Hugo.

Emis.

Lyran.

Christi prædicatio leuat.

Rupert.

Christi prædicantis intentio illuminare.

Prædicati Christi ciuitates glorificat.

Rup.

Dignus nomine locus vbi prædicationis initium

Procop.

3 Vel ideo accitæ potius hæ tribus, quam aliæ, quia integre atque sponte belli discrimini se deuouerunt: vt dicitur cap. 5. n. 18. Qua inter Apostolos, etiam adumbrarunt, de quibus septuaginta

Iud. 5. n. 18.

tuaginta in locum citatum Isaiæ. *Hæc primum velociter bibe, velociter faç regio Zabulon &c.* Vbi Cyrillus *Celeres erãt discipuli, & valde alacriter ad credendum Christo prosiluerunt: nam continuo, relictis retibus, & patre suo, secuti sunt &c.* Ita Procopius in eundem locum: & ideo Christus Dominus vt Chrysostomus ad illa verba *In crastinum voluit exire in Galilæam* Ioannis cap. 1 n. 43. Recte obseruat, nullũ ad se discipulum vocare voluit, priusquam alij sponte sua ipsum sequerentur. *Nã si*, inquit hom. 19: *Nemine sua sponte prosequente, ipse aliquos vocasset, de eorum perseuerantia potuisset dubitari. veruntamen cum vltro sequi eligerent fir mi, & cõstantes permanent &c.* Quod enim volũtate arripitur, perseuerat, vt ait Hieronym. in Oseã c. 7. Idẽ Christus Dominus primas beatitudines non nisi spontaneas, voluntariasq; attribuit. *Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ calorũ*, Math. c. 5. n. 3. *spiritu*, id est, *spõte, ac volũtate*, Chrisost. *Quoniã enim multi sũt humiles non spontanei, sed rerum ad stricti necessitate, illos omittens, ex voluntate semet ipsos humiliãtes, & contrahentes, primos vocat beatos &c* Ita ergo non qui humiliatur, sed qui spõte se humiliat exaltabitur: vtiq; ob meritũ voluntatis ut loquitur Bern. in Cãt. serm. 34 Ambr. in psal. 104. ad illud Noe. *Maledictus Chanaan seruus domesticus erit fratribus suis.* Gen. c. 9 *Quia pulchrius est bonum quod non ex necessitate fit, sed ex voluntate, ideo ei primo iugum imposuit necessitatis, postea benedictionem ei voluntariæ subiectionis impertiuit &c.*

Vide eũdẽ Amb in psal: 118. ad illa verba: *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine*, vbi ostendit, quantum Deo placeãt ministri, ac milites voluntarij exemplo Isaiæ ad quẽ Deus. *Quẽ mittã, & quis ibit nobis* c. 6. n. 8. *Vtiq; seruulo suo poterat imperare, quẽ dignũ, qui mitteretur, inuenerat: sed maluit eum spontaneæ oblationis nõ fraudare mercede, qui, vt ipse se offerret, prælolatus est: & quanuis eius sciret affectum, expectauit tamen vocẽ, vt cumularet gratiam &c.* Et infra, *Ideo de eo dictum, quia Isaias audet, & dicit:* ad Rom. c. 10. n. 20. *Etenim quasi voluntarium organum vberiore spiritus Sancti gratia Christus impleuit &c.* Idem Diuus Paulus ad Philemonẽ, pro Onesimo interueniens, ita loquitur. *Sine consilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed volũtariũ* n. 14 Amb. *Quã sedulus*

sudor

Discipuli celeriter Christum secuti. Cyril. Procop. Ioan. 1. 43. Spontaneos digit Deus. Chrisost. hom. 19. Voluntaria, non coacta durant. Hieron. in Oz. 7. Spontanei primi in Beatitudine. Math. 5. 3 Chrysost.

Sunt qui se humiliant, & qui humiliantur. Spontanea humilites exaltatur. Pulchrius bonum ex voluntate non ex necessitate. 4 Ps. 118. Isai. 6. 8 Maxime Deo placent milites voluntarij. Magna merces spõtaneæ oblationis. Rom. 10. 20. Voluntarios, tanquam organa, perflat spiritus aura. Ambr.

ſuaſor qui cũ eſſet vas electionis diuinæ, conſortium conſilij non dedignabatur alieni; ne alterum fructu voluntatis propriæ deſraudaret. &c.

Alienum conſilium nemo dedignatur.

5 Tandẽ quia volũtarij milites fortiores: Noti enim volones, & in Romana militia apud Lor. in pſ. 50. Ideo Barac Dei monitu paucos elegit volũtarios, quos hoſtili obiiciat multitudini. Sic & Abraham aduerſus infinitam barbarorum multitudinem numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo Gen. ca. 14. n. 14. nẽpe, vt vltionem ſponte, & beneuole facerẽt quẽadmodũ Chriſoſtomus loquitur.

Voluntarij milites fortiores. Lor. pſ. 50. Geneſ. 14. n. 14. Chryſoſt.

Habor autem Cinæus receſſerat quondam á cæteris Cinæis fratribus ſuis, filij Hobab cognati Moyſi.

Verſus 11.

1 FVerit ne hic Hobab cognatus, ideſt affinis, Moyſi, Iethro ipſe, an vero illius filius, quẽ Moyſes in ſocietatem itineris hortabatur Num. c. 11. n. 29 vide ibi apud Corneliũ. Cinæi huius filij, vt ſupra vidimus c. 1. n 16. aſcẽderũt de ciuitate palmarũ cũ filijs Iudæ in deſertũ ſortis eius. Inde Habor, de quo hic: tabernacula trãſtulit, tetẽditq; in valle iuxta Cades, ſeu vt latius habitaret cui magna familia erat, ſeu vt à ſuis etiã fratribus procul recederet homo turbæ fugitans, ſolitudinis amans. Ita Moyſes *Tollens tabernaculum tetendit extra caſtra procul*, Exod. c. 33. n. 7. Proc. in 7. Iſai. *Humanis enim ſe rebus eripiens, tentoriũ ſuũ fixit extra caſtra, ideſt vitã ſuã firmam & perturbationibus vacuam reddidit &c*. Hinc Rechabitæ, quia à Cinæis ducunt originem, vt patet 1. Paral. c. 2. n 25. Semper in tabernaculis habitabant, quẽadmodũ illis præceperat Ionadab filius Rechab, Ierem c. 35 Nõ *quod iſte Rechab*, vt Author eſt Abul. 1. Paral. ca. 2. q 21. *inſtituerit aliquã ſpiritualem obſeruantiam, ſed filius eius primus Nadab, propter honorẽ patris tamẽ voluit potius Ionadab ſequaces ſuos appellare ex nomine patris ſui, quã ex ſuo, ideo Rechabitas eos vocauit, &c.* Hic igitur Ionadab maiorum, hoc eſt Cinæorũ, ſecutus exemplum præcepit filijs in hunc modum. *Domũ non ædificabitis, & ſementem nõ ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, ſed in tabernaculis habe*

Num. 11. 24. Cornel.

Solitudinis amatores, animũ curis liberum gerũt. Exod. 33. n. 7. Procop. in 7. Iſai. 1. Paral. 2. 2. Rechabitæ ſemper in tabernaculis habitabant. Abul. 1. Par. 2. q. 2. Filij plus patern... ...

habitabitis cunctis diebus vestris vt viuatis diebus multis super faciē terræ Ieremiæ c.35. n. 7. *Nam quod dicit eos multis diebus victuros super terram, si hoc fecerint.* Rabbi Dauid apud Maldonatum ibidem. *Tribuit humanæ naturæ, quod possessiones hominem solicitum, & anxium reddere soleant, & solicitudo vitam minuat &c.* Ipse vero Maldonatus paternæ tribuit benedictioni: *Quasi dixerit Ionadab, si vultis diu viuere super terram, obedite parenti vestro præcipienti &c.* Tribuere etiam id possumus familiaritati, ac præsentiæ Dei, qua Rachabitæ, siue Cinæi in sua illa solitudine fruebantur. Nam & Moyses ob consuetudinem, & familiare cum Deo colloquium, vltra centum annos produxit ætatem. *Moyses centum, & viginti annorum erat, quando mortuus est; non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt* Deuteronomij cap.34. n 7. *Vigor enim, & vires prouenie bāt Moysi,* inquit Abulensis q. 3. *Ex familiaritate, & præsentia Dei quia moratus est, & collocutus cum Deo &c.* Cinæi enim vt iam attigimus, ideo in tabernaculis morabantur, vt Deo, qui secretum, ac solitudinem amantium socius est, familiarius vterentur,

Possessiones vitam minuunt. Rab. Dauid.

Mald.

Obedire patri vitā ducit.

Familiaritas cū Deo vitam extendit.

Deut. 34. n 7.

Abul. q. 3

Præsentia Dei vires addit.

Quemadmodum etiam de se ipso fatetur Iob. *Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quādo secreto Deus erat in tabernaculo meo.* cap. 29. nu. 4. Vbi quidam apud Pinedam legunt: *In societate Dei, in meo tabernaculo: vel dum esset societas Dei super tabernaculum meum &c.* Vt enim ait Philippus. *Magna virtus, atque præcipua erat in illo. Deique gratia singularis, vt in tempore adolescentiæ suæ in secreto eius Deus cum suo familiarissimo moraretur &c.*

Solitudinem amātium socius Deus Iob. 29. 4.

Pined.

Philip.

Magna virtus in adolescentia esse Deo familiaris.

Itaque Cinæi in tabernaculis habitabant: Primo vt ostenderent peregrinos se esse, atque hospites super terram, vt ait Diuus Paulus ad Hebræos cap. 11 *Cogitantes cito ex hac vita exeundum, neque hic diutius permanendum.* Vnde per tabernaculum solet in scriptura corpus humanum, seu vita quam scitissime finienda significari *Velox est depositio tabernaculi mei* 2. Petri cap. 1. n. 14. *Generatio mea ablata est, & conuulsa est a me, quasi tabernaculum pastorum,* Isaiæ cap. 38 nu. 14. Humani igitur tabernaculi quam primum auellendi, ac mortis instantis memoria Cinæi a vitæ voluptatibus auocabantur, quibus coercendis nulla præstetior medicina, ideo Deus Moysem

2

Peregrini sumus super terrā.

2. Petr. 1. 14.

Tabernaculum vitam cito finiendam significat.

Voluptates maxime coercet vitæ breuitas.

ſem voluit ſepiliri (in valle terræ Moab contra Phogor.: Deuteronomij cap. 34.n.6 Quia in hac valle Phogor,ideſt, turpitudinis Deum colueranc Hebræi fornicantes cum Moabitidis Numerorum cap.25.vt ergo aptam huic vulneri medicinam faceret Deus, voluit ibi ſepeliri Moyſem vt mortis memoria, & ſepulturæ præſentia à carnis illecebris, & voluptatibus auocarentur.Ita Cornelius ibidem. Idem dicendum de amore diuitiarum.Quis enim puluerem ſe cogitans diuitias amet, vel magni æſtimet? *Loquar*, inquit, Abraham, *ad Dominum meum, cum ſim pulûis, & cinis* Geneſeos cap.18.n.27. Diuus Gregorius. *Quid diuitias ſuas æſtimabat, qui ſe ipſum puluerem, cineremque putabat &c.* Et alibi *Aduena ſum, & peregrinus apud vos, date mihi ius ſepulchri vobiſcum*.Geneſeos cap.23.nu.4 Diuus Chryſoſtomus. *Qui ſolo intuitu mortis, terram poſſidebat, parum illi viuendo adhærebat &c.* Vide eundē Chryſoſtomum ſermone de fide,& lege naturæ, vbi refert conſuetudinem antiquorum,qui ante portas ciuitatis,ſepulturas ſtatuebāt velut ſcholas, quibus opes, atque honores contemnere docerentur, *Vt contendens*, inquit, *intrare in ciuitatem, qua imperat, & floret diuitijs, & potentia, alijſque dignitatibus, priuſquam videat, quod ſecum cōcipit: videat primum quod ſit, ante portas ſunt ſepulchra: vbique ante oculos eſt noſtræ humilitatis ſchola, & docemur in quid deſinemus tandem &c.* Non mirum ergo, ſi Cinæi à diuitijs, & voluptatibus adeo abhorrent, quibus mors ante oculos verſabatur; ideo enim in tabernaculis morabantur, vt ſe faterētur hoſpites ſuper terram, vt illi ad Hebræos cap. 11. Hoſpes enim dicitur ille, qui ſtatim recedit, nec diu manere quærit. Diuus Anſelmus, *Per hoc, quod ſe fatebantur hoſpites apparet quia credebant, ſe cito receſſuros, & horam mortis quotidie ſuſpectā n habebant &c* Quod etiam a ſuis diſcipulis Chriſtus exigebat. *Qui nō accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Matthæi cap.16 n.38. Chryſoſtomus homilia 5 ad populum. *Hoc dicebat, non vt lignum ſuper humeros feramus, ſed vt mortem ſēper ante oculos habeamus.*

Secundo habitabant in tabernaculis, quæ temporaria ſunt,& mutabilia, vt vitæ inſtabilitatem, vel ſphæricam

Deut. 34: 6.

Numer. 25.

Mortis memoria medicina voluptatū

Cornel.

Diuitiarū amor mortis memoria perit.

Gregor.

Gen. 23. n. 4.

Chriſoſt.

Antiquorum ſepulchra ad portas ciuitatis.

Sepulturæ ſcholæ contēptus

Hebr. 11.

Anſel.

Mortis memoriā Chriſtus commendat.

Math. 16. 38.

3

memorat. Alius igitur Lapidoth Deboræ coniux; alius Barac, cui ipsa principatũ obtulit, neque enim solebant prophetæ principatũ consanguineis, filijsue deferre, vt notum est de Moyse, ac Samuele, de quibus Hieronym. 1. aduersus Iouinianum. *Legimus Moysem, & Samuelem filijs alios prætulisse: nec putasse liberos, quos videbant Domino displicere &c.*

Prophetæ principatũ consanguineis non deferebãt.

Hieron.

Præcepit tibi Dominus uade, & duc exercitum in montem.

2

THabor. Nõ ait, *reuelauit mihi Dominus, sed præcepit tibi*, vt elationis speciẽ fugeret: nec prophetiæ donum, quo victoriam præuiderat, iactare videretur. Quemadmodũ Diuus Paulus, qui nauigans in Italiam cum spiritu prophetico imminentem videret tempestatem, ità loquutus est, quasi id conijceret, non prophetaret. *Video*, inquit, *quoniam cum iniuria, & multo damno, non solum oneris, & nauis: sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio*. Actorum cap. 27. n. 10. Vbi Chrysostomus. *Vide quam alienus est à fastu, ne videatur prophetizare, sed quasi à coniectura dicere. Video inquit, &c.*

Fugienda est vel leuis superbiæ occasio.

Act. 27. 10.

Chrysost.

Secundo ne fæmina viro, præsertim si coniux erat quod probabile diximus, præcipere videretur. Nam tum demum imperare matrona censetur, cum viro paret, iuxta illud apud Lorinum in 1. Petri cap 3. *Casta ad virum matrona parendo imperat &c.* Cuius potestas viri potestatem supra caput habere, vt loquitur Diuus Paulus 1. ad Corinthios cap. 11. nu. 10. Qua de re supra egimus cap. 1. n. 14. Neque enim respexit Debora prophetiæ suæ, sed coniugis dignitatem, vt videre est in Virgine Beatissima. Quanta enim illius dignitas, quæ potuit ipsi Deo, qui ei se subdidit, imperare, ac veluti principari, iuxta illud Diui Bernardi homilia 1. Super missus est. *Quod Deus fœminæ obtemperet, humilitas absque exemplo; & quod Deo fœmina principetur, sublimitas sine socio &c.* Quæ tamen Deo principabatur, suo se coniugi adeo nõ præferebat, vt quo illum reuereretur, Matris Dei non respiceret dignitatem, de qua illud Augustini sermone 63. *Nec se marito, nec in ordine nominis præferebat, vt diceret; ego*

3

Fæmina non debet imperare viro.

Lorin. Petri 1. cap. 3.

Tum mulier imperat, cum viro paret

1. Corint 11. n. 10.

Mors Dei humilitas quod fæminæ paret.

Bern. ho. 1.

Sublimitas Mariæ quod Deo imperet.

Humilitas Mariæ Iosephum sibi præferentis.

ego, & pater tuus; sed pater tuus, inquit, & ego non attendit sui viri dignitatem sed attendit ordinem coniugalem &c.

4 Tertio vt Barac, qui ad opus arduum vocabatur, audito Dei nomine facilius obtemperaret: nec fæminã sed Deum per fæminam præcipientem intelligeret, neque amplius dubitaret, curiosius ve inquireret. Cũ Isaac immolandus ad montem pergeret, curiose cæpit inquirere: *Ecce ignis & ligna: vbi est victima holocausti? cui pater. Deus, inquit, prouidebit.* Geneseos cap. 22. n. 8. Chrisostomus, *Simul atq; audiuit Deũ nihil postea loquutus est, nec amplius erat curiosus &c. Sic verè credentes,* addit Lippomanus *non inquirunt, quid sit, quod præcipitur, & qua ratione : abunde eis sufficit, quia sic Dominus voluit, sic mandauit &c.* Durum plane videretur, atque ab omni ratione alienum, vt Barac cum paucis millibus infinitas Sisaræ copias aggrederetur, sed Deboræ visum satis dicere, præceptũ Domini esse, vt omnis illa defficultas complanaretur. Obsidebat Nabucdonosor Hierusalem, & Hieremias custodiebatur in carcere. Ecce tibi ad eum Hananael patruelis illius. *Posside, inquit, agrum meum, qui est in Anatoth, quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es, vt possideas. Intellexi autem, quod verbum Domini esset.* Hieremiæ cap. 32. nu. 8. Hieronymus. *Durum quod erat, & prope in cõsequens, risuque dignum eum, qui iam, iam que capiendam prophetabat Ierusalem, & omnes ducẽdos esse captiuos, agrum in Anatoth emere, quem non erat possessurus, sed intellexit, inquit verbũ Domini esse &c.* Et infra, *Quãquam statim esset possessio relinquenda, imo emenda posteris, & ab eo emendas qui filios non habebat; tamen obediens imperio Domini, omnia rite celebrat &c.* Satis enim prophætæ fuit audire verbum, aut præceptũ Domini esse, & quod durum, & in consequens humano iuditio videbatur facile, & consequens esset obedientiæ Ita Barac audito Domini præcepto, facile redderetur, quod maius, quam pro humanis viribus videbatur. Id circo veró iubetur tollere secum decem tantum millia pugnatorum aduersus Sisaram, cui supra trecenta millia (autore Iosepho) ut Deo tãtum victoria adscriberetur. Ita Abulẽsis quæstione 9.

Vera obedientia nõ inquirit curiose.

Gen. 22. 8

Chrysost.

Lippom.

Fides non sit curiosa

Deo obtẽperandum vel in manifestis periculis.

Defficilia temnit obedientia.

Sub Dei iussu tuti pericula aggredimur.

Hierem. 32. 8.

Hieronim.

Satis vnũ verbum ad veros obediẽtes

Abul. q. 9

Dixitque ad eam Barac, si venis mecum vadam, si nolueris venire mecum, nō pergam.

Versus 8. & 9.

1 Septuag. SEptuaginta addūt: *Quoniam nescio diem, in qua prosperat Dominus angelum mecum* idest, vt Explicat Augustinus q. 26. *Facit mecum prospera per angelum*; ita etiam Ambrosius, & Origenes hom. 4 Non dixit hæc Barac ex metu, aut ex imbecillitate fidei: cum ab hac illum cōmendet Apostolus ad Hebræos c. 11. n. 32. Sed vel ex humilitate, qua se tantæ rei gerendæ imparem agnoscebat: vel vt hoc loquendi artificio Deborā ad secum eundum promoueret. Ambrosius *Quanta ergo feminæ istius virtus, cui dux dicit exercitus: nisi tu veneris, non ibo &c.* Volebat igitur Deboram comitem, non pompæ causa, vel ambitionis: quemadmodum Saul, cum ad Samuelem. *Peccaui*, inquit, *sed nūc honora me coram senioribus populi mei, & corā Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominū Deū tuū*, 1. Reg. c 15. nu. 30.

August. q 16. Ambr. Origen. hom. 4. Hebr. 11. n. 32. Humilitas res magnas timet Ambr. Sunt qui præsi per bia sanctorum unb i am societatem. 1. Reg. 15. 30.

De quo Rupert. 4 de victoria verbi c. 16. *Homo quippe secularis animi: totusque deditus ambitioni, etiam ad adorandum Dominū pompaticé solitus ingredi, hoc dolebat, si in tempore tali, in tanti triumphi festiuitate, tantus propheta sese subtraheret eius comitatui &c.* Non ambitionis, inquam, sed præsidij causa Deboram voluit comitem: cuius vnius orationibus, ac virtute munitus hostium multitudinem non timeret: nam, vt ait Augustinus sermone 228. de tempore loquens de Iudith *Vbi assiduis precibus pulsatur Cælum, potentia semper calcatur armorum. Ecce gloriosa femina castitatem seruauit oratio, & hostem seruare non potuit multitudo. lugentem ciuitatem vna famina voluit vendicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire &c.*

Rupert. Maximū auxilium vnum iustum comitem habere. Aug. serm 228. de temp. Orationis vis in arma hostilia. Oratio castitatem custodit.

2 Sane, vnius in viri Sancti precibus, ac virtute, vt iam ostendimus cap. 1. nu. 1. Magni instar exercitus est, magnæ instar, & vrbis, quod etiam significat Diuus Paulus cum profectus est Hierusalem, vt Diuum Petrum velut magnam aliquam vrbem propugnaculūq; videret. *Post annos tres veni Hierosolimā videre Petrū* Ad Galatas c 1. n. 18. vbi Chrisost. non

Vnius iusti oratio exercitus instar est. Galat. c. 1 n. 8.

non dixit, idin, id est vt cernerem Petrum: sed gitorice, idest, vt viderem, quomodo loqui solent, qui magnas, ac splendidas vrbes inuisunt, &c. Inde anima illa vrbi confertur, cum decora dicitur sicut Hierusalem. Canticorum cap 6. [illegible] Et è cõtra, Iosia extincto, Hierusalem, quamuis alioqui plena populo esset, sola dicitur. *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo.* Threnorum cap. 1. n. 1. Quasi vrbs non esset in vrbe, vno Sancto rege amisso, vt significatur 2. Paralip. cap, 35. n. 25. Satis ergo munitus, ac velut plurimus sibi videbatur, qui vnam Deboram, atque adeo Deum ad se stantem, comitemque habebat. Ideo plures copias auxiliares nõ requisiuit, nam, vt ait Ambrosius lib. 1. de Iacob cap. 7. *Nihil aliud quærit perfectus, nisi solum, & præclarum bonum. Vnde dixit, Vnã petij a Domino hanc requiram* psalmo 26. *Neque vero eum tanquam angustum, inopemque fastidias, quia vnius hominis velut salutari societate contentus sit: huius enim amicitia circundatus plurimus erit &c.*

Insta r splendidæ vrbis.

Cant. 6. 3

Thren. 1. n. 1.

Amisso vno iusto ciuitas velut deserta manet.

Amb.

Ps. 26.

Quanti facienda vnius iusti societas

3

Multum prodest Sãctorum societas ad declinãda pericula.

Docet hic locus quantũ prosit Sanctorum societas ad pericula declinanda, vide acta Apostolorum cap. 27. num. 44. vbi omnes, qui vna cum Paulo naui vehebantur é naufragio incolumes euaserunt: & ibi Chrisostomus homilia 53. *Retineamus apud nos Sanctos, nec erit tempestas, erit serenitas, ac tranquillitas Quoniam vidua illa* 4. *Regum cap.* 4. *Sanctum hospitio habebat, etiã filij eius mors soluta est, & rediuiuum accepit, vbi pedes Sanctorum ingrediuntur, nihil erit quod contristet, &c.* Nisi illorum absentia. Inde enim est, quod Eliseus rapto Elia apprehendit vestimenta, & scidit illa in duas partes 4. Regum cap. 2. n. 12. Quod in morte plerũque fieri consueuerat Abulensis q. 20. *Elias quanquam non moriebatur, tamen nunquã redditurus erat ad communicationem hominum, ideo de eius absentia sicut de morte dolere poterat &c.* Adeo Sancti viri societas charior illi vita erat. Vnde etiã Petrus ne Christi societatem negare videretur, vt Ambrosius mitius interpretatur, ait *O homo nõ sum* Lucæ cap. 22. n. 58. *Maluit videlicet se negare, quam Christum, aut quia videbatur negare Christi societatem, vtique se negauit &c.* Econtra vero cum Pharao Moysem a se eiecisset; *Recede*, inquit, *a me, & caue ne vltra videas faciẽ meam.*

Act. 27. n. 44.

Chrysost. hom. 53.

4. Reg. 6. 4.

Nihil trifte vbi Sãctus ingreditur.

Abul q. 20.

De Sancti absentia tanquam de morte dolendũ.

Negat se Petrus, ne Christum neget.

Ambros.

Qui negat Christum, se negat

Exod. 10. n. 28. Brix. Eiectis sanctis intereunt impij.

meam. Exodi cap. 10. n. 28. tunc mortuis primogenitis, vltima in Ægyptum plaga desæuijt. Brixianus. *Obseruatum demum impios consequi supremum interitum cum à se viros Sanctos eiecerint.* De his infra.

Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi.

4

Maxime deformat vel leuis mora in obediẽdo

QVia Barac in obediendo aliquantisper cunctatus fuerat, dum Deboræ comitatum, præsentiamq; efflagitat, dũ cõditiones nectit, ac morulas, & sui nominis gloriã minuit, & victoriæ pulchritudinem deflorauit. Vnde in Chaldeo, & in Hebræo legitur. *Vere tamen non erit gloria tua in uia, qua graderis &c.* Siue vt est apud Abulensẽ q. 11. *Nõ erit pulchritudo tua super iter, quo vadis &c.* Et Cassiodorus ca. 2. *Non erit primatus tuus in via qua incedis &c.* Fæmina enim victoriæ gloriam, seu vt est apud septuaginta. *Primas occupauit.* Vnde Hieronymus ad Principiam. *Si Barac ire ad prælium voluisset, Debora de hostibus nõ triumphasset. &c.* Et vt loquitur Ambrosius, *Barac quidem producit exercitum, sed Iahel cæpit triũphũ &c.* Quẽ tamen integrum caperet, si promptius obedisset. Obedientia enim, vt ait Laurentius Iustin. de ligno vitæ c. 3. *Facit hominem triũphare &c.* Et idem Diuus Hieronym in [illegible] 43. tribuit triũphũ Iosue, cuius victoriæ sol, & luna famulabantur. *Iosue solus imperat soli & lunæ, & stat: homo iubet, & cælum audit, audit illum Cælum, quia ipse audiebat Dominum &c.* Itaque Barac dum segnius obtemperat, & victoriæ decus amittit & nominis celebritatẽ, quæ tamen obediendo magis augetur. Inde Abrahã dum Deo paret, maiorem etiam apud homines gloriã parat. *Princeps Dei,* inquiunt filij Heth, *es apud nos.* Geneseos cap. 23. n. 6. Abulensis. *Quando filium suum voluit immolare, pro tanta obediẽtia, Deus fecit, vt omnes gentes in circuitu cognoscerent famam eius, & crederent eum Dei familiarem &c.* Obedientia omnes, sed præcipue seniores nobilitat. Vnde Emissi. hom. 3. ad Monachos. *Nullus senior tã doctus appareat, vt putet, quod eũ nõ deceat obediẽtia quæ Deũ decuit humilitas enim, atq; obediẽtia in iunioribus adhuc necessitas, in senioribus vero dignitas &c.* Quia vero Barac senior segnius obediuit

Abul. q. 11. Caßio. c. 2.

Triumphum adimit leuis in obedientia mora.

Amb.

Laurent. Iustin.

Obedientia facit hominẽ triũphare.

Omnia obediunt Deo obedientibus

Nomen per obedientiam augetur.

Genes. 23. 6. Abul.

Obedientia nobilitat, præcipue seniores

Emiß.

Obedientia iunioribus necessitas, senioribus dignitas.

uit,&dignitatem suam emi nuit;& ad fœminam transtulit,nam Debora vt loquitur Iosephus lib,5.Antiquitatum cap.9 irata dixit, *Tu cedis mulieri dignitatem,ego vero non refutabo.*

Ioseph. 5. anti. c.7.

5 Dicit præterea non reputandam illi victoriã, ac si illam adeptus non fuerit. Quia quæ minus obedienter fiunt.quasi non fuerint reputantur:in numero tantum & honore habentur; quæ præscribit obedientia Ideo de Saul dicitur:*Ædificauit Saul altare Domino: tuncque primum cœpit ædificare altare Domino.* 1.Regum cap. 14 nu.30.cum ante legatur ædificasse altare Domino,& obtulisse holocaustum cap. 13.n.9.cur hic dicitur: *Tũc cœpit ædificare altare Domino.* Hieronymus in quæstionibus Hebraicis,*Quia inobedienter illud ædificauit,non Domino ædificasse intelligitur;hic autem,quia obedienter,& recte illud ædificauit, Domino ædificasse perhibetur &c*. Itaque Barac victoria non adscribitur, quia propriã admiscuit volũtatẽ.Nã,vt ait Bern.serm 71.in Cãt.afferens illud.*In die bonorũ tuorũ inueniuntur volũtates tuæ.*Et Isai.c.58,*Grãde malũ propria volũtas qua fit, vt bona tua,tibi bona non sint &c.*

Quæ minus obedienter fiunt, non fiunt,

1.Reg.14 30.

Hieron.

Ber.in cãt ser. 71.

Propria voluntate bona nulli prosunt.

6 Septuaginta vbi vulgatus(*victoria non reputabitur tibi*)legunt:*non erit. Proterima*, idest,*Non erit tibi felix. successus*: Quæ enim ex obedientiæ præscripto non fiunt exitus plerumque habent infelices.Vnde cum filij Israel verticem montis ascenderent, pugnaturi aduersum Amalicitam, & Chananæum, statim fusi, fugatique terga verterunt; Causam reddit Moyses.*Cur* inquit,*transgredimini verbum Domini,quod vobis non cedet in prosperum*.Numerorum cap. 14 n.42.Itaque quia contra præceptũ atq; inuiso Deo ascenderant,infelici marte pugnarũt:sic & pulcherrima illa victoria,quam Ionathas,Deo auspice, adeptus fuerat 1.Reg. c. 14. fœdata est ipsius inobedientia,qua & fauũ comeedit,& patrẽ imprudẽtiæ cõdẽnauit. *Turbauit*,inquit,*pater meus terrã* n. 29. *Peccauit enim* inquit, Caiet.*audito mãdato regio,probãdo factũ propriæ comestionis, arguẽs patrẽ,qui præceperat,&c.* Sed neq,Deus postea cõsultus respõdit,& ipse in mortis discrimẽ adductus est: ita palmæ illius decus infelici exitu fœdatũ est,vt ferme loquitur Ioseph,Saul ipse rex totius Israelis votis

Sept.

Quæ extra obedientiam fiunt,infeliciter exeunt.

Numer. 14. n.42.

1.Reg.14

Inobediẽtia præclara victoria fœdata.

Caiet.

1. Reg. 16 14.

Quæ a Deo importune extorquentur male eueniunt.

a Deo expetitus, quā infeliciter regnauit. *Spiritus Domini recessit a Saule & exagitabat eū spiritus nequā* 1. Reg. c. 16 n 14 Rupertus c. 20. *Grandis pæna regis, grandis confusio populi, qui contra Dei voluntatem regē postulauit: & si cætera desint exempla iudicij, & veritatis, vel hoc solum pro testimonio sufficere poterit, quod nunquam ad bonum statum sui finem perueniat omnis plantatio, quam non plantauit Pater Cælestis &c.* Ita parum succedit, quod infelicitat inobedientia. Cū discipuli post resurrectionem á Christo non missi piscatum iuissent, nocte illa nihil prendiderunt Ioannes ca. 21. n. 3. *Quia*, vt ibi aduertit Maldonatus, *quod ex obediētia fit, prospere fit, quod contra obedientiam proprio iuditio, propria fit voluntate successum non habet &c.*

Ioann. 21. 3. Mald.

Quod ex obediētia fit prospere fit, & e contra.

Qui accitis Zabulon, & Nepthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum.

Versus 1.

10

Abul. q. 10.

CVr has potius tribus acciuerit, cum aliæ essent bellicosiores, causam reddit Abulensis q. 10. *Quia volebat Deus huiusmodi bellum cito fieri, ac milites quam primū armare, ne Sisara imparatos opprimeret; Zabulon vero & Nepthali propriores erant monti Thabor, ad quem prælium ineundum erat vel ideo acciuæ, quia erant ignobiliores, quo victoria nobilior esset, Deoque attribueretur, qui per ignobilia superba confundit. Vnde etiam Christus Dominus Euāgelij quasi prælium initurus, milites, seu discipulos ex his tribubus euocauit. Erat autem Philippus à Bethsaida; hæc erat in tribu Nepthali ciuitate Andreæ, & Petri.* Ioannes cap. 1. n. 44. *Voluit enim Christus*, vt ex Chrisostomo, & Euthymio refert idem Maldonatus, *Ex illa potissimum ciuitate primos Apostolos vocare, quæ maxime barbara & ignobilis erat, vt contemptibilia mundi eligeret, vt fortia confunderet &c.* Velut significaretur quanta apostolorum fides fuerit, qui cum ex ea essent ciuitate vbi incredulitas maxime regnabat primi omnium Christum secuti fuerint, vt aduertit Rupertus. *Hoc opus diuinam maxime commendat gratiam, quod de ciuitate peccatrice tres isti vocati sunt magni patres iustorum, atque credentium.*

Per ignobilia Deus superba confūdit.

De quibus tribubus Apostoli.

Ioan. 1. n 44.

Mald.

Per contēptibilia fortia cōfundit Deus.

Rupert.

Maxima laus ex peccatrice terra optimū euadere.

Harum tribuum expresse meminit Matthæus cap. 4. adducens testimonium Isaiæ

2

Matth.

Hieron. Vbi prima captiuitas ibi redemptionis initiũ. Imperf.

Iſaiæ. *Terra Zabulon, & terra Nepthali via maris &c.* vbi Hieronimus. *Hi primi audiuere Dominum prædicãtem, vt vbi Iſraelis fuerat ab Aſſirijs prima captiuitas, ibi redemptoris præconium naſceretur &c.* Nam vt loquitur Imperfectus. *Hæ tribus ante omnes tranſmigratæ ſunt in Babyloniam: conuenientes ergo, quos ante omnes ira Dei percuſſit primum Dei miſericordia viſitauit &c.* Propterea Iſaias ait. *Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra* Nepthali, *& nouiſſimò aggrauata eſt via maris* cap. 9. n. 1. Alleuiata, ſcilicet, vel à *peſſimis habitatoribus*, vt Hugo interpretatur; vel *ab onere peccatorũ*, vt explicat Emiſſenus in feſto Sancti Andreæ, ſuorum pondere peccatorum terra Zabulõ, & Nepthali alleuiata eſt &c. & Lyranus. *Quia captiuitas malis hominibus alleuiata eſt, Chriſti doctrina, & prædicatione pænitentiæ, cuius vox ibi primum audita.* Sed cur omiſit Euangeliſta partes illas præcipuas, apud Iſaiam primo tempore alleuiata eſt terra, & nouiſſimo aggrauata? Rupertus. *Videlicet quia non erat hoc in intentione, ſeu voluntate prædicantis, & euangelizantis, vt primo tempore alleuiata terra illa, nouiſſimo aggrauaretur. Ideſt vt præſentis Domini prædicatione, & miraculis illuſtrata Iudæa, tandem aſſumpti in Cælum repeteret Euangeliũ & vitæ æternæ indignam ſe iudicaret, &c.* Et infra. *Hoc ſolum erat in intentione prædicantis, illuminare &c.* Hoc eſt alleuare cunctos, grauare neminẽ quanuis illud: *aggrauata eſt*; aliũ ſenſum habere poſſit, ideſt, vt legitur in Hebræo: *Honorata eſt via maris, ſeu glorificata.* Nam cum antea illa regio, nec gloria rei militaris, nec nobilitate ſanguinis, nec ſcientia, aut vllis artibus clara eſſet: nouiſſimis temporibus illuſtrata fuit habitatione, conſuetudine, doctrina, & miraculis Chriſti Domini, vt videre licet apud Foreir. Atque ideo tã honorifice nominatur. Nã vt loquitur idem Rupertus *Nonnihil pertinuit ad fælicitatẽ nuntij tam boni, nominare locum vnde primum auditum fuerit, quod omnes Sancti tanta expectabant attentione &c.* Et Procopius in Iſaiam. *Regionem enim, a qua cæpiſſet euangelij prædicatio, nominari decebat &c*

Iſai. 9. 1. Hugo. Emiſ. Lyran. Chriſti prædicatio leuat. Rupert.

Chriſti prædicantis intentio illuminare. Prædicati Chriſti ciuitates glorificat. Rup. Dignus nomine locus vbi prædicationi initium. Procop.

3 Vel ideo accitæ potius hæ tribus, quam aliæ, quia integre atque ſponte belli diſcrimini ſe deuouerunt: vt dicitur cap. 5. n. 18. Qua in re Apoſtolos etiam adumbrarunt, de quibus ſeptuaginta

Iud. 5. n. 18.

Alienum consilium nemo dedignatur.

suasor qui cũ esset vas electionis diuinæ, consortium consilij non dedignabatur alieni; ne alterum fructu volumtatis propriæ defraudaret. &c.

5 Voluntarij milites fortiores. *Lor. ps. 50*

Tandẽ quia volũtarij milites fortiores: Noti enim volones, & in Romana militia apud Lor. in ps. 50. Ideo Barac Dei monitu paucos elegit volũtarios, quos hostili obiiciat multitudini. Sic & Abraham aduersus infinitam barbarorum multitudinem numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo Gen. ca. 14. n. 14. nẽpe, vt vltionem sponte, & beneuole facerẽt quẽadmodũ Chrisostomus loquitur.

Genes. 14 n. 14. *Chrysost.*

Habor autem Cinæus recesserat quondam á cæteris Cinæis fratribus suis, filij Hobab cognati Moysi.

Versus 11.

1 *Num. 11. 24. Cornel.*

FVerit ne hic Hobab cognatus, id est affinis, Moysi, Iethro ipse, an vero illius filius, quẽ Moyses in societatem itineris hortabatur Num. c. 11. n. 29 vide ibi apud Corneliũ. Cinæi huius filij, vt supra vidimus c. 1. n 16. ascẽderũt de ciuitate palmarũ cũ filijs Iudæ in desertũ sortis eius. Inde Habor, de quo hic: tabernacula trãstulit, tetẽditq; in valle iuxta Cades, seu vt latius habitaret cui magna familia erat, seu vt à suis etiã fratribus procul recederet homo turbæ fugitans, solitudinis amans. Ita Moyses *Tollens tabernaculum tetendit extra castra procul*, Exod. c. 33. n. 7. Proc. in 7. Isai. *Humanis enim se rebus eripiens, tentoriũ suũ fixit extra castra, id est vitã suã firmam & perturbationibus vacuam reddidit &c*. Hinc Rechabitæ, quia à Cinæis ducunt originem, vt patet 1. Paral. c. 2. n 25. Semper in tabernaculis habitabant, quẽadmodũ illis præceperat Ionadab filius Rechab, Ierem c. 35 Nõ *quod iste Rechab*, vt Autor est Abul. i. Paral. ca. 2. q. 21. *instituerit aliquã spiritualem obseruãtiam, sed filius eius primus Nadab, propter honorẽ patris tamẽ voluit potius Ionadab sequaces suos appelare ex nomine patris sui, quã ex suo, ideo Rechabitas eos vocauit, &c.* Hic igitur Ionadab maiorum, hoc est Cinæorũ, secutus exemplum præcepit filijs in hunc modum. *Domũ non ædificabitis, & sementem nõ seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habe-*

Solitudinis amatores, animũ curis liberum gerũt. *Exod. 33. n 7. Procop. in 7. Isai.*

1. Paral. 2. 2 Rechabitæ semper in tabernaculis habitabant. *Abul. 1. Par. 2. q. 2.* Filij piꝰ patrem in qua succõsulant nomini.

sem voluit sepiliri (in valle terræ Moab contra Phogor.: Deuteronomij cap. 34. n. 6 Quia in hac valle Phogor, idest, turpitudinis Deum coluerant Hebræi fornicantes cum Moabitidis Numerorum cap. 25. vt ergo aptam huic vulneri medicinam faceret Deus, voluit ibi sepeliri Moysem vt mortis memoria, & sepulturæ præsentia à carnis illecebris, & voluptatibus auocarentur. Ita Cornelius ibidem. Idem dicendum de amore diuitiarum. Quis enim puluerem se cogitans diuitias amet, vel magni æstimet? *Loquar*, inquit, Abraham, *ad Dominum meum, cum sim pulûis, & cinis* Geneseos cap. 18. n. 27. Diuus Gregorius. *Quid diuitias suas æstimabat, qui se ipsum puluerem, cineremque putabat &c.* Et alibi *Aduena sum, & peregrinus apud vos, date mihi ius sepulchri vobiscum.* Geneseos cap. 23. nu. 4 Diuus Chrysostomus. *Qui solo intuitu mortis, terram possidebat, parum illi viuendo adhærebat &c.* Vide eundē Chrysostomum sermone de fide, & lege naturæ, vbi refert consuetudinem antiquorum, qui ante portas ciuitatis, sepulturas statuebāt velut scholas, quibus opes, atque honores contemnere docerentur. *Vt contendens*, inquit, *intrare in ciuitatem, quæ imperat, & floret diuitijs, & potentia, alijsque dignitatibus, priusquam videat, quod secum cōcipit: videat primum quod sit, ante portas sunt sepulchra: vbique ante oculos est nostræ humilitatis schola, & docemur in quid desinemus tandem &c.* Non mirum ergo, si Cinæi à diuitijs, & voluptatibus adeo abhorrent, quibus mors ante oculos versabatur; ideo enim in tabernaculis morabantur, vt se faterētur hospites super terram, vt illi ad Hebræos cap. 11. Hospes enim dicitur ille, qui statim recedit, nec diu manere quærit. Diuus Anselmus. *Per hoc, quod se fatebantur hospites apparet quia credebant, se cito recessuros, & horam mortis quotidie suspectam habebant &c* Quod etiam a suis discipulis Christus exigebat. *Qui nō accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* Matthæi cap. 16 n. 38 Chrysostomus homilia 5 ad populum. *Hoc dicebat, non vt lignum super humeros feramus, sed vt mortem sēper ante oculos habeamus.*

Deut. 34. 6.
Numer. 25.
Mortis memoria medicina voluptatū
Cornel.
Diuitiarū amor mortis memoria perit.
Gregor.
Gen. 23. n. 4.
Chrisost.
Antiquorum sepulchra ad portas ciuitatis.
Sepulturæ scholæ contēptus
Hebr. 11.
Ansel.
Mortis memoriā Christus commendat.
Math. 16 38.

3 Secundo habitabant in tabernaculis, quæ temporaria sunt, & mutabilia, vt vitæ instabilitatem, vel sphæricam

Vita nostra instabilis vt sphæra.

Isai. 38. Ferer.

Tota in vicissitudinibus consistit.

Chrysost.

Pelus. Epist. 95. Vitæ breuitas.

Mat. 6. n. 11. Vita humana quæ diaria.

Stultus qui plurimos sibi promittit annos. Ambr. ser 64.

ricam indicarent. Qualis significatur illis verbis supra allatis. *Generatio mea ablata est, & conuoluta, quasi tabernaculum.* Isaiæ cap. 38. Vbi Fererius legit. *Series vitæ mea recessit;* Nam *reuolutionem,* inquit, *quasi sphericam notat: nostra autem vita tota in reuolutionibus, ac vicissitudinibus consistit &c.* Vide etiam Chrisostomum humilia de nomine Abraham, vbi multa de vitæ volubilitate. Deinde tabernaculum, siue tentoriũ, quia plerunque diariũ est, vitæ indicat breuitatem: vnde Pelusiota epistola 65. *Præsens vita tentorium vile est, quod simul atque compactum, ac fixum est, eodem temporis puncto soluitur &c.* Inde Christus orare nos docet, *Panem nostrum super substantialem, seu quotidianum da nobis hodie.* Matthei c. 6. n. 11. Nissenus de oratione, *Vt discas per ea, quæ dicis quod diana, atque quotidiana sit vita humana: id, quod præsens est, cuique proprium dũtaxat est, futuri verò spes in incerto est, &c.* Quare is, qui lõgos sibi promittebat annos arguitur stultitiæ. *Stulte hac nocte &c.* Lucæ cap. 12. n. 10 Ambrosius sermone 64. *Ipsis illis æternis cruciatibus maior est stultitiæ nota: qui enim paulo post erat rapiendus à vita,* *quæ cogitat? Destruam, inquit, horrea mea &c.*

Stultitiæ nota in ferno grauior.

His ergo rationibus adducti Cinæi in tentorijs habitabant, nobiles scilicet diuitiarum contemptores, inter quos Haber, præcipuè nominatur. Cũ tamen scriptura diuitum, & auarorũ nomina soleat præterire. *Nec memor ero nominum illorũ per labia mea;* psalm. 15. nu 4. idest *Per duo testamenta.* Paulinus Epistola 31. *Hac ergo labia pollui noluit nominibus impiorum diuina iustitia, & idcirco neque illius diuitis nomen extat, cuius vanitas, & auaritia significatur.* Lucæ cap. 12. & infra. *Neque è tartaro diuitis nomen insigne est, quod non casu prætermissum, edito pauperis nomine intelligimus.* Vide ibi alia exempla. Quæ sequuntur vsque ad numerum 14: faciliora sunt quam vt explicatione egeant.

4

Diuitum, & auarorũ nomina scriptura silet.

Ps. 15. n 4

Paulin. Epist. 31.

Impiorum nomina labia polluunt.

Luc. 12.

Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus eius &c.

Versus 15. 16. & 17.

1

QVa ratione Deus Sisarã perterruit, *Redditq;*

Tempestatibus hostes terret Deus.

attonitum, vt hebræa sonant non satis cõstat. Factum id per emissũm diuinitus tempestatem grandine furentẽ & pluuia, quæ in hostium faciem, oculosque impacta, omnem illis armorum vsũ ademerit, scribit Iosephus 5. Antiquitatum cap 9. Ita etiam 1. Reg. c. 7. *Cũ Samuel offerret holocaustũ, intonuit Dominus fragore magno super Philisthim, & exterruit eos.* Vbi Caietanus. *Cerne hic, quantum valeat oratio Prophetæ ad debellandos hostes &c.* Quod similiter existimandum de Debora, *cuius precibus æther militabat*, vt significat Amb. li. de Viduis. Quod verò Cælũ grãdinauerit, ideo factũ opinor, ne Israelitæ victoriæ laudẽ sibi tribuerent. Quẽadmodum Iosue aduersus quinque reges præliante, *Misit Dominus super eos lapides magnos de cælo, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis &c.* Iosue cã 10. n. 11. Lyranus *Ne filij Israel. Sibi victoriam adscriberent. &c.*

Ioseph. 5. ant. c. 9. 1. Reg. c. 7. Caiet. Oratio debellat hostes. Orationibus militat æther. Amb. Nos à superbia artificiose arcet Deus. Iosf. 10. 11. Lyra.

2 Iustissima vero pœna, qua impij intus, forisque pauore terrentur, vt omnia tuta timeant: Instar Adami, qui *Cum audisset vocem Domini deambulantis in paradiso, abscondit se.* Geneseos cap. 3. n. 8. Chrys. homilia 8. ad populum, *Vnde cogitauit quod Deus deambulabat: talis est peccatium consuetudo, omnia suspecta habent, vmbras tremunt, omnem spiritum timent, & quemquam putant contra se venire &c.* Vnde Deus: *Dabo*, inquit, *pauorem in cordibus eorum, terrebit eos sonitus filij volantis, & ita fugient quasi gladium* Leuitici capite 16. num. 36. Ambrosins de Naboth capite 12. *Toto mundo fugit, qui considerans conscientiam suam metuit deprehendi*, Et alibi. *Vbinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.* Deuteronomij capite 32. num. 26. iuxta Hebræum: *Faciam angulare eos, idest in angulos, latebrasque obscondi.* Caietanus, *Ita vt non audeant in plateis, & publicis comparere, sed in angulis morentur &c*, Quia nimirum vt Paulus supra ait, *Foris vastabit eos gladius, & intus pauor.* vt illi de quibus dictum: *Pro iniquitate vidi tentoria Ethyopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian*, Vbi Hieronymus. *Ostenditur quod metu iudicij æternarumq; pœnarũ semper in formidine sint, & cruciatus quos sentiunt se mereri pauore quotidiano sustineãt*, Ita vt Iudas, cũ sciret Christũ inermẽ, nulloq; Satellitio stipatũ in horto: accepit tamẽ co-

Peccatores omnia timent. Gen. 3. 8. Vmbras timent. Leuit. 16. 36. Ambr. Pauor peccatoris comes. Deut. 32. 26. Idem peccatoris pœna. Caiet. D. Paul. Hieron. Per pauorem inferni pœnas sustinent peccatores.

hor

Ioan.18. 3. Cyril.l.11 32. Proditor inermes timet.

hortũ: *Venit illuc cũ facibus, & armis*. Ioannes cap. 18 nu. 3. Cyrillus lib. 11. cap. 32. *Nulla turba quæ defendere poßet, sed discipulis tantum sequentibus in hortum fuiße ingreßum descripsit vt ignauia, & formido proditoris latere non poßet; magna quedam res conscientia certe stimulus est, qui quando perperam aliquid agimus, etiam, nullo præsente, ingenti nos metu exagitat &c*. Inde tantum vero metus Sisarã exagitauit.

Vt curru desiliens pedibus fugeret.

3.

Coniuncta periculis honoris insignia

CVr pedibus fugam arripuit, cum equo, vel curru facilius posset euadere? Vt mutatis ducis insignibus priuati lateret specie neque hostium veniret in manus. Ita sunt coniuncta periculis honoris insignia, vt hæc exuere necesse habeat, qui illa declinare voluerit. Sic rex Israel cum dixisset ad Iosaphat. *Sume arma, & ingredere prælium & induere vestibus tuis*, ipse. *Mutauit habitum suum, & ingreßus est bellum* 3. Regum cap. 22. n. 30 Quod licet aliqui referant ad vrbanitatem Regis Israel, qua venientẽ, au xilio Iosaphat, ita voluerit

3. Reg. 22 30. Vrbane Rex Israel honorat Iosaphat.

honoratum, vt nemo præter ipsum rex appareret. Caietanus. *Causa honorandi Iosaphat simulauit rex Israel, se non cum apparatu regio ingreßurum prælium, vt totus honor exhiberetur Iosaphat &c*. Ita etiã Hugo, & alij apud Lyr. & Abulensem q. 19. Verosimilius tamen, quod ijdem malunt Authores, mutato habitu prælium inijsse, *vt mortis periculum subterfugeret*; siue, quẽ admodum loquitur Lyranus. *Vt pondus belli verteretur super Iosaphat &c. Cogitauit enĩ* inquit; Caietanus. *Minus sibi eminere periculi, si nõ agnitus &c* Adeo honoris insignia nihil in periculis prosũt, imo pericula creant, non arcent Quam alio habitu fugiebat Dauid cliuum oliuarum, *scandens, & flens nudis pedibus incedens*. 2. Regum cap. 15. n. 30. Vt iram Dei tergo illius qui peccarat, instantem nudis melius effugeret pedibus, & mutato regis habitu irati numinis vindictam lateret sumptis pænitentis insignibus.

Caiet. Hug. Lyr. Abul. q. 19. Pericula fugimus, dum sceptra, & purpuram fugimus. Caiet. Periculis alios obiicimus, vt liberemur. 2. Reg. 15 30. Pænitentiæ insignibus Dei supplicia effugimus.

Sisara autem fugiens: peruenit ad tentoriam Iabel uxoris Habér, erat enim pax inter Iabim Regem Azor, & domũ Haber.

4

Virtus etiam ab hostibus laudatur, & amatur.

MAgnæ authoritatis familiam fuisse oportuit, cum qua rex potentissimus pacis fœdus inierit. Sed cur is, qui Israelitarum hostis infensissimus erat, vni Cinæorum familiæ societatis, atque amicitiæ fœdere iungebatur? Quia eorum virtutem admiratur, ac suspicit, vt videre licet in Herode, á quo cum filia Herodiadis peteret caput Baptistæ, *Contristatus est* Mathæi cap. 14. n. 9. vbi Theophilatus & Chrysostomus. *Talis res est virtus, vt nequam etiam homines, & admirentur, & laudent &c.* Propterea regina illa apud Balthasarẽ tantopere Danielem commendat. *Est vir in regno tuo, qui spiritum Deorum Sanctorum habet* Daniel cap. 5. n. 11. vbi Interlinialis. *Vbique sunt virtuti sua præmia, vnde Danielem fœmina barbara tãtis laudibus prædicat &c.* Quod etiã de tribus pueris Nabucdonosor, dixit Chrisost. hom, 6. ad populum *Quando dixerunt, Diis tuis non seruimus, fornace sæuius accensus est postquã vero per ipsa opera hoc ostonderunt, non tantũ non indignatus est sed laudauit, & admiratus est, quod sibi nõ obedißent; tantum virtus bonum, quod, & ipsos hostes habet admiratores, & laudatores &c.* Dauid etiã, cum Abner dux exercitus aduersarij, insidijs circumuentus occubuisset, & honorifice sepeliuit, & verbis amplissimis cõmendauit 2. Reg. c. 3. n. 33. Amb Apologia 1, Dauid c. 7. *Quo facto docuit etiam aduersarijs fidem promißam eße seruandã, honorãdã quoq; & in hoste virtutẽ.*

Mat. 14. 9. Theop. Chrisost.

Dan. 5. 11. Virtus vbique æstimatur.

Chrisost. hom. 6. ad populum.

Ipsos hostes laudatores habet virtus.

2. Reg. 3. 33. Fides etiã hosti seruãda: virtus in illo etiã honorãda.

5

Præterea Cinæos Deus tutabatur, illisq; Iabim, ac Sisaram consiliabat, vt palã fieret eos, qui diuinis legibus hærent, non modo à Deo sed ab hominibus etiã grandem inire gratiã. Hac de causa dedit Deus gratiã Danieli, & misericordiam in conspectu principis Eunuchorum Daniel cap 5. n. 9. Hieron. *Viles cibos præposuerat Regis epulis ideo gratiam in conspectu Principis à Deo promeruit &c.* Deinde vt appareret quantum Israelitis præstabat alienigena, in diuina lege constantior, atq; adeo Deo gratior. Simili de causa

Diuinæ legis obseruatores hominibus etiam grati.

Dan. 5. 9. Hieron.

In quocũque honorat Deus pietatem.

sa voluit Deus, vt arca maneret in domo Obededom Gethei. 1. Par. c. 13. n. 13. *Ostendens*, inquit Theod. *Se non nosse differentiam Israelitæ, & alienigenæ sed solā honorare pietatem, effecit vt domus abūdaret omne genus benedictionibus &c.*

1. Par. 13. 13. Theod.

6 Adde quod Iabin reuerebatur in Haber, eiusque familia illam, quam diximus rerum, diuitiarumque dispitientiam cuius causa Pharaoni Moyses terribilis erat vt loquitur Ambrosius in psalmo 118. *Fugiendo potentiā potentior factus est; factus est enim in Deum Regi Pharaoni; factus est illi Deus, hoc est regi ipsi terribilis, quem metueret, & timeret. sed hæc erat potentia sanctitatis.* Et infra. *Et tu si vis tāquam Deus peccatoribus esse terrori: regibus reuerentiæ, vt tanquam Deo tibi videantur esse subiecti, contemne, quæ sæculi sunt, & Dominicæ passionis opprobriū contende omnibus præferre diuitijs &c.* Et Chrisostomus ad Hebræos cap. 11. homilia 26. *Tabernaculorum contextor erat Paulus, & ei sacrificabant tanquam Deo &c.* Eodē spectat illud Hieronymi ad Nepotianum. *Iudex sæculi plus deferet clerico continenti, quam diuiti & magis sanctitatē tuam venerabitur, quā opes &c.* Nescio enim quæ pulchritudo paupertati inest, vt omnes ad se alliciat. Inde Christus cū discipulos mitteret, præcepit eis, ne quid tollerēt in via, Mar c. 6. n. 8 *Nolite possidere aurū &c.* Mat. c. 10. n. 10. Theoph. *Docens quod his, qui illos vidēt, grati sint futuri, cū agnouerint paupertatē tantā. Quis enim viso Apostolo, qui neq; perā neq; panē qui maxime necessarius est, tollat, non bene afficeretur &c.* Simile habet Euth. Hæc illa pulchritudo, per quā Apostolorū pedes speciosos dixit Diuus Paulus ad Rom. c. 10. Diuus Greg. *Speciosi erant, quia non sua commoda quærebant: speciosi erant quia terreni lucri inquinamenta ex ipso suæ operationis incessu non contrahebant &c.* Et Hugo. *Speciosi, quia vix terrā tangebant &c.* Ideo ergo *desiderabiles; seu appetibiles*, vt est in Hebræo.

Diuitiarū dispicientia reuerētiam comparat. Ambr. ps. 118. Tenet reges. Deos facit. Chrysost. Hieron.

Paupertatis pulchritudo omnes allicit. Marc. 6. 8. Mat. 10. 10. Theop. Euth. Speciosi apostolorū pedes quia pauperes. Rom. 10. Greg. Hugo.

Egressa igitur Iahel in occursum Sisaræ, dixit ad eum Intra ad me Domine mi, intra ne timeas.

Versus 18. & 19.

HIs verborū vsa blanditijs, vt omnē illi metum, ac suspitionē adimeret

ret;

ret: Vtrum his vtendo peccauerit? vide apud Abul. q. 25. & Serariū c. 21. Sanè vt Sisaram occidere iustū fuit ita licitum in fraudem pellicere. Dominū suū appellauit, vt blandius proderet amantis affectum. Inde est, quod rogantibus in cæna discipulis. *Num quid ego sum Domine?* Solus Iudas amari, ac perfidi cordis, vt ait Rupert dixit. *Nunquid ego sū Rabbi?* Mat. c. 26. n. 25. *Solū hoc dicere magister, siue Rabbi & non dicere Domine, cordis est longuinqui, idest, longe remoti a familiaritate dilectionis &c.* Huiusmodi ergo blāditijs, & affētatiūculis vsq; eo progressa Iahel, vt Sisaræ caput infregerit, clauoq; transfixerit. Propterea Dauid adulationis insidias metuens dicebat: *O leū autē peccatoris nō impinguet caput meum* Ps. 140. n. 5. Quidam apud Genebr. legunt: *Non franget caput meum*, idest, *ne lædat, ne obtundat caput meū* vt ipse explicat. Nam bonis caput obtūdit, ac frangit adulatio, quia molesta est: malis verò, quia dulce, venenū siue iaculū est. Inde Diuus August. ad illa verba. *Auertātur statim erubescentes, qui dicūt mihi, Euge, euge,* Psal. 69. n. 4. Persecutores vocans adulatores. *Plus*, inquit, *persequitur lingua adulatoris, quam manus interfectoris &c.* Et infra adulationem camino æquiparat. *Certe* inquit, *cum de persecutione loqueretur Scriptura dixit: Tanquam aurum in fornace probauit illos; de martyribus interfectis. Audi, quia & lingua adulantium talis est. Probatio, inquit argenti, & auri ignis, vir autem probatur per os adulantium eum &c.* Ita quod caminus martyribus, hoc efficit adulatio. Vnde incertus Author apud August. Epist. 17 ad Demetriadem. *Adulatores*, inquit, *vt inimicos caue, corrumpunt fictis laudibus leues animas, & male credulis mentibus blandum vulnus infligunt &c.* Hieronymus aduersus Iouinianum. *Pulchre adulator apud Philosophos definitur, blādus inimicus &c.* Quia vt ait Laurentius Iustinianus de paupertate c. 2. *Amicus in obsequio hostis in animo est &c.* Propterea Christus Dominus iniurias, quā adulationes animo ferebat æquiori, nā Pharisæis conuiciantibus taccebat, adulātibus irascebatur. Dicentibus enim *Magister volumus a te signum videre* (*putarant*, inquit Chrysostom. *assentatiuncula ipsum allicere*) Respondit: *Generatio mala, & adultera signum quærit &c.* Matthæi capite 12. nu. 39. vbi

Abul. q. 25. Serar. c. 21.

Hoc verbum, Domine, amorem indicat.

Rupert.

Mat. 26. n. 25.

Insidiosa verba adulatoris.

Ps. 140. 5.

Genebr.

Adulatio bonorum caput frangit.

Ps. 69. 4.

Adulatores persecutores.

Adulatio camino similis.

August.

Adulatores, tāquā hostes fugiendi.

Hieron.

Adulator blandus inimicus.

Laur. Iustin.

Æquius fert Christus iniurias, quam adulationes.

Chrysost.

Adulatoribus irascitur.

Mat. 12. 39.

Idem hom 44. vbi Chrysostomus homilia 44. *Cum illi asperè, atque contumeliose interrogant, mansueté ac leniter respondet, dum verò assentantur, non mediocri vtitur acrimonia, omni se perturbatione superiorem ostendens &c.* Ipse verò Christus adeo nulli vnquam adulatus est, vt cum Ierosolimam triumphans intrasset, nullum in tanta vrbe, saltem vnius noctis hospitium habuerit. *Relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Betaniam.* Matthæi cap.21.n.17 Diuus Hieronymus *Quod tanta fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenirit mansionem, sed in agro paruulo apud Lazarum sororesque eius habitaret &c.* Similia vide apud Rupertum: Ita nullibi veritas, vbique hospitio excipitur adulatio. Timēda ergò quæ vulneri patet, exemplo Sisaræ, qui àures adulationi, clauo caput, ac morti dedit. Salubrius illi, qui vera, non blanda dicentes, percutiūt, vt medeātur. De quibus Philo Carpath. ad illa verba *Inuenerunt me custodes qui circumeunt ciuitatem, percusserūt me, & vulnerauerunt me* Canticorum 5.n.7. *Hi sunt*, inquit, *qui sanctissimé cadunt, & salubérrimé vulnerāt; ab his cupiāt peccatores sibi vulnus salutis infligi: ab his enim satius est ad tēpus occidi, quā ab adulantibus ad gehenā exosculari &c.* Ingressus Itaq; Sisara tabernaculū.

Christus nulli adulatus.

Math.21 17.

Adulandi occasionē fugit.

Hieron.

Rupert.

Hospitiū non inuenit veritas, inuenit adulatio.

Veritas percutit, vt medeatur.

Dixit ad eam: Da mihi, obsecro paululum aquæ, quia sitio valde.

Cursu, æstu, sudore, sitis exarserat, cui leuandæ frigidam poscit. Vide diuitis egestatem, haustum frigidæ postulat more mendici: *Da mihi obsecro paululum aquæ*: Quæ alia mendicantiū vox. Ita locutus Achab ad Naboth. *Da mihi veniam tuam, vt faciam mihi hortum olearum.* 3. Reg. c. 21. n. 2. Ambros. de Naboth. c. 2. *Quæ alia vox egentis est? quæ vox alia stipē publice postulantis? nisi da mihi, idest da mihi, quia egeo.* Et supra. *Ille Regni opibus affluebat iste angusti soli cespitem possidebat, nihil pauper de possessionibus diuitis concupiuit: Rex sibi egere visus est, quia vineam habebat pauper vicinus: quis igitur tibi pauper videtur, qui contentus est suo, an qui concupiscit alienū? &c.* Dauid etiā rex designatus, eo redijt egestatis, vt pueros mitteret, qui nomine suo vitæ necessaria peterēt à Na-

2.

Fortuna omnes facit paupe-res.

3. Reg. 21 2.

Amb.

Ille diues qui suo cōtentus viuit.

Inuidia pauperes efficit.

Nemo adeo diues, qui non mendicet.

à Nabal. *Quodcumque inuenerit manus tua da ſeruis tuis, & filio tuo Dauid.* 1 Regum cap. 25 n. 8. Theodoretus q. 54. *Quid differunt hæc verba à verbis, quibus vtuntur Mendici &c.* Ita Semper diues, ac multo magis auarus eget. Idem Ambroſius cap. 12. *Pauperiorem ſe iudicans omnis abundans, quia ſibi deeſſe arbitratur quidquid ab alijs poſſidetur: toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditates &c.* Sané diuites, & in hac, & in altera vita pauperum indigent. Ita rex Iſrael, quod ſupra tetigimus, Eliæ pauperis indigebat, vt videre eſt apud Chriſoſtomum homilia 17. ad Populum. Et diues ille epulo orabat Abraham vt Lazarum mitteret, qui intincto digito linguam refrigeraret æſtuantem. Lucæ cap. 16. n. 24. Nazianzenus. *Pro huius vitæ voluptatibus, & delitijs, Lazarique eſurientis, & vlceroſi contemptus hanc mercedẽ referebat vt illic Lazaro opus haberet &c.* Ideo Chriſtus diuites adhortatur, eleemoſinas dent pauperibus, vt eos in æterna recipiant tabernacula Lucæ cap. 16. n. 9 Diuus Bernardus in declamationibus. *Quid niſi ſperarent ab his recipi, qui claues videntur habere &c.* Cur aquam pecierit

1 Reg. 25 8.

Theod. q. 54.

Amb. c. 12

Auarus ſẽper eget.

Diuites vbique pauperum indigent.

Chryſoſt.

Luc. 16. 24.

Nazian

Luc. 16. 9.

Diuites per eleemoſinam cælum cõparant.

D. Bern.

Siſara ratio in promptu eſt & quia in ſiti gratior, & quia parabilior, nulliuſque ſumptus eſt. Inde Chriſtus Dominus, ne quis inopiam in danda eleemoſina cauſaretur, mercedem promiſit ei qui vni è minimis ſuis calicem aquæ frigidæ propinaret: Mat. 10. n. 42. Hieron. *Frigidæ, inquit aquæ, non calidæ, ne in calida paupertatis ex penuria lignorum occaſio quæreretur &c.* Et Caietanus Nã *qui potum non vini, ſed aquæ frigidæ, vt nullum laborem, aut ſũptum fecerit calefaciendo, dederit, non perdet mercedem ſuam &c.* Itaque *Siſara*, inquit Abulenſis q. 19. *vt minus peteret, petiuit modicum de aqua Iahel autem, vt eſſet vrbanior, & ſeruiret illi Principi, obtulit ei lac &c.*

Clau s cæli habẽt pauperes.

Mat. 10. 42.

Hieron.

Caiet.

Vt detur eleemoſina, non opus ſunt diuitiæ.

Abul. q. 19.

In miſerijs maiores humiliores ſunt.

Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere.

3

SIue vt maiorem erga illum humanitatem præſe ferret, cum gratiſsimæ potionis genus offerret, ſiue quia inter Haber tabernacula, neque vinum neq; vini vſus erat: Hinc enim Ionadab ex eadem Cynæo rum ſtirpe, quam poſteris deinde tradidit Ieremiæ

Optimi viri in Scriptura vini abſtinẽtes

cap 35. vini didicit abstinẽtiam. Sic & Abraham tribus Angelis lac obtulit, & butyrum Geneseos cap. 18. n. 8. de quo Ambrosius ca. 5 de Elia, & ieiun. *At non Abraham vina in suo conuiuio ministrabat, sed immolabat vitulũ, butyrum, & lac etiam angelis hospitibus exhibebat, cæli Dominum, mũdi agnoscebat autorem, vinum tamen exhibere non poterat &c.* Quis ergo melius Sisaræ caput transfigeret, exituque felici victoriam clauderet, nisi illa, quæ sibi, ac vini abstinens erat, Quod de Iudith eleganter etiam scribit Ambrosius ibidem c. 9. *Sobrij vigore consilij abstulit Holofernis caput; victoriam reportauit hæc enim succincta ieiunio in castris prætendebat alienis, ille vino sepultus iacebat vt ictum vulneris sentire non posset itaque vnius mulieris ieiunium innumeros prostrauit exercitus &c. Elias ipse*, inquit Augustinus sermone 33. ad fratres in Eremo, *Tandiu miracula fecit, quandiu pane, & aqua refectus est: sed postquam carnes comedit, & vinum bibit in saturitate miracula non legitur fecisse &c.* Et de Christo Domino dicitur in psal 109. n. 7. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Vbi Chrysost. *Non modo nihil ei detrimẽti attulit hæc tenuitas, sed etiam ad ineffabilem euexit altitudinem &c.*

Gen. 18 8
Ambr.
Lac hospitibus ministrabant.
Mulier egregia vini abstinẽs.
Ambr.
Mulier sobria vincit exercitus.
August. ser. 33. ad frat.
Miracula non facit Elias post vini potionem.
Ps. 109.
Chrysost.

Tulit itaque Iahel clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum.

Versus 21.

Clauũ trabalẽ (siue ligneus fuerit, vt vult Origin. & August. siue ferreus, vt scribit Ioseph,) tempori, quæ pars capitis mollior, Sisaræ dormientis admouit Iahel: deinde malleo tam alte adegit, vt cranium transfossum terræ affixerit: Quo iure vide apud Abulensem q. 25. Ita Deus fæminæ manu, & opera humiliauit Iabin, vt infra dicitur. Nam vt loquitur Saluianus cap. 7. de gubernatione: *Quando euidenter intelligi Deus voluit magna opera à se patrari, aut per paucos, aut per infirmos acta res est, ne opus Cælestis dexteræ virtuti assignaretur humanæ. Ideo quidẽ & Dux Sisara, quẽ Hebræus timebat exercitus a muliere prostratus est &c.* Nã grauior ignominia per fæminã, & à fæmina vinci. Vnde imprecatio illa Dauid. *Fac illis sicut Madian, & Sisaræ: sicut Iabin in torrente Cison*, psal. 82. n. 10.

Orig.
August.
Ioseph.
Abul. q. 25.
Deus magna opera per infirmos patrat.
Salui. c. 7. de Gub.
Grauis ignominia a fæmina vinci.
Ps. 82. 10.

Hieron.

n. 10. vbi Diu Hieron. *Quoniam superbia ipsorū vsq; ad te eleuata est, propterea te deprecor, vt ad ignominiam suā, nō á viro uincantur, sed à muliere &c.* Ideo Abimelec, cuius capiti mulier desuper molæ fragmen illiserat, dixit armigero suo: *Euagina gladiū tuū, & percute me, ne forte dicatur, quod a fæmina interfectus sim.* Iudicū c. 9. n. 54. Vbi Abul. q. 52 *Quia ipse erat superbus valde, nō solum puniuit eum Deus priuādo vita, sed etiam faciendo, quod caderet manibus mulieris.*

Supe. bus dolet vinci a fæmina.

Iudic. 9. 54

Abul. q. 52.

Superbos ignominia punit Deus.

2

Eadem ignominia punijt Dæmonem, vt eius animos, ferociamque contunderet. *Inimicitias ponā inter te, & mulierem; ipsa conteret caput tuum.* Geneseos capit 3. num. 15. Vbi idem Abulensis. *Hæc magna pæna Diaboli, quia superbus est, superbi autem valde dolent, quando aggrediūtur, & vincuntur maxime á sexu fragili &c.* Consule eundem c. 13. Geneseos quæstione 717 Vbi quærit, cur non dixerit Deus. *Inimicitias ponam inter te,* & virum, *sed mulierem?* Et eandem subijcit rationē Quæ verba de virgine beata vulgo Patres intelligunt præsertim Diuus Bernard. homil. Super missus est. *Cui hec seruata victoria est, nisi Mariæ? vt qui vicerat per fæminam, vinceretur per ipsam &c* Eodem sensu dixit Vagao *Vna mulier Hebræa fecit cōfusionem in domo regis Nabucdonosor* Iudith. cap. 14 n. 16. de qua Pelusiota Epistola 87. *Iudith pro castitatis præmio hoc à Deo accepit, vt tyranno necem afferret &c.* Quod illi Assirijsque ignominiosissimū fuit, vt & Petro, cum ad uocem mulierculæ Christum negauit Matthæi cap 26. Ita fragilitatem eius declarari conueniebat, qui de se iactanter nimis præsumpserat, vt loquitur Iansenius c. 139. Tandem ipsi Apostoli genere fæmenino aliquando dicūtur. *Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem.* Prouerbiorum cap. 9: n, 3. *Super mōtem excelsum ascende tu, qui* (alij: *tu, quæ*) *Euangelizas Sion.* Isaiæ cap. 40. n. 9 *Dominus dabit verbum Euangelizantibus* psalmo 67. n. 12. Hieronymus ex Hebræo *Annunciatricibus fortitudinis plurimæ &c* Clarior enim futura victoria quæ à tam imbecillis, ac velut effæminatis rationibus pararetur. Vide Pinedam in Iob cap. 40. versu 24.

Gen. 3. 15. Abul.

Superbi dolent vinci ab infirmis.

Idem Gen. 13. q 717.

Vag. Iudit 14. 16.

Pelus. Epis. 87.

Castitatis præmium tyrannum vincere.

Mat 26.

Quia se iactauerat Petrus, á muliere uincitur.

Ians. c. 139.

Prou. 9. 3

Isai. 40. 9

Clarior victoria per infirmos cōparata.

Hieron. Ps. 67. 12

Pined. in Iob. 40. vers. 24.

CAPVT V.

Epinitium concinitur, ſeu carmen triumphale, Debora, & Barac verba præeuntibus.

Ceciner untque Debora, & Barac filius Abinoë in illo die.

Verſus 1.

Sancti ac ceptis beneficijs Deum laudant. Cart. Exod. 15. Deut. 32. Num. 21. 1. Reg. 2. Iudith. 16 2. Reg. 22 Iſai. 38. Dan. 3. Ioan. 2. Hab. 3.

SOLEBANT viri Sancti, vt hic aduertit Carthuſianus, acceptis á Deo beneficijs in laudes, hymnosque prorumpere. Ita cecinit Moyſes, Pharaone ſubmerſo, Exodi 15. Et lata lege, ſeu promulgata, Deuteronomij c. 32. Ita filij Iſrael, viſo puteo. Numerorum cap. 21. Anna, Samuele nato 1. Regum cap 2. Iudith trucidato Holopherne cap. 16. Dauid in die, qua liberauit eũ Dominus de manu omniũ inimicorum ſuorum 2. Regum cap. 22. Ezechias cum conualuiſſet ex infirmitate Iſaiæ cap. 38. Hebræi pueri è flammis erepti Babylonicis. Daniel cap. 3. Ionas è tẽpeſtate liberatus cap. 2. Habacu præuiſa Diuini Verbi incarnatione, cap. 3. Virgo Sancta, concepto Chriſto Lucæ cap. 1. Zacharias, nato Ioanne ibidem. Simeon denique accepto in vlnas infante cygnæum illud cecinit Luc. cap. 2. *Ita Debora,* inquit, Chryſoſtomus in 5. Iſaiæ. *Erecto illo admirabili tropheo partaque præter omnium opinionem victoria, practexuit triumphale canticum, laudem totius vni Deo adſcribens &c.* Hanc enim pro datis beneficijs vſuram Deus exigit. Vnde quod Ezechias ante morbum Dei muneribus gratiarum actione non reſponderet, *ægrotauit vſque ad mortem.* Iſaiæ cap. 38. nu. 1. Hieronymus *Tradunt Hebræi ideò ægrotaſſe Ezechiam, quoniã poſt auditam victoriam Iudæorum, & Aſſirij regis interitũ,* non.

Luc. 1. Luc. 2. Chryſoſt. in 5. Iſai. Pro beneficijs laudes poſcit Deus. Iſai. 38. n. 5. Punit Deus gratias benefi iorum nõ habentes.

non cecinerit laudes Domino, quas cecinit Moyses, Pharaone submerso, & Debora, interfecto Sisara.

2 Vera trophæa post bellū Dei laudes.

Solent imperatores, parta victoria, arcus erigere triumphales, Debora, & Barac loco trophæi, ac fornicis triumphalis, laudes concinunt Deo. Ita Chrysostomus in psalmo. 95. *Debora, inquit, prostratis in bello hostibus, pro maximo quopiam tropheo erexit hymnum victoralē &c* Quod etiam in Theodosio maximè commēdat Ambrosius Epistola 58. *Alij imperatores in commemorationē victoriæ arcus triumphales parari iubent, aut alia insignia triumphorum: clementia tua hostiam Deo parat, oblationem, & gratiarum actionem per sacerdotes celebrari Domino desiderat &c.* Vnde, quia Dauid, parta, ē Syrijs victoria, arcum sibi triumphalem erexit, oblitus dictæ gloriæ, laudisque, iuxta illud: *Fecit sibi Dauid nomē, cum reuerteretur, capta Syria in valle Salinarum.* 2. Regum c. 8. n. 13. Ideo Deus illum puniuit, vt existimat Caietanus ad illa verba. *Dedisti me tuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus* Psalm. 59 n. 6. In Hæbreo. *Signum ad insignitis esse à faciebus veritatis Intellexit, inquit, Dauid displicuisse Deo quod ipse insigniset se facie vanitatis faciendo sibi nomen subacta Syria, & quod per hanc suam vanitatem Deus puniuit ipsum rebellione Idumææ.* Et infra, *Debebatur enim memoria victoriæ Deo, nō ipsi Dauidi. Quoniam Deus erat pugnans pro ipso &c.* Idque significat titulus eiusdem Psalmi. *Vincenti super lilium testimonij Dauid.* Vbi idem Caietanus. *Huiusmodi enim titulum gloriæ suæ lilium, rosam, seu florem testimonij, appellauit, eo quod omnis gloria humana, sicut flos agri; ita quod à vanitate facti appellauit florem testimonij suæ victoriæ &c.* Nā gloria, quæ Deo non redditur, floris instàr marescit ac moritur, quæ Deo adscribitur pulchrior semper vernat.

Chrysost. in ps. 95.

Ambr. epist. 58.

Victoriæ gloriam Deo, non sibi, quisq; tribuat.

2. Reg. 8 13.

Ps. 59. 6. Punit Deus superbientes e victoria.

Ps. 59.

Caiet.

Gloria humana tan. quam flos aret.

Gloria Deo reddita, nunq, nā marcescit.

3 De isto Deboræ cantu interpretantur nonnulli verba illa, *Nephtali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis* Geneseos cap 4 n 21. Quasi Iacob prophetico iā tunc præuiderit lumine Barac è tribu Nephtali, cum cerui instar emissi idest prōpte, atque expeditè ad bellum contra Sisaram ijt, vnaque cum Debora Deo cecinit laudes, quæ dicuntur eloquia pulchritudinis. Ita quidam apud Lyram Abulensem. Brixianum, cui sen-

Gen. 49. 21.

Laudes Dei eloquia pulchritudinis.

Lyr. Abul. Brixian.

tentiæ hæret Caietanus. Verosimilius tamen prophetiam intelligendam de præcocibus terræ Nephtaliticæ fructibus, è quibus quod in vberiori solo felicius, ac maturius prouenirēt, fieri solitæ oblationes primitiuorum. Vnde sacerdotes, ac leuitæ pulchras Deo laudes reddebāt vt mauult idē Lyranus, Abulensis, Hugo, & alij. Laudes quippe Dei, quo maturiores, siue priores, eo pulchriores, & quo properant agi gratiæ, gratæ magis.

Caiet.

Laudes Dei quo priores, eo pulchriores.

Lyran. *Abul.* *Hug.*

4 Author huius cātici Debora, quæ illud, spiritu Sancto dictante composuit; Barac succinuit alternatim. Qui mos alternis concinendi habuit initium iā inde à Moyse Exodi cap. 15 vel etiam à supernis virtutibus, ac Seraphim, qui apud Isaiam cap 6. alter ad alterum clamant. Vbi Cyril. obseruat vrbanitatē beatorum spirituum, dum alter ad alterum canit, non quod fatigentur, sed vt se mutuo honore præueniāt. *Gloriam*, inquit, *decantant alternis vicibus, non quia defatigentur, sed honorē sibi mutuo cedunt, & vicißim doxologias canunt, omnia enim supernæ ordinate, ac decenter fiunt &c.* Pluribus in hoc cantico Debora diuinas in laudes spatiatur, quia solem ne Sanctis fæminis cum hominibus parce; cum Deo, ac de Deo vberius loqui vt videre licet in Beata Virgine, quæ cum angelis, atque hominibus loquuta parcissimè in cantico illo. *Magnificat*, fusius cecinit, ac prolixius. Vide Salmeron tom. 3. tractatu 11. Quod etiā aduertit Diuus Bonauētura in speculo Beatæ Virginis, colligens omnia verba quæ fecisse dicitur, dum viueret. *Septem*, inquit, *mellis stillæ sunt, septē dulcißima verba Mariæ, quæ ad Angelum, ad hominem, & ad Deum legitur habuiße; duo ad angelū, duo ad hominem; tria ad Deum: plus ergo cum Deo, quam cum Angelo, vel cum homine locuta est Maria &c.*

Alternis canere vnde ortum.

Exod. 15.

Isai. 6. *Cyril.*

Angelorū vrbanitas inter se.

Fæminæ cum viris parce, cum Deo effuse loquantur.

B Virgo solūDeum fuse alloquitur.

Sal. t. 3. trac. 11. *Bonau.*

Septem verba Mariæ, septem mellis stillæ.

5 De genere metri, cū poesis Hebræa perierit, nihil est, quod dicamus, illud obiter quæsierim, cur Dei laudes cantu & carmine celebrauerit: An vt Dei beneficia, quæ in hoc cātico cōmemorātur animis altius inhærerent? Quo sensu Dauid Dei iustificationes & præcepta cātabat. *Cātabiles mihi erāt iustificationes tuæ* ps. 118. Ambros. *Quæ enim bene tenemus, cantare consueuimus, & quæ melius nostris*

Dei laudes carminibus celebranda.

Quæ carminibus cantamus facilius recordamur.

Deut, 32.

nostris adhærent sensibus; Et in præfatione psalmorũ. *Moyses cum legẽ Domini legißet, quo eius memoriam pectoribus affigeret audientium, per canticum locutus est*, Deuteronomij cap 32. & infra. *Vt salutem suam cælestis sono gratiæ concinentem auidius mundus audiret, & Sacræ suauitate dulcedinis in æternam legis obseruantiam mentibus inoleret humanis &c*. An vt suauitatem, quæ diuinis hauritur ex laudibus significaret? Ideo psalmos & cantica dicit Chrisostomus introducta. *Deus enim*, inquit in psalmo 41. *Volens gratiorem laborem efficere, eiusque sensum præscindere, melodiam admiscuit prophetiæ, vt omnes versus cantici numero delectati, cum magna animi alacritate, ac promptitudine sacros ei hymnos emittant, &c*. Vide etiam Iustinum quæstione 117.

In Dei laudibus maxima suauitas.

Chrisost. ps. 41.

Carmen Dei laudibus addit suauitatẽ.

Iustin. q. 117.

Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculũ benedicite Domino.

Versus 2.

1 Pagn.

IN Hæbræo additur iuxta Pagnium: *Dum vlciscitur vltiones in Israel, dum sponte se offert populus, benedicite Domino &c*. Idest, vt explicat Vatablus: *Dum sumit pœnas Deus de Israel propter peccata. & dum populus sponte sua arma sumit, vt se se defendat &c*. Quasi dicat *Tempore afflictionis, & liberationis, tempore calamitoso & felici laudate Dominum &c*. Itaque soli qui se propria voluntate belli discrimini obtulerunt, inuitãtur ad benedicendum Dominum, vt etiã aduertit Lorin in ps. 0. n. 14. in Hebræo non est nomen *in Israel* sed interpres aptè ad rem reddidit, cum sermo esset de spontaneis, quorum peculiaris quodammodo Deus est, iuxta illud *Benedictus Dominus Deus Israel* Lucæ cap. 1. numero. 63. Quomodo Deus Israel appellatur, cũ totius generis humani Deus sit, & author? Euthymius *Deus Israel dicitur, quia aliorum quidem hominum omnium Deus est, quia sponte sua, & volentes eũ Dominũ agnoscũt, &c*. Ex Israelitis verò hic Debbora cõmẽdat precipuè illos, qui se belli discrimini obtulerũt, eisq; bona precatur omnia. Sic redintegrata vrbe, ac templo, cũ hostibus vndique imminẽtibus, nemo

Solis spontanei Deũ perfecte laudant.

Vat.

Lor. ps. 0. 14.

Deus, spõtaneorum peculiariter Deus.

Luc. 1. 63.

Euth.

Spontanei benedicuntur. 2.Esd.11.2. Lyr.

nemo auderet habitare Ierusalem. *Benedixit populus omnibus virisqui se sponte obtulerãt vt habitarent Ierusalem* 2. Esdræ cap.11.n.2.vbi Lyra *Benedixit imprecando eis bona, eo quod sponte se offerebant periculis &c.* Propterea etiam à Dauid tantopere honoratur

Tres fortes a Dauid honorati,quia spontanei.

virtus illa trium fortium, qui aquæ de cisterna Bethlemitica per medios hostes media que pericula hauriẽdæ se obtulerunt voluntariè 2. Regum cap.23. Nam vt ait Ambrosius in Apolog

2.Reg 23. Ambr.

1.Dauid cap.1 *Exercuit subditos ad virtutis officium, vt etiã per pericula regali imperio voluntarij milites obtemperarent &c.* Atque adeo voluntarium sibi militem elegit Christus vt videre est apud eundem Ambrosium 1. de Iacob. c. 3. Quanti apud Deum meriti sint opera voluntaria supra ostendimus, & indicat angelus ille, qui apparuit Danieli. *Ex die*, inquit, *primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos* Daniel cap. 10. num 1[illegible]. Vbi Theodoretus. *Hinc docemur, quantum nobis volũtaria prosit afflictio, etenim Beatus Daniel cum voluntario se ipsum afflixisset ieiunio, & Dominum quæsisset, statim exorauit, & voti sui compos factus est.* De his infra redibit sermo. Rupertus cap. 8. Hæc verba ad eos refert, *Qui non contenti*, inquit, *acceptasse præceptum, vt fortius pugnarent, secuti sunt & consilium, sponte offerendo animas suas, spõte inquã, & ex voto gratuito: cum rebus, & possessionibus ipsis, quas pro Domino reliquerunt, suas quoque obtulerunt animas &c:*

Voluntarium militem sibi elegit Christus. Ambr.

Voluntarij vt o sãt statim exorant. Dan.10.12 Theod.

Rupert.c. 8.

Benedicite Domino.

2 Chrysost. ps148.

Est hoc Sanctis in more positũ, inquit Chrysost in psalmo 148. *propter pium, & gratum suum animum, vt cũ Deo sunt acturi gratias, accersãt multos laudum socios & hortentur, vt hoc pulchrum munus secũ obeant &c.* Cuius rei Exempla ibi vide. Iubet verò Domino benedicere, nihil sibi totum Deo tribuere, iuxta illud, *Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo*, idest, *maledixerint*. Iob. cap. 1. n, 5. Petrus Blerensis. *In corde suo Deo maledicit, qui quod a Deo habet, sibi, & non Domino adscribit &c.* Diuinis mutus in laudibus, loquax in suis, Cõtra, quam fecisse dicuntur filij Israel, postquã de quinque Regibus triumpharũt iuxta Septuaginta, *Reuersus*

Dei laudatores plurimos sibi optant socios.

Deo maledicit, qui quod Dei est, sibi adscribit. Iob.1.n.5. Petr. Bler.

est vniuersus populus ad IESVM incolumis, & non mutiuit quisquam de filijs Israel in lingua sua. Iosue cap. 10. n. 21. vbi Origenes homilia 12. *Quod addidit, quia nullus mutiuit in lingua sua, hoc mihi videtur ostẽdi, quia de victoria nemo se iactat, nemo suæ virtuti, quia superauit, adscribit, sed scientes quia Iesus est qui tribuit victoriam, ipsi non mutiunt &c.*

Orig. homil. 12.

Audite Reges, auribus percipite principes &c.

Versus 3.

1. QVos nam principes intellexit, quosnam Reges Hebræorum? At tunc Hebræorum Reges nulli erant gentium externarum; At ijneque audire poterãt, nec vellent, si p[o]ssent. Reges igitur appellat, ac principes omnes Israelitas, qui ad hoc prælium inerãt, seu quia sponte animas obtulerant ad periculum, vt dixerat supra, cum Regium, ac generosum sit pericula spõte suscipere: vnde passim in Scriptura ijdem sũt principes, qui spontanei: spiritus vltroneus, qui principalis, seu quia ad audiendum Dei verbum, laudesque inuitabantur, quod regiæ cuiusdam nobilitatis est. Origenes homilia 6. reges appellat eos, qui conuocantur ad audiendum verbum Dei. *Exulta popule Dei audiens tuæ nobilitatis insignia: tu vocaris ad audiendum verbum Dei; & non vt plebs, sed vt rex vocaris &c.* Vbi sunt, qui audire verbum Dei plebeum putant, cum diuinum dixerit Christus Dominus, sic interpretans illud psalmi 8. *Ego dixi, dij estis: si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est quem pater sanctificauit &c.* Ioannes cap. 10. n. 35. idest, vt explicat Augustinus *Si vos Deos facit sermo Dei, quomodo non est Deus verbum Dei, &c* vel, vt Cyril. *Si illi Dei vocari meruerunt, qui participes facti sunt sermonis Dei: ipse sermo Dei, vnde participant, cur non sit Deus?*

Pericula sponte suscipere regium est.

Spontanei principes.

Orig. ho. 6. Qui verbum Dei audiunt reges sunt.

Ps. 8. Ioan. 10. August. Cyril.

2. Verosimilius tamen crediderim reges omnes, ac principes, vbi essent ad audiendas Dei laudes hic à Debora inuitari, quemadmodum a Psalmista. *Audite omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem, quique terrigenæ, & filij hominum* psalmo 48. nu. 1. Quorsum verò reges, ac principes potius,

Primi in dignitate, primi sint in laude Dei.

Ps. 48. n. 1.

tius, ac prius inuitat? Hugo Cardinalis. *Vocat reges, & principes ad laudē Dei, quia primi in dignitate, primi debent esse in laudibus Dei &c.* Vt de Sole dixit Hieronymus ad illa verba. *Laudate eum Sol, & Luna* psalmo 148. *Quod maius in lumine est, prius laudat &c.* Dauid tamen reges, ac principes post creaturas ratione carentes ad laudandū Deū inuitat. *Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & volucres pennatæ, reges terræ, & omnes populi, principes &c.* Psalmo 148. sed alia mente: Ne, scilicet superbiant homines, cum vel ij, qui cæteris præeunt, bestijs postponantur. Hieronymus. *Post dracones, post serpentes, post ignem, post grandinem, post bestias, & vniuersa pecora, o homo, qui tibi grandis videris de te dicitur, & non de simplici homine, sed de his hominibus, qui inter homines maiores sunt &c.* Seu quia creaturæ irrationales Deum facilius, ac libentius laudant, & audiūt, quam homines. Vnde Isaias vaticinatur contra Iudæam, & Hierusalem: ijs omissis conuertit orationem ad cælum, & terram. *Audite cæli, & auribus percipe terra, quonia n Deus locutus est.* cap. 1. n. 2. Chrysostomus. *Omissis Iudæa, ac Hierusalē verbum conferis cum cælo, & ad terram deflexo sermone: homines post habuisti differens cum elementis nulla prædicta ratione: quandoquidem homines brutis ipsis ratione vacantibus minus vtebantur ductu rationis &c.* Et vir Dei, Ieroboam stante super altare, & thus iacientes, inclamauit. *Altare, Altare, hæc dicit Dominus* 3. Regum cap. 13. n. 2. Idem Chrysostomus. *Cum lapide verba facis? Etiam, quia rex minus erat compos sensuum, quam lapis.*

Ho. ug | Hieron. | Ps. 148. | Reges ad Deum laudandū bestijs post ponuntur | Ps. 148. | Hieron. | Bestiæ Deum facilius audiūt ac laudāt, quam homines. | Isai 1. 2. | Chrysost. | Rex lapide durior. | 3. Reg. 13. 22. | Chrys. est.

3 Quam verò propriæ sint regum, ac principum diuinæ laudes præ cæteris ostēdit ipse Dauid cum regiæ dignitatis oblitus, imo nūquam minus oblitus, subsiluit ante arcam 2. Regū c. 6 n. 19. *Docens,* inquit Ambrosius Apologetico 1. cap 6. *contuitum regalis potentiæ nō habendum, vbi religioni exhibetur obsequiū &c.* Et alibi inutilem, idest, degenerem, atque ignobilem suum sanguinem dicit, & progeniē, si ei aliquando à diuinis laudibus cessare contingat. *Quæ vtilitas in sanguine meo dū descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis?* Ps. 29. n. 10. Caiet. *Vt hinc conspicias spiritualem affectum pœnitentis Dauidis, nullam æstimantis vtilitatem, nisi vel ad Dei laudem*

Propriæ regū Dei laudes. | 2. Reg. 6. 16. | Ambr. | Regalis dignitas religioni post ponenda. | Frustranea nobilitas, quæ Deum nō laudat. | Ps. 29. n. 10. | Caiet.

dem, vel ad manifestandum, quæ Dei sunt.

Ego sum, Ego sum quæ Domino canam, psal lam Domino Deo Israel.

4

Laudes Dei dupli cat affec-tus. Lyran. Paul ad Ephes. 5. n. 19. Hugo.

REpetitione se ipsam ad laudes præcinēdas excitat, & accendit: Quæ duplicatio vt notat Lyranus, duplicem innuit laudē oris scilicet, & cordis, vt apud Diuum Paulum. *Cātantes, & psallentes in cordibus vestris.* Ephesꝫos cap. 5. n. 19. Hugo sic interpretatur, vt canere sit vocis, & cordis: psallere vero operis, & vitæ, nam vt ait Chrysostomus in psalmo. 149. ad illa verba *Laus eius in Ecclesia sanctorum. Ante verba requirit gratiarum actionem, quæ fit per vitam, & bona opera, & eā deducit in chorū laudantium &c.* Et Hilarius in psalmo 146. *Deum non tā sermone, quam re, & gestis obedientia laudamus, vt mare, & terra, & cœlum Deum non tam voce, quam offitiorum suorum vicissitudine, atque obseruatione laudant &c.* Et Chrysostomus ad illud. *Laudabo Dominum in vita mea* psalmo 145. num. 1.

Chrisost. Ps. 149. n. Optimus chorus, & musica bona vita. Hilarius. Deū obedimus Deum laudamus. Ps. 145. n. 1.

Laudem dicit quæ fit factis &c. Vnde Hieronymus ibidem *Modo laudare non possum peccatis premor: quotiescumque labia in laudes Dei aperio toties illa conglutinat conscientia peccatorum &c.* Et Augustinus de diuersis sermone. 115. *Mores volo, non voces, lauda viuendo, non sonando, sed consonando &c.* Et Ambrosius, in Lucam cap. 7. *Summe & tu cytharam, vt pulsata spiritus plectro, interiorum chorda venarum boni operis sonum reddat &c.* Eo sensu dixit etiam Virgo Sanctissima. *Magnificat anima mea Dominum &c.* Lucæ capite. 1. Vbi Toletus. *Bona opera nostra voces sunt, quibus alijs declaramus Dei nostri Sancti tatem, & magnitudinem, &c.* & Salmeron tomo tertio tractatu 11. explicans, cur canticum illud decachordum appelletur. *Eo quod*, inquit, *qui seruat præcepta Decalogi, maxime aptus, & idoneus ad hoc cantandū inuenitur, operibusque ipsis satis cantat, tametsi alioquin mutus sit, & elinguis &c.* Quod videtur ab Hieronymo mutuatus Ephesꝫos. *Quanuis sit aliquis, ut solent illi appellare cacophonos, si bona opera habuerit, dulcis apud Deum cantor est &c.* Et Interlinialis hic

Hieron. Peccata Dei laudē impediūt. August. ser 115. Ambros. Bona opera chordæ suaues. Luc. cap. 1. Toletus. Bona opera voces sunt. Salmeron. Operibus canere potest etiam elinguis.

In diebus Sãgar, in diebus Iahel quieuerũt ſemitæ &c.

Verſus 6. & 7.

1 Rupert.

QVieuiſſe dicuntur ſemitæ, inquit Rupertus, *Quia tempore Sangar ducis Iſrael præocupatæ erãt ſemitæ ab inimicis, & non audebant in domum Dei libere orandi gratia aſcendere, ſed qui ingrediebantur per eas, timore inimicorum latenter, & per calles deuios aſcendebant &c*. Ita etiam Hugo, & alij: vbi notanda eſt pietas Iſraelitarum, quæ tãta erat, vt hoſtibus etiam vias publicas obſidentibus per occultos, atque inuios calles orandi cauſa in templum erumperent: & hoſtiũ immanitas barbarorũ, qui non domos, non mænia, ſed vias ad templum ducentes occuparant, vt Iſraelitas non tam bonis, ac fortunis, quam Deo, ac templo ſpoliarent Quemadmodum etiam ſacerdotes Bethel temporibus Paſchæ, & Pentecoſtes, quando per Sichem eundum erat Hieroſolymam, ponebant in itinere latrones, qui inſidiarentur pergentibus, vt magis vitulos aureos in Dan, & Bethanen, quam Hieroſolymis, & in templo Deum adorarent, vt videre licet apud Hieronymum, ad illa verba. *Quaſi fauces virorum latronum, particeps ſacerdotum in via interficiẽtium pergentes ad Sichem* Ozeæ cap 6. n. 9. ſeu vt eſt apud Septuaginta, *Abſconderunt ſacerdotes viam Domini, interfecerunt Sichim*. Laudatur igitur Sangar, quod illius tempore ſemitæ pertinẽtes ad templum, fuſis, fugatisq; hoſtibus, aliquando quieuerint: fueritque liberior in templum Domini commeatus Quo nomine commendatur Abia filius Ieroboam de quo ægrotãte Abias Propheta. *Morietur puer, & planget eum omnis Iſrael, & ſepeliet: Iſte enim ſolus infertur de Ieroboam in ſepulchrum, quia inuentus eſt ſuper eo ſermo bonus a Deo Domino Iſrael*. 3. Regum cap. 14 n. 13 Lyranus: *Quod Ieroboã volens impedire illos de regno ſuo ne ad feſta irent in Hieruſalem, poſuit homines armatos in vijs, & iſte filius Ieroboam ignorante Patre, amouit illud impedimentum, vt qui erant deuoti poſſent ire in Hieruſalem ad orandum Dominum &c*.

Hugo.

Pietas nullis parcit periculis.

Immanitas hoſtiũ templa vetare.

Hier.

Oz c 6. n 9. Septuag.

Laude dignus maxima p tinceps, ſub quo libera patent templa.

Maxime commendatur, qui deuotionis amouet impedimenta.

3 Reg. ca. 14. n. 13.

2 Vltimum locum eli gere humilitatis est Rupertus.

Quod vero Iahel ante Deboram ponitur:humilitatis causa hoc Debora fecisse dicitur, eo quod Iahel Sisaram interfecit. Ita hic Rupertus, quod etiam aduertit Diuus Bernardus de Virgine Beatissima ad illa verba, *Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre I E S V*. Actorum capite 1. num. 14. *Ita ne*, inquit, *& mulierum se se vltimā exhibebat, vt nouissima omnium poneretur infra. Merito facta est nouissima prima quæ cū prima esset omnium, se se nouissimam faciebat. Merito denique super Angelos exaltata est, quæ & infra viduas, & pænitentes, infra eam, de qua eiecta fuerant septem dæmonia, ineffabili se se mansuetudine inclinabat. &c.*

Actor. c. 1 n. 14.

B. Virginis humilitas.

Cessauerunt fortes in Israel donec surgeret Debora.

3 Vbi deest pietas deest & fortitudo

Basilius.

Hieron.

Desijt Israelitarum fortitudo, vbi desijt pietas, ac religio, *Qui enim Christum non habet*, inquit Basilius in tertium Isaiæ, *Dei virtutem, nec robur vllum habet &c*. Et Hieronymus ibidem. *Nihil apud Iudæos post passionem Domini forte, nihil validum est, sed omnia infirma & languida &c*. Vna Debora, in qua pietas, & religio, in contumeliam virorum fortis, ac validæ nomen occupat. Vt apud eundem Isaiam. *Dominator Dominus exercituum auferet à Iudæa, & Hierusalem fortem, & validam* Iuxta Septuaginta capite 3. num. 1. Basilius. Cuiusmodi erat Sara Debora, Iahel, & aliæ, quas ibi commemorat.

Iudæi post Christi passionem invalidi.

Isai. c. 3. n. 1.

Basilius.

3 Tum nascimur, cū opera insignia edimus.

Surrexisse vero dicitur, non cum nata, quod verbū *surgere* non raro significat: sed cum autor belli aggrediendi fuit, neque enim tā nascimur, cum edimur in lucem, quam cum insignia opera in lucem edimus, velut significetur animus virilis, & accinctus, quo exercitum duxit, velut quædā Dei Bellona congrediens, vt loquitur Petrus Damianus sermone 2. in Natalitia Virginis. Nullus enim ante Deboram ausus est hostibus obuiam ire. Ita & Virgo Sancta, vt Author est Diuus Bonauentura in speculo ad illa verba. *In plenitudine Sanctorū detentio mea*. Ecclesiastici c. 24. n. 16. *Detinet Dæmones ne noceāt, detinet* Filium,

Debora Bellona Dei.

Petrus Damian.

Virgo Maria nos a Deo irato & a Dæmone protegit.

D. Bonau.

Ecclesiast. c. 24. n. 16.

Filium, ne peccatores perdat, ante Mariam non fuit, qui ſic detinere Deum auderet, teſtante Iſaia Non eſt, qui inuocet nomen tuum qui conſurgat, & teneat te &c. Et Diuus Bernardus. *Nemo tam idoneus, Domina, qui gladio Domini pro nobis manum obijciat, vt tu Dei amantiſſima &c.* Et alibi vocat bellatricem egregiam in eodem ſenſu. *De ſe vero loquitur*, inquit, Hugo, *quaſi de alia, quod fit ad vitandam arrogantiam &c.* Id, quod ſolemne fuiſſe viris Sanctis ſupra monuimus. Velut fidem conciliet, magnum aliquid de ſe dictura Sicut Apoſtolus Pauli nomen, quod ſonat humilitatē, teſte Diuo Thoma, præponit ſecunda ad Thimoteum. cap. 1. *Prius*, inquit, *ponit humilia vt credantur ſublimia &c.* Et Centurio de quo Bernardus Epiſtola 42. *Quā pulchre locutus eſt beatus ille Centurio: Homo, inquit, ſum ſub poteſtate conſtitutus* Lucæ cap 7. n. 8. *Non iactabat poteſtatem quam nec ſolam pertulit, nec priorem, dicturus* quippe: Habeo ſub me milites, præmiſit: *Homo ſum ſub poteſtate conſtitutus prius ſe agnouit hominem quam potentem*, & infra. *Ita quidquid ſubinferas ſuſpectam non habemus iactantiam. &c.* Sic ergo Debora ſubſternit humilia, vt ſublimibus adſtruat fidem.

Ante Mariā nemo qui Deum placaret.
D Bern.
B. Virgo bellatrix egregia.
Hugo.
Solemne viris Sanctis arrogantiam vitare.
De ſe magna loquē; vt fidem faciat. humilia præponat.)
D. Thom.
D. Bern.
Humilitate propoſita pulchre narrantur magna.
Luc. c. 7. n. 8.

Surgeret Mater in Iſrael.

4

MAtrem ſe, non iudicem vocat, vt ſacer Hiſtoricus: inſtar Dei, qui Pater dici mauult, quam iudex, vt author eſt Chryſoſtomus ſermone 77. ad illud *Pater noſter, qui es in Cælis* Matthæi cap. 6. *Qui iudicem mutauit in patrem: amari voluit, non timeri, &c.* & Ambroſius de Theodoſio in obitu illius. *Cum haberet ſuper omnes poteſtatem, quaſi parens ex poſtulare malebat, quam quaſi iudex punire &c.* Vt enim ait Tertulianus in Apologetico. *Gratius eſt nomen pietatis, quam poteſtatis, etiam familiæ magis patres, quam domini vocantur &c.* Scitum illud Diui Bernardi in Cantica ſermone 23. ad illa verba. *Lætabimur in te, memores vberum tuorum* Canticorum capite 1. num. 3, *Audiant hoc prælati, qui ſibi commiſſis ſemper volunt eſſe formidini, vtilitati rarò. Erudimini qui iudicatis terram: diſcite ſubditorum matres vos eſſe debere, non Dominos; ſtudere magis amori, quam metui &c.* Vide Hieronymū ad

Deus mauult dici pater, quam iudex.
Chryſoſt. Matth. c. 6.
Ambroſ.
In imperatore pulchrius eſſe parens, quā iudex
Tertulian.
Gratius nomē pietatis, quā poteſtatis
Prælati ſint matres, non Domini.
Cant. c. 1. n. 3.
Studeant amori, nō timori.
Hieron.

ad illud *Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego cōsolabor vos.* Isaiæ cap 66.

Noua bella elegit Dominus, & portas hostiū ipse subuertit; clypeus & hasta si apparuerint &c.

Versus 8.

1 — Brixian. — Vt Deum deserimus illico hosti bus obrui mur. — Vatablus Pagnin.

SEptuaginta *Elegerunt*, Hebraicè *Eligebant Deos nouos, & tum habuit hostem in portis*, Idest vt explicat Brixianus: *Cum eligeret Israel Deos nouos, & verum desereret Deum, habuit hostem in portis cui resistere nequiuit clypeis, & hastis, quantumlibet multa millia essēt in Israel &c.* Ita Vatablus Pagninus, Chald & alij. Noui vero dicuntur Dij, vt vero opponantur, qui *antiquus dierum* dicitur Danielis cap. 7. vel noui; quia dæmones nouitatem amant, hac de causa diabolus primus Deum nominauit. *Scit enim Deus. quòd in quocumq; die comederitis* Geneseos cap. 3. n. 5. Vbi Hugo Cardinalis. *Nota, quod diabolus inter omnes creaturas primus nominauit Deum, similiter in Euangelio primus vocat IESVM Nazarenum, quia nouitas multum ei placet &c. Quid nobis*, inquit, *& tibi, IESV Nazarene?* Lucæ c. 4. n. 34. vbi D Ambros. *Est enim huius impudentiæ; vt inter homines aliquid primus vsurpet, & ad homines quasi nouum deferat, quo terrorem suæ potestatis incutiat & in Genesi primus Deum homini nuncupauit &c.*

Dæmones nouitatem amant. — Gen. cap. 3. n. 5. — Hugo Cardinalis. — Primus Deum nominauit Diabolus. — Luc. 4. n. 34. — D. Amb.

2 — Theod. q. 10. — Amens, qui falsos Deos, vero præfert — Impius nō differt à bestia. — August. q. 30. — Hieron. — Iudæi iumenta sūt dum Christum negant.

Alij legunt. *Elegerunt vt panem hordeaceum Deos nouos &c In quo*, inquit Theodoretus q 10. *Summam illorum amentiam per similitudinem arguit; vt enim compos mentis non habetur is, qui triticeis panibus hordeaceos antiponit: ita supra modum stupidus est, qui falsos Deos vero Deo præfert &c.* seu *quia*, vt alibi loquitur: *Nihil differt à bestia qui in impietate viuit &c.* Vide etiam Augustinum quæstione 30. vnde Deus ad Ezechielem *Sume tibi frumentum, & hordeum &c.* capite 4. num. 9. *Iudæi enim*, inquit Hieronymus, *in eo, quod videntur in vnum Deum credere, habent aliquid & frumenti: quod autem filium negant hordeo iumentorum pascuntur &c.* Vel per Deos hordeaceos, adulterinos, ac nothos intelligere: nā in lege, mulier, quæ accusabatur adulterij, in potatione redargutionis

acci-

Num. 5. 15.

accipiebat partem farinæ hordeaceæ Numerorum c. 5. n. 15 Quæ enim imitata est equos & mulos, quibus non est intelligentia, equorum, atque mulorum substentatur alimentis. Ita Hieronymus ad illa verba. *Conduxi eam mihi quindecim argēteis, & Gemor hordei.* Iuxta Septuaginta Ozeæ cap. 3. n. 2. Et Philo lib de spirituálibus legibus, *Puls adhibetur hordeacea, quo signo subnuitur adulteram nihil differre à bestijs; pudicam vero, & puram à crimine imitari vitam propriam hominibus &c.* Hieronymus vero aduersus Iouenianum. Virginitatem frumentum, nuptias hordeum vocat, & citans Ambrosium. *Didisceerat*, inquit, *Et ipse Ambrosius quia Dominus IESVS alijs panem hordeaceum, ne in via deficerent, alijs corpus suum, vt ad regnum tenderent demonstrauit.* Et infra. *Coniugium hordeo. Virginitatem corpori Christi cōparat &c.* Vt sit nimirum *frumentum electorum, & vinum germinans virgines*, Zachariæ c. 9. n. 17. *Quoniam hic sanguis*, vt ait Phascasius. *Nihil magis diligit, quam in Christo virgines &c.*

Adultera hordeo, tanquam muli, pascitur.

Hyeron.

Oz. 3 n. 2

Philo Hebreus.

Adultera a bestijs nō differt.

Hyeron.

Coniugiū hordeum est.

Virginitas frumētum electorum.

Corpori Christi cōparatur.

Zachar. c 9. n. 17.

Paschus.

3

Vel dicti hordeacij, quia insuaues, nullius bonæ frugis, aut vtilitatis. Iniquitas enim, nec reficit, nec delectat, iuxta illud. *Comedent, & non saturabuntur* Ozeæ c. 4. n. 10. Hieronymus. *Sicut justitia saturat, sic iniquitas substantiam non habens, vana comedentes fraude deludit &c.* Quo spectat illud. *Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius.* Hieremiæ cap. 31. n. 30. Hieronymus. *Obseruandum quod vitia, atque peccata vua acerba dicantur, vt comedentium dentes obstupescant & non possint eius suauitatem sētire, de quo dicitur Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.* Præferenda tamen lectio vulgata, quia cum antecedentibus, & consequētibus magis cohæret. *Noua bella elegit Dominus*, scilicet, *Insitata, & mirabilia*, Quia per fæminam triumphauit, vt ait Carthusianus, Abulēsis. Victorin. &c. Nā vt ait Petrus Damianus. *Quanquā mirabilis sit Deus in viris, mirabilius tamen, & gloriosius triumphat in feminis &c. Vel quod de inermibus fortes, & victoriosos fecit*, vt loquitur Rupertus &c.

Iniquitas insuauis.

Oz. c. 4. n. 10.

Hyeron.

Iustitia saturat.

Hierem. c 31. n. 30.

Hieron.

Peccata vua acerba.

Carth.

Abul.

Victor.

Petrus Damianus.

Gloriosius in fæminis triumphat Deus.

Rupert.

Cor meum diligit principes Israel: qui propria voluntate obtulistis vos discrimini.

Versus 9.

1 *Pagninus*

IN Hebræo, interprete Pagn. *Cor meum ad legislatores Israel* siue, *doctores*, vt habet interlinealis Rupertus. *Hoc Debora in persona Dei loquitur, quod Deus diligat legi Dei studentes &c.* Et Chaldæus. *Ego missa sum ad laudandum scribas Israel, qui quando fuit tribulatio illa non cessarunt ab interpretanda lege &c.* Quasi verò legislatores, ac Iudices bello huic suppetias ierint, cum Dei legem docebant, ac tuebantur, vt enim miles armis, ita iudex legibus tuetur Rempublicam, vt iam supra.

Rupertus. Dilecti Deo diuinæ legis studentes.

Iudex legibus Rēp. tuetur.

2 *D. Bonau.*

Diuus Bonauentura de ecclesiastica hierarchia parte 3. hunc locum adducens, existimat principes dici eos qui per obedientiam se discrimini obtulerunt: *Quia obedientes angelorum, ac principatuum* ordinem repræsentāt, *ad dignitatem*, inquit, *principatuum, & angelorum, consortium obedientiæ merito reducūtur. &c* Imó addit paulo infra, *Obedientes eius dignitatis principes esse, vt Deo quodāmodo imperent. Quandiu*, inquit, *antiqui suis præceptis simpliciter, & præcise obediebant, etiam Deū obedire humanis iussionibus, versa vicissitudine, sentiebant.* Iosue c. 10 n. 14. *Vnde patet quod qui verè est obediens summum Principē Deū sibi subijcit &c.* Idem aliter explicat, qui principes prælatos intelligens. *Qui suos*, inquit, *diligunt prælatos, a Domino, versa vice, singulariter diligi promerentur*; Sicut patet Ecclesiastici c 4. *Eris tu, velut filius altissimi obediēs, & miserebitur tui magis, quam mater &c.* Deinde subdit hunc locū. Diligi verò a se principes, qui sponte se obtulerunt discrimini, idcirco ait, quia delectationem parit obedientia spontanea. Quo sensu æternus Pater de Christo Domino dixit. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.* Matthæi cap. 17. Abulensis. q. 88. *Quia nullus vnquam homo fuit tam obediens Deo, quantum Christus, nemo tā Deo placuit, quantum Christus &c.* Vnde Chysostomus. *Neque enim diligit eum, quia genuit solum, sed quia est vnius voluntatis cum ipso &c.* Quod ipse Christus confirmat Ioannis cap. 10. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam.*

Obedientia facit principes & Angelos.

Obedientes Deo imperant.

Iosue c. 10 n. 14.

Prælatos diligētes a Deo diliguntur *Ecclesiast. cap. 4.*

Obedientia spontānea delectat.

Mat c. 17. Abul. q. 88.

Christus a patre dilectus quia obediens. *Chrysost. Ioan. c. 10.*

meam, idest, *voluntariè morior,* vt videre licet apud Caietanum, & alios. Proprium vero Pr ncipis eſſe voluntarie diſcrimini ſe offerre, ſupra tetigimus: indicatque anima illa, de qua dicitur *Quã pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis* Canticorum cap. 7. nu. 1. In Hebræo. *Filia Aminadab* Hieronymus. aduerſus Iouinianũ *Quod interpretatur populi ſeſponte offerentis, virginitas enim volũtaria eſt, & ideo greſſus Eccleſiæ in caſtitatis pulchritudine collaudantur &c.* Et in pſ. 109. *Tecũ principium in die virtutis tuæ* Caiet. vertit ex Hebræo. *Populus tuus ſpontaneus in die fortitudinis tuæ, quem conſule &c.* Quæ ſequuntur vſq; ad numerum 12. interpretatione non egent.

Principes proprium ſe diſcrimini offerre ſpontanee *Cant. 7. n. 1.* *Hieron.* Greſſus animæ pulchri ob caſtitatem *Pſ. 109.* *Coietan:*

Dominus in fortibus dimicauit.

Verſus 13.

TOtius victoriæ laudẽ vni Deo adſcribit, qui velut in prima acie dimicans eandem cum ſuis aleã ſubijt, & præſentia confirmauit. Quod de prælijs martyrũ dixit Chryſoſt. ſerm. de martyribus imitandis. *Cum pugnas, adeſt; cum dimicas, præſens eſt: tantũ enim virium de eius præſentia concipis, quantũ inimico debilitatis accedit: tibi conſpectus Dei virium adhibet incrementa, hoſti præſens maieſtas adimit nocẽdi venena.* Et infra *In tua pugna Dominus congreditur Dominus dimicat. præliatur & victoria tibi adſcribitur; certamen tuum, Dei certamen eſt. Prælium tuũ Chriſti eſt præliũ &c.* Dimicat ergo Deus in ſuis vt illorum iniurias, quas proprias ducit, vlciſcatur, ait enim, *mihi vindicta, ego retribuam*. Quæ verba ex Deuteronomij ca. 32. citat. Diuus Paulus ad Romanos cap. 12. n. 19, vbi Anſelmus. *idest omnia mala, quæ vobis irrogantur, mihi fiunt licet ſim in paſſibilis &c.* Et Hieremias capite 6. *Filia*, inquit, *populi mei, accingere cilicio, luctum vnigeniti ſac tibi planctum amarum. quia repente veniet vaſtator ſuper nos* Vbi Hieronymus & Septuaginta. *Super vos* poſuerũt: cum multo Deus miſericordius dixerit, vt quidquid ſuper ſuum venturum eſt populum, ſuper ſe quoque venire teſtetur. Vnde Saluianus libro. 8. de Gubernatione Dei. *Benigniſſimus*, inquit *ac pijſſimus Dominus communem ſibi cum ſeruis ſuis, & honorem ſimul, & contumeliam*

1 In periculis eandẽ Deus cum ſuis aleam ſubit. *Chryſoſt.*

Deus martiribus cũ militat. Dei præſẽtia ſuos cõfirmat, hoſtes debilitat. Chriſtus pugnat, Martyres triumphãt Deus noſtrarum iniuriarum vltor. *Det. 32. n. 35.* *Paul. ad Rom. 12. n. 19.* *Anſelm.* *Hirem. 6* Noſtra damna. vt propria (g) cit Deus. *Hieron.* *Saluian.* Noſtri honores, & contumeliæ Deo cõmunes.

mel am facit, ne quis cum lɶde-ret Dei seruum hominem tantū à se lædi arbitretur; Cum absque dubio iniurijs seruorum dominicorum Dei admisceretur iniuria &c. Ab eodem indulgentissimo affectu est illud. *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei* Zachariæ cap 2 n. 8. Idem Saluianus. *Ad exprimendam teneritudinem pietatis suæ, tenerrimam partem humani corporis nominauit, vt apertißime intelligeremus Deum tam parua sanctorum suorum contumelia lædi, quam parui verberis tactu humani visus acies lederetur &c.*

Qui Dei seruum lædit, Deum lædit.

Zachar. 2 n. 8.

Saluian.

Deus vt oculorum pupillas suos æstimat.

2\. Dimicat etiam in suis, vt societate laboris eorum leuet laborem. Idcirco adest, ac numeratur cum tribus pueris in fornace Daniel c. 3 n 92. Chrysostomus homilia de tribus pueris *Patitur se Deus cum pueris in supplicio numerari,* & infra. *Ecce Dominus in auro lucet, sed in flammis ostenditur &c.* Idem adfuit Iosepho, quo cum descendit in foueam. Sapientiæ cap. 10. n. 13. De quo Ambrosius cap. 4. *Quid mirum si visitat Deus in carcere positos, qui se ipsum in suis in carcere inclusum esse memorauit &c.* Vnde etiam Tertulianus ad Martyr. *Nolite contristare spiritum Sanctum, qui vobiscum introijt carcerem &c.* Et Saluianus lib 4. ad Ecclesiam catholicam, *Nullus seruorum suorum exulat, nullus frigore ac nuditate torquetur, cum quo ille non algeat, solus cum esurientibus esurit, solus cum sitientibus sitit, solus tantummodo Christus est qui in omnium pauperum vniuersitate mendicet &c.* Itaque iusti in patiendo Christi, iustorum verò societate Christus ornatur iuxta illud Nazianzeni. *Probris quis impetetur? Et Christus quoque afflictionis societate ornabitur, &c.*

Laborem leuat laboris socius.

Dan. c. 3. n. 92.

Chrysost.

Deus laborātibus certus comes.

Sap. c. 10. n. 13.

Ambros.

Deus cum suis vinctus vinctus

Tertul.

Saluian.

Omnes labores cū suis Christus subit.

Iusti Christi: Christus iustorum in patiendo ornatur societate.

Nazian.

De Machir principes descenderunt, & de Zabulon, qui exercitum ducerent ad bellandum.

Versus 14.

1\. Accedit iam ad laudandum eas tribus, quæ huic prælio interfuerant. Machir nomine, intelligit, tribum Manasse, cuius primogenitus fuit Machir Geneseos cap. 50, Septuag legunt: *Descenderunt scrutantes, & de Zabulon potentes, in sceptro scribæ,* Idest, vt explicat Chaldæus, *Scribentes in calamo,* Caietanus, *In stylo scribæ.* Viden-

Genes. 50.

Septuag.

Caietan.

Videntur enim ex his tribubus ad bellum profecti illi, qui ſtudia literarum, & diuinæ legis libros tractare ſoliti erant, & fortaſſe ipſã, & calamos pro armis ad bellum attulerant: vt de Vãdalis, & Gothis dicit Saluianus lib. 8. de gubernatione Dei. *Cum armis*, inquit, *nos, atque auxilijs ſuperbiremus, a parte hostium nobis liber diuinæ legis occurrit, ad hanc enim præcipue opem timor, & perturbatio tunc vandalica confugit, vt ſeriē nobis Cæleſtis eloquij opponeret, & aduerſum aduenientes æmulos ſuos ſacri voluminis ſcripta, quaſi ipſa quodammodo diuinitatis ora reſeraret &c.* Lege etiã Chryſoſtomum 2. in Iſaiã, vbi ait Rectores ac prælatos ſolitos ad bellum ire, & ſcutum atque arma tractare.

Libri, & calami pro armis.

Saluian.

Sacra volumina vi&otiam pariunt.

Chryſoſt.

Prælati ſoliti arma tractare.

Rupertus vult hoc ſcribas, ſeu legis interpretes deſcendiſſe, non vt pugnarent ſed vt orarent, ſeu potius, vt orando pugnarent, ſic enim interpretatur illa verba *Qui exercitum ducerent ad bellandum*, id eſt, *ad Deum collaudandum, & exorandum &c.* Et ita exponunt Hebræi apud Abulenſem q. 5. *Quod cum Debora fuerint ſcriptores ad bellum, forte ad orandum &c.* Eo modo quo Ioſaphat in bello contra Moabitas, & Amonitas *Statuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis ſuis & antecederent exercitum, cumque cœpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos &c.* 2. Paralipomenon cap. 20. num. 21. 22. vbi Theodoretus. *Exercitum iuſſit præcedere, non pugnæ principes arma portantes, ſed leuitas hymnos canentes &c.* Quo ſpectat illud Hieronymi in Epitaphio Nepotiani *Ioſaphat laudes Domini concinebat, & Dominus pro laudante ſuperabat, Moyſes contra Amalec non gladio, ſed oratione pugnauit &c.* Idem fecit Abia 2. Paralipomenon cap. 13. n. 12. vt videre licet apud eundem Theodoretum.

2.

Rupert.

Oratio ingens bellũ facit.

Abul. q. 5

Optimi milites, qui orant ac Deum laudant.

2 Parali. Cap. 20. Num. 21. & 22

Theodoret.

Hieron.

Sit exercitus anteſignana oratio.

2. Paral. 13. n. 12.

Theod.

Seu, quia pugnabant ſimul, & orabant, vt Iudas, & qui cum eo erant, de quibus 2. Machabeorum cap. 15. n. 27. dicitur: *Manu quidē pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes, proſtrauerunt non minus triginta quinque millia præſentia Dei magnifice delectati &c* Quod prædictũ a pſalmiſta volunt aliqui illis verbis *Exaltationes Dei in gutture eorum & gladij ancipites in manibus eorum* pſalmo 149 n 6. Et Chryſoſtomus oſtendit *bellum cum chorea gerendum & quod*

2. Mac. 15 n. 27.

Manibus pugnandũ, & corde orandum.

Pſ. 149. n 6

Chryſoſt.

Theodor.

Bellantes, & orantes vincunt.

Caiet.

Vel à minimis laudis occasio sumenda.

Aliena laus inuidiam parit.

Viliumest se laudare, & alios deprimere.

Saluian.

quod canentes, & laudantes sic vincēt &c. Et de Dauid Theodoretus in 1. Regum q. 40. *Os quidem fundit oracula): manus autem se fortiter gerit, & lapide peremit alienigenam, quando quidem hymnis, & laudibus celebrat illum lapidem, qui ex ipso fuit excisus secundum carnem &c.* Caietanus existimat laudari hic Zabulon ab arte scribendi: quasi Debora vel a minimis rebus, & quæ ad rem facere non videbantur laudandi captarit occasionem, sed hoc friuolum est. Addit præterea, non solum tribus, quæ prælio affuerunt, sed etiam eas, quæ non affuerunt, hic a Debora commendari, ne si aliæ prætermitterentur, arderét inuidia. *Rationi,* inquit, *consentaneum est, vt Debora iudex, ac per hoc persona communis, vniuerso Israeli in publica laude illarum trium tribuum, quæ affuerunt, ne inuidiam excitaret in alijs tribubus, ac per hoc dissentiones, laudes aliarum tribuum pro bono pacis inseruerit &c.* Vel ne alios viles facere videretur, cum se ipsam prius laudauerit nam vt ait Hier. *Vilium satis hominum est, & suam laudem quærentium, alios viles facere, quia alterius vituperatione se laudari putant &c.* Et Saluianus. *Indecorum hoc sancti-monie est, vt bona sua crescere malis arbitretur alienis, & meliorem se esse existimet, comparatione peiorum &c.*

Duces Issachar fuere cum Debora, diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.

Versus 15. & 16.

Rupert.

Abul.

Diuisio inter fratres castigatur

Caiet.

LAudata tribu Issachar, cuius pars cum Debora ad Deum collaudandū remansit, vt Rupertus, & alij apud Abulensem volunt; increpatur Ruben, quod imperio Domini non obtemperans, cum fratribus suis contra Domini inimicos debellandos non ierit, sed timore perterritus ab eis se diuiserit, & pro eo magnanimus, idest superbus, extiterit. Ita idem Rupertus. Caietanus ex Hæbræo legit, *Ruben magnæ scriptiones cordis. Quia* inquit idē Caietanus *Viri erant multum meditantes, ideo laudantur, quod erant magni scriptores in cordibus*

dibus &c. Nimirum prudentia eſt, corde prius inſcribere, quod promendum eſt ore, vt monet Hieronymus ad Celantiam. *Diu ante conſidera, quod loquendum ſit, & adhuc tacens prouide ne quid dixiſſe pæniteat, verba tua ponderet cogitatio, & lingua officium animi libra diſpenſet &c*. Quod in Virgine Beatiſſima tantopere commendat Bernardus ad illa verba. *Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio* Lucæ capite 1. *Primo quidem prudenter tacuit, cum ad huc dubia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio: malens nimirum humiliter non reſpõdere, quã temere loqui quod neſciret*.

Hieron.

Prius corde meditãdum, quod dicendum

Verba põderet cogitatio.

D. Bern.

B. Virgo in loquendo cauta

2

Non placet hæc ſententia, cum non laudetur, ſed potius vituperetur Ruben a contentione, atque diſſidio, quo à reliquis fratribus ſe diuiſerat. *Erant enim in illa tribu* inquit Lyranus, *diſſentiones inteſtinæ*, Vnde Abulẽſis ex Hebræo legit: *In partibus Ruben magni inquiſitores corde, ideſt viri nimis inquirentes iurgia, quia erãt duri corde &c*. Atq; ita explicari ſolet illud Caiet. *Ruben magnæ ſcriptiones cordis, quia beneficia in aqua iniurias plumbeo in corde exarabat &c*. Vel, quód à reliquis tribubus ſe diuiſerant, dum ad bellum vna cum illis ire noluerunt, id quod interitum, ac perniciem omnibus afferre potuit. Vbi enim diuiſio, ibi interitus. *Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt* Ozeæ c. 10. num. 2. Hieronymus ex Hebræis. *Hoc eſt regis, & populi & nulla excuſati ne remanente, nunc interibunt. & tradentur æternæ captiuitati: ſtatim enim vt populus diſſenſit a Rege, venit interitus &c*. Vide eundem ad illa verba. *Irruet populus vir ad virum, & vnuſquiſque ad proximum ſuum* Iſaiæ c. 3. n. 5 Cum enim Iudæi expugnarentur a Romanis vt tradit Ioſephus, fuit Hieruſalem in tres partes diuiſa ſeditio, & tunc capta eſt Ciuitas, cum diuiſa. Vbi Dathan, & Abiron diuiſi à Moyſe: Numerorum capite 16, tam repentinus ſuper eos venit interitus, vt prius ſepulti, quam mortui fuerint, quod eleganter deſcribit Optatus Milleuitanus lib. 1. comparans ſchiſma iſtorum cum parricidio Caim, & ſacrilegio Niniuitarum. *Quod*, inquit, *in ſacrilegos, & parricidam non fecerat Deus, in ſchiſmaticis fecit*. Et infra *Mandata eſt terræ fames, ſtatim fauces ſuas in populi diuiſores aperuit, & contemptores mandatorum Dei* auido

Lyran.
Abulenſ.

Iurgia ſequitur maligna inquiſitio.

Caiet.

Aliqui beneficia in aqua, iniurias plumbeo in corde exarãt.

Vbi diuiſio, ibi interitus.

Oze. c. 10 n. 2.

Hyeron.

Iſa. c. 3. n. 5.

Ioſephus.

Hieruſalẽ tum capta cũ diuiſa.

Num. 16

Diuiſio prius ſepelit quam perimit.

auido ore absorbuit, intra momenti spatium ad transglutiēdos prædictos terra patuit, rapuit, clausa est, & ne beneficium de mortis compendio consequi mererentur, dum non essent digni viuere, ijs nec mori concessum est tartareo carcere subito clausi, ante sunt sepulti, quam mortui &c. Atque ideo Paulus vehemēter hortatur, *Quæ societas spiritus, siqua viscera miserationis implete gaudium meum, vt idem sapiatis* ad Philippēses, cap. 2. n. 2 vbi Chrysostomus sermone 5. *Miserationem sibi exhibitam vocat Paulus discipulorum concordiam, ostendens summum imminere periculum, nisi concordes fuerint. &c.*

Diuisorū suppliciū.

Discordibus summum imminet periculum.

Ad Philip cap. 2. n. 2

Chrysost.

Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? &c.

3

Brixia.

Timor Duces vpiliones facit

Num. 31.

REdarguuntur filij Ruben, vt loquitur Brixianus. *Quod separati a reliquis tribubus pecoribus (quorum magna apud eos fit copia num. 32.) alendis maluerunt intendere quam periclitantibus fratribus opem ferre &c.* Atque ouium, quam Dei sibilum sequi, qui ait, *Sibilabo eis, & congregabo illos*, Zachariæ c. 10. n. 8. *Ideo vero terminos suos longe posuit* inquit Victorin, *vt vndecumque siue hinc, siue illinc bella surgerent, ad eum secure quiescentem, non pondus prælij, sed sibilus tantum leuis famæ ad eum perueniret &c.* Non ita bonus Vrias, qui maluit ad prælium cum fratribus ire quam domi suæ quiescens deliciari 2. Regum cap. 11. n. 11. De quo Ambrosius Apologetico 2. cap. 7 *Religiosum sani, & deuotum virum qui belli tempore non putauit sibi ingrediendam domum, cum socios bello videret intentos, nec domesticis in tabernaculis, sed in præliaribus tentorijs excubantes &c.*

Zach. cap 10. n. 8.

Victor.

Optimi uiri non diliciātur, cum alij pugnant.

2. Reg. c. 11. n. 11.

Ambros.

4

Reprehensionis tamen asperitatem temperat Debora cantici suauitate, vt Moyses in Cantico Deuteronomij 32. & Isaias *Cantabo dilecto meo canticum* cap. 5 n. 1 Vbi Chrysostomus. *Quā ob causām eos reprehensurus, reprehensionem vocat canticum? ne per acrimoniam obiurgationum vehementiorum affecti, cunctatiores renuerent, audire vitauit illā continentem memoriam peccatorum modulatione cantici tegens, & suffurans a memoria metum infamiæ &c.* Et Ambrosius in præfatione psalmorum *Vnum Isaias canticum scripsit quo legentium corda mulceret: si, eliquis*

Reprehensio dulceranda.

Deut. 32

Isai. 5 n. 1

Chrysost.

Reprehensio aspera acerbat, non emendat.

Ambros.

reliquit terribili tuba correctionis infremuit canticum, ei ne ipsi quidem inimici obijcere potuerunt, qui eum propter alia dicta vsque ad necẽ sunt persecuti &c.

Dan vacabat nauibus: Aser habitabat in littore maris.

Versus 17. & 18.

1 INcrepantur hæ tribus, quod bello quietem, ac lucra prætulerint, erant enim negotiatores, ac mutãdis mercibus nimis attenti quos exagitat Ambrosius de Elia cap. 19. *O inexplebilis auaria mercatorum, cedit tibi pelagus, & mare inquietudinem tuam ferre non potest &c.* Affertque locum Isaiæ c. 23. n. 4. *Erubesce Sidon, dixit mare. Tanquam fatigati elementi vox ista dicentis est; erubesce, Sydon, idest meos fluctus negotiator arguis, cum sis ipse fluctibus inquietior. Erubesce vel pudore quoniã periculo non moueris, verecundiores venti sunt, quam vestræ cupiditates, illi habent otia sua, nunquam vestra quarendi studia feriantur &c.*

Increpantur, qui lucra bello præferũt. *Ambros.*

Isai. c. 23 n. 4.

Fatigatũ mare mercatores execratur.

Mercator mari inquietior.

2 Carpit obliquè Debora illorum ignauiam, qui capti cupiditate lucri, ad prælium venire ausi non fuerãt. Plerumque enim auari effæminati, ideo mulieres appellantur, *Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis* Isaiæ c. 3. n. 12. Ita vocat scribas, ac pharisæos iuxta Hieronymum, qui turpis lucri gratia Dei filium negauerunt: seu quia vt iam tetigimus ex Ambrosio: Auaritia virilitatem quandam mentis effæminat: nam vt ait Cassiodorus 12. Var. 1. *Auaritia agmen habet blandissimum, arma suscipit ex talentis, & per dulcedinem superat quos amara deceptatione captiuat &c.* Et ideo vt ait Hildibertus epistola 47. *Miserabilius cupiditas de Saule ipso, quam Saul de Amalech triumphauit &c* Sed non, nisi abiectos superat, & ignauos, vt videre licet apud Chrysostomum 2. ad Corinthios cap. 11. homilia 13. *Videamus,* inquit *quã magnum virum opum cupiditas inuaserit? Neminem profecto, sed miseros admodum, & abiectos, Giesi scilicet, & Achab, Iudaicos sacerdotes &c.* Et infra *Ad hunc modum miseræ quoque illæ virgines è thalamo eiectæ sunt, quoniam maiore hoste prostrato, ab imbecilliore, ac nullo omnino robore prædito, scilicet auaritia, deiectæ sunt*

Auari effæminati.

Isai. c. 3. n. 12. *Hyeron.*

Ambros. *Auaritia.*

Cassiodor. Auaritia pugnat pecunia.

Hildeb.

Soli abiecti auari.

Chrysost.

sunt &c.

Zabulon vero, & Nephtali obtulerunt animas suas morti.

3 Caiet.

Opprobrium morte grauius.

CAietanus ex Hebræo *Zabulon dehonestauit animam suam ad moriendum &c. Quia*, inquit, *secundum humanum iudicium, non solum exposuerunt vitam suam morti, sed etiam opprobrio &c.* Quod morte grauius esse solet: Inde Christus Dominus cum de morte ferenda, persecutionibusque egisset, subdidit: *Beati estis, cum exprobrauerint vobis, & dixerint omne malum* Matthæi cap. 5 num. 11. vbi Chrysostomus. *Non dixit, cum vos sagittauerint, atque interfecerint, sed cum exprobrauerint vobis. Nescio quo enim modo omnibus pene rebus amarius solēt mordere maledicta &c.* Subtexitq; exemplum Iob, qui perfacile aduersa omnia superauit. *Vbi vero*, inquit, *exprobrare sibi amicos, atque insultare vidit, & malignam illam de se existimationem fouere, tunc demum vtique turbatus est ille vir maximus, ille fortissimus.* Vide alia exempla, quæ ibi adducit.

Mat. 5. n 11.

Chrysost.

Opprobria amarissime mordent.

Vel iustos vincunt.

4 Non solum tribus Zabulon & Nephtali, sed aliæ etiam, vt supra vidimus, ad præliū ierant: hæ veró duæ præcipue commemorantur quia in contemnenda morte primas tulerant, vt illorū tantum mentio fieret, qui nomen suum, & famam opprobrio deuouerunt. Huc allusum a psalmista. *Principes Zabulon, Principes Nephtali* psalm. 77. n. 28. Vbi Caietanus, *Fit specialis mentio harū duarum tribuum, quia fuerūt primæ in laudibus diuinis &c.* Vel quia primæ omnium triumpharunt, *Nam neque tempore Moysis*, inquit Caietanus, *neque tempore Iosue leguntur Principes triumphasse, sed tempore Iudicum &c.* Qui ergo morti atque opprobriis se sponte deuouerunt, prius, gloriosiusque triumphant vnde etiam Diuus Paulus de ijs qui persecutiones patiuntur, ita loquitur, *Semper triūphat nos in Christo.* 2. ad Corinthios capite 2. n. 14 Diuus Chrysostomus. *Non dixit. qui nos conspicuos reddit, sed qui triumphat; qua voce hoc indicat huiusmodi persecutiones, vbique terrarum aduersus diabolum trophæa erigere &c.* Et ad Romanos cap. 8. *In his omnibus superamus* num. 37. Hieronym. *Quando pro nomine eius morimur, tunc maxime triumphamus.*

Maxima laus famā opprobrio deuouere.

Ps. 77. 28. Caiet.

Caietan:

Qui se deuouent opprobriis, gloriosius triūphāt.

2. Corint. 2. 14. Chrisost.

Persecutiones vbiq; trophæa erigunt.

Hieron.

Pro Christi nomine mortui triūphamus.

De Cælo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine suo &c.

Versus 20.

1 Rupert.

Oratio Angelorũ arma.

PEr Cælum, atque stellas, Angelos Rupertus intelligit, sed quibusnam armis pugnauerunt? precibus, & oratione Oratio enim militia est, qua cælestes armantur exercitus: nã quibus se ostentant in armis Angeli? laudibus in diuinis. *Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantiũ Deum* Lucæ cap. 2. Ambrosius. *Hæc nempe militia Angelorum est, semper esse in Dei laudibus, orationibus cõciliare crebris, atque exorare Dominum &c.* Et in proœmio psalmorum. *Psalmus*, inquit, *Angelorum ministeriũ militiæ Cælestis.* Quo sensu explicandum illud: *Factum est prælium in Cælo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone.* Apocalipsis cap. 12 n. 7. Vbi Ribera *Michael, & Angeli eius pugnabant aduersus Diabolum, sanctis orationibus suis, & exhortationibus adiuuans &c.* Ita etiam loquitur Angelus ille apud Daniel c. 10. n. 20. *Reuertar, vt prælier aduersus principem Persarum*, idest, vt explicat Lyra. *Ad interpellandum corã Deo pro populo Israel &c.* Et ca 7. n. 2. *Quatuor venti Cæli idest Angeli, pugnabant in mari magno*, Quia vt explicat Interlinealis. *Quisq; orat pro eo regno &c,*

Luc. 2. 13

Ambr.

Angelorũ militia, Deum laudare.

Apoc. 12. 7.

Riber.

Angelorũ pugna fit orationibus.

Dan. 10. 20.

Interl.

Eodem sensu militiam Cæli dixit Isaias cap. 24 n. 21 pro templi ministris, qui dum sacrificijs, & orationibus inuigilant Cælestem militiam imitantur in terris. Vnde Cyril. Cathechesi 13. *Sciunt hoc studiosi Ecclesiæ psalmistæ, qui Angelicos imitantur exercitus, Semper Deum laudibus celebrãt &c.* Sic Leuitæ, & Sacerdotes dicebantur *Milites Dei.* Numerorum c. 4, n. 30. & c. 8. n. 24. *Ingredientur, vt ministrent in tabernaculo fœderis.* In Hebræo, *ad militandum militiam in tabernaculo.* Propterea etiam militaris erat habitus Aarõ. vt indicat cingulum, & galea, cuius speciẽ cydaris referebat Cyril. Alex. de sacerdotio, *Vides ipsis quoq; filijs Aaron decorũ esse quod bellico habitu videãtur induti: sacrũ enim illud genus vniuersum est ad pugnam aptum, non quod aduersus carnem, & sanguinem bellum gerere, & pugnare norit, sed impurum peccatum reprimere; tum*

2

Isai. 24. 21.

Cæli militia sacerdotes, & orantes.

Cyril. Cat. 7.

Chorocanẽtes, angelos imitantur.

Num. 4. 30. & c. 8 n. 24.

Sacerdotes milites Dei,

Cyril, Alexand.

acertissimè

go & alij. Quæres, cur Angelus Domini iubeat maledicere, cum Angeli a maledicendo abhorreant, nam cũ *Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ*, idest maledictum Iudæ cap. 1. n. 9. *Merebatur quidem* (vt iam tetigimus ex Hieronymo) *Diabulus maledictum, sed per Angeli os exire non debuit &c.* Qua in rè Deum Angeli Maxime imitantur: Nam vt author est idem Hieronymus ad illa verba. *Maledictus omnis, qui pendet in ligno.* Ad Galatas cap, 3. n. 13. nullo loco scriptum á Deo quéquam esse maledictum, & vbicũque maledictio ponitur, nũquam Dei nomen adiunctum. *Maledictus tu ab omnibus bestijs*, Gen. 3. 14 dicitur ad serpentem, & ad Adam: *Maledicta terra in operibus tuis*, n. 17 & alibi *Maledictus Chanaan &c.* Geneseos cap. 9. n. 25, Vbi etiam, vt notat Rupertus 4. de gloria Trinitatis cap. 13. Non dixit Noe Maledictus Cam, sed Chanaan, *Neque enim decebat*, inquit, *vt in illum maledicti plagam mitteret homo sapiens, in quo Deus benedictionem dederat inter fratres suos, benedicendo simul omnibus, & dicendo. Cresci te, & multiplicamini &c.* Vnde etiam vt notauit Orig. hom. 34 in Mat. Cũ Christus Dominus dixisset. *Venite benedicti patris mei*, non dixit ad reprobos. *Discedite maledicti Patris mei, Nam benedictionis quidem*, inquit, *ministrator est Pater, non maledictionis &c.* Huc etiã spectat, quod in monte Garizim ad proferendas benedictiones eliguntur tribus, quarũ patres erant ex liberis vxoribus Iacob, ad proferendas verò maledictiones eligũtur tribus, quarum patres ex ancillis nati erant, vt Deuteronomij c. 27. Quasi libero homine indignum sit Quidpiam maledicere, vt Diuus Hieronymus notat. Itaque Deus Angeli, ac Sãcti, vel à nomine ipso maledictionis abhorrent. *Nam cum Moyses*, inquit Origines *scriberet Iob, non ita scripsit sicut locutus est, sed decentius, ac benignius: diabulus enim crudeliter ac nequiter locutus, non dixit Si non in faciem te benedixerit; sed Si nõ in faciẽ tibi maledixerit*, Iob c. 1, *Moyses verò illicitam atque crudelem Diaboli vocem immutans dixit. In faciem tibi benedicet &c.*

Respõdetur igitur Michaelẽ ideo iussisse Meroz maledicere, ne ipse maledice-

Iudæ. 1. 9. Hieron. Angelus nõ maledicit. Hieron. Gal. 3. 13 Numquã Dei nomẽ cum maledictione ponitur Gen. 3. 14. Ibid. 17. Gen. 9. 25 Rupert. Non maledicendi, quos Deus benedixit.

Orig. hom. 34. in mat. Pater benedictionis, nõ maledictionis autor. Deut. 27. Ancillarũ solummodo est maledicere. Hieron. Orig. Sancti à nomine maledictionis abhorrent. Iob. 1.

ret, atq; adeo ne per Angeli os maledictum exiret, vt dicebat Hieron. si autē nomine *merox*, quod vult Lyran. & alij intelligitur *Dæmō* qui aduersus Israel Sisaram prouocarat. Magis illucet Angeli modestia, qui ne Dæmoni quidē ausus sit maledicere, seu spiritum inferre blasphemiæ, vt dicitur Iudæ c. 1. Quando autem vel quibus liceat maledicere, vide apud August. & Abulensem q. 8.

Hieron. Lyran. Quibus liceat maledicere. Iud. 1. August. Abul. q. 8

Benedicta inter mulieres Iahel, & benedicatur in tabernaculo suo.

Versus 24.

Clauditur canticū laudibus Iahel, quæ Sisara interfecto, victoriam profligauit, sed quia repetūtur eadem, quæ capite superiori fuerant prænarrata, vnum, vel alterum breuiter perstringuā. Primo commēdatur Iahel, quod in tabernaculo suo manserit, neque extra domus limen pedē extulerit, quæ virtus fæminarū maxima, domi enim Iahel victoriam peperit, quā foris virorum exercitus reportare non potuit, ideo de illa dicitur. *Benedicatur in tabernaculo suo*, seu vt ait Abulensis q. 9. *Quia tantum ipsa egit in tabernaculo, sicut bellatores in pugna scilicet, quia in domo sua occidit Sisarā &c.* Huc videtur allusum in Ps 67. n. 13. *Et speciei domus* (idest, *mulieris* vt aliqui explicant) *diuidere spolia*. Vbi Caietanus ex Hebræo legit *Habitatrix domus diuidet spolia*; et de viro fortis illius mulieris dicitur Prouerbiorum c. 31. n. 11. *Spolijs non indigebit*, Quia vxor, quæ domum curat, ac diligit, plures victorias, ac plura spolia domi refert, quā vir ex bello: victoriæ illi, atque spolia domi nascuntur.

Mulieres domi se contineāt. Abul q. 9 Mulier domū curās victorias consequitur. Ps. 67. n. 13. Caiet. Prou. 31. 11.

Secundó cōmendatur Iahel, quod Sisaræ *butyrum* obtulerit, idest, *pingue*, vt grauius obdormiret, sicut loquitur Blesens. idq; in phiala principū, vt sic eū melius alliceret, vt ait Hugo. Simili stratagemate fæmina illa Apoc. c. 17. poculo aureo, sed venenato terrā inebriat: *nulla enim aconita bibūtur fictilibus* vt ait Iuuen. & Tertul. de Spect. *Nemo venenum temperat felle, & ellebro sed conditis pulmētis, & bene saporatis, & plurimum dulcibus, id mal. inijcit, Ita & diabolus lethale quo conficit, rebus Dei gratissimis, & acceptissimis*

2. Blesens. Hugo. Aureis in poculis propinatur venenum. Iuuen. Tertul.

ptißimis imbuit &c. Qui etiam, vt loquitur Ambrosius de Tobia c. 9. *Veneni pocula mel le illinit, vt sub grato odore mors lateat, atque illius calicis era vim fraudis abscondat*. Idem de Iosepho. *Iuueni melle soporatam, & medicatis frugibus offam obijcit, sed frustra. Sciebat enim,* inquit Cyrillus. *Dulcē quidem esse a principio illam carnis titallationem, & voluptatem veluti melle quodam animum incantare, sed exitu minime dulci terminari &c*. Atque ideo legislator Leuitici cap 2. nu. 11. iubet oblationem sine melle fieri. *Quid hæc figura*, inquit Philo, *doceat, prophanam ducendam quamcumque voluptatem dulcem haust tu, sed cruciatus afferentem difficiles &c*. Quare Tertullianus. *Quæ maior voluptas, quam fastidium ipsius voluptatis &c*.

Amb. de Tob. c. 9. Diabolus venena melle illinit.

Ioseph.

Cyril.

Voluptas exit in amaritudinem

Leuit. 2. 11.

Phil.

Voluptates sperne re maxima volup tas.

3 Numero 28. describitur Sisaræ mater filium triumphantem expectans, & spectans oculis auidissimis, nō sine timore, ac solicitudine animi filio ex mora læuum aliquid ominantis, quam vna ex vxoribus consolatur, moram illam in victoriæ ac prædæ opimæ omen trahens. Vbi cernitur quantus sit materni amoris affectus filijs omnia tuta timentis. Res enim soliciti plena timoris amor. Cum vxor, quæ minus amat, omnia fausta polliceatur. Ideo Samuel cum occideret Agag, addidit *Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua*, 1. Regum cap. 15. n. 33. Vbi Abulensis quæstione 38. quærit cur Samuel matris Agag meminerit non vxoris? *Est*, inquit, *maximus dolor, vbi etiam maximus amor, mater autem magis diligit filium, quam vxor virum, ideo tetigit de dolore matris &c*. Affertque exemplum Sisaræ matris. Ita etiam Salomon in litigio illo duarū fœminarum ex dolore alterius, ne infans diuideretur, veram arguit matrem 3 Regum cap 3 Ambrosius 3. de spiritu Sancto cap. 3. *Considerauit Salomon, quod vera mater plus consuleret filio, quam solatio, & gratiam iuri, non gratiæ iura p æferret &c*.

Mater de filij. solicitæ.

Illis omnia tuta timent.

Maternus amor maior quam vxorius.

1. Reg 15. 33.

Abul. q. 38.

Dolor amori æqualis.

3. Reg. 3. Amb.

Mater plus filio, quam solatio cōsulit.

4 Concludit tandem Debora in precatione. *Sic pereant omnes inimici tui Domine*. Num. 31. Non tam quod de hostium damno, quam de iustitia Dei gauderet, vt enim ait Anselm. ad illa verba *Mihi vindictam, & ego retribuam* ad Rom. ca 12. *Sic pla-*

Nu 31. Quomodo gaudēdum malorum damnis.

Anselm. Rom. 12.

cet

cet iustitia, qua ponitur, vt non de malo eius, sed de bono iudice gaudeatur &c. Seu quia iusti impiorum vitia, non personas oderunt, vnde Hietro Moysi svadet, vt eligat viros, qui oderint auaritiā. Vt non solum ipsi absque vitio sint, sed & in alijs oderint vitia: Exod, 18 num. 21 Orig. hom. 11. *Non homines dico odisse, sed vitia &c.* hoc enim est perfectum illud odium de quo Dauid. *Perfecto odio oderam illos.* Psalmo 138. n. 32. Blesensis. *Odiū quidem perfectum, siue perfectorum si peccatum in homine, non hominem in peccato habetis exosum &c.* Et de Christo Domino dixit Chrysologus sermone 66. *Venisse vitia perdere, non suam disperdere creaturam &c.* Siue quia tunc temporis volebat Deus, vt ipsi impij odio essent, contra quam in lege gratiæ, nam rogātibus discipulis, vt descenderet

Vitia non homines oderimus.

Orig hom 11.

Ps 138. n 22, Blesen.

Odium perfectum quale.

Chrysol. ser. 66.

ignis, sicut tempore Heliæ. *Nescitis*, inquit Christus, *cuius spiritus estis*. Lucæ cap. 9. n. 55. Chrysostomus 1. ad Corintheos cap. 13 homilia 35. *Tunc quidem iubebantur nō solum odisse impietatem, sed eos etiam, qui erant impij ne amicitia esset eis occasio agendi præter legem, nunc autem quoniam nos ad maiorem duxit philosophiam, & effecit excelsiores, quam vt dānum illud eis posset euenire iussit eos & admittere, & consolari &c.* Fieri vero has imprecationes contra inimicos spiritu tamen prophetiæ, non animo dira precandi. Vide apud Augustinum sermone 59. de tempore, & Toletum in Lucam cap. 6. anotatione 47. Hæc satis sit breuiter percurrisse anno iā præcipiti, præsertim cum nos vocent res Gedeonis, dignæ, in quibus diutius immoremur.

Luc 9. 55

Leuior, & fortior nouæ legis spiritus. *Chrysost.*

Peccatores admittendi, & amandi.

Aug. ser. 59. de tēp. Tolet. in Luc. 1 6. anot. 47.

CAPVT

CAPVT VI

Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu Domini, qui tradididit illos in manu Madian &c.

Versus 1.

1 FACERE malum in conspectu Domini, nihil aliud esse, quam idolatriæ scelus admittere, supra iam vidimus. Illud nunc potest inquiri, cur filij Israel omnes sine vllo discrimine malũ fecisse dicantur, cum & vir ille Propheta, de quo infra n.8. & Gedeon ipse cũ seruis suis, alijque non pauci a Deo nunquam recesserint? An quia malnm, quod a parte populi fit, toti adscribitur, & malorum cõsortio, siue contagio bonorũ etiam fama laborat? Ita nõ semel loquitur scriptura, vt patebit exemplis, quæ subijciam. *In propria venit, & sui eum non receperunt*. Ioannes cap. 1 n 11. *Nõ quod nulli eum non receperint, sed quod nõ omnes*, vt explicat Interlinealis &c. *Omnes principes eorum recedentes, siue, inobedientes* Oseæ cap. 9. n. 15. *Cum tamen, vt ait Hieronymus legamus, Dauid, Asa, Iosaphat, Ezechiam, & Iosiam Reges fuisse iustos &c. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum* psalmo 2. n. 1. solus tamen Herodes Rex, & Princeps Pilatus in Apostolorum actibus cap. 4. cõspirasse aduersus Christum Petri voce produntur, vt loquitur Ambrosius in Lucam cap 23. *Ita scilicet malorum caligo Sanctorum nomen obscurat &c. Viri Ciuitatis vallarunt domum à puero ad senem omnis populus simul*. Geneseos cap. 19. n. 4. Cum tamen, vt ibi aduertit Abulensis, non sit verosimile, totum populum Ciuitatis stetisse circa domum Loth: sed Scriptura ex paucorum moribus, omnes arguit: quasi dicat. *Crimine ab vno disce omnes. Omnes declinarunt, simul inutiles*

Malorum consortio bonorum fama laborat.

Ioan. 1. 11

Interl.

Oseæ. 9. 15.

Hieron.

Ps. 2. n. 1.

Act. 4.

Ambros. in Luc. 23.

Gen. 19. 4.

Abul.

Ps. 13. 4 Sordescit bonorum fama. Malorum societas contagiũ est. 2

les facti sunt. Psalmo 13. num. 4. Cum tamen per singulas ætates suos Deus electos sẽper habuerit, in Hebræo est *Cum putruerunt, siue fætue runt.* Adeo malorum contagio computrescit, ac fætet, vel etiam fama bonorum.

Immò vnius vitio omniũ fama periclitatur. Vnus malus omnes dedecorat, & infamat. Ita Ioseph dicitur accusasse fratres suos apud patrem crimine pessimo Geneseos 37. capite 2. Cum tamen solus Ruben crimen admiserit, vt volunt Hebræi, Abulensis, & alij. Ita Matthæi capite 26 num. 8. Vnguẽto super caput Christi discumbentis effuso dicuntur discipuli indignati, cum ex Ioanne cap. 12. n. 4 solum Iudam murmurasse manifestũ sit vt Chrysostomus, Beda, Hieronymus, Augustinus adnotarunt. Geminum illud, *Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei* Matthæi cap. 27. nu. 32. *Siue improperabant ei,* Matthæi cap. 27, n. 44. Cũ vnum tamen ex latronibus id fecisse constet ex Luca capite 23. n. 38 vt Ambrosius ibi & alij aduertunt. Eiusdem generis est illud *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Marci c. 16. n. 14. *Cum vnius*

Gen. 37. 2. Abul. Matt. 26 8. Ioan. 12. 4. Chrysost. Bed. Hieron. August. Matt. 27 32. Ibid. n. 44. Luc. 23. n 38. Ambr. Mar. 16. n. 14.

Thomæ incredulitas a Christo fuerit reprehensa, vt ibi docet Maldonatus &c. *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes.* 1. Regum c. 2. n. 3. *Cũ vnius tantum Phenennæ superbia vituperetur,* vt ibi explicat Lyranus &c. *Feminæ discurrerunt per murum.* Geneseos c. 49. n. 22 nempe vt viderent Ioseph. *Cum tamen vna domina ipsius,* inquit Rupertus, *filia magis dicenda, quam mater familias iniecisse in eũ legatur oculos suos &c.* Ita etiam Christus Dominus: *O generatio incredula, & peruersa, quousque ero vobiscum?* Matth ca 17. n. 16. vbi diuus Hieron. *Per vnum hominũ Iudæos arguit incredulitatis &c.* A fine illud de seruis pontificis *Dixerunt ergo ei Nũquid & tu ex discipulis eius es?* Ioan. c 18 n. 15. Cũ id ab vno tantum dictũ constet ex Luc. c. 22 n. 59. *Maxime cum in tam vnanimi malorum consortio quidquid vnus ageret, aut diceret, omnium fieret nomine,* vt ait ibi Iansenius.

Video hæc omnia per tropũ, siue sylepsim explicari posse, vt aliqua ex ijs explicant Ambrosius Lucæ c 10. Hieron. Matthæi c. 27 Augustinus 3. de consensu Euangelij c. 16. Isidorus l. 1 Originum c 35. contẽdo tamen ortam eam loquendi

Mald. 1. Reg. 2. 3. Lyran. Gen. 49. 22. Rupert. Matt. 17. 16. Hieron. Ioan. 18. 25. Luc. 22. 59. Mali vnanimes ad scelera. 3. Ambr. Luc. 10. Hieron. Matt. 27 August. Isidor.

formu-

formulam vel ex contagione malorum quibus cũ viuitur: qui ceteros aut inficiunt, aut dedecorant, & obſcurant: ex vulgari hominum ſenſu, qui ex facto vnius, aut alterius partis cõmunitatem iudicãt, aut cõdemnant. Notum Achami exemplum, quo peccante, *Peccauit Iſrael,* inquit Deus, *& prævaricatus eſt pactum meũ* Ioſue 7.11. Vbi Lyranus. *Licet vnus ſolus peccauerit, tamen generaliter dicitur, Filij Iſrael prævaricati ſunt. Eo modo loquendi, quo factum vnius de communitate, maxime in malis, toti communitati attribuitur &c.* Et Chryſoſtomus Homilia 1. de verbis Iſaiæ. *Vides quomodo vnius peccatũ toti populo vindictam auertit? Quomodo Deum aduerſus multitudinem hoſtem reddidit &c.* Et Saluianus lib. 6 de Gubernatione. *Crimen vnius hominis plaga omniũ fuit. Dauid numerari plebem Iſraeliticam iuſsit, & errorem illius Dominus clade totius populi vindicauit. Robſates locutus quædam in contumeliam Dei, & 185. Millia hominum ſtrage perculit, quod vnius profani hominis procax lingua maledixit, indè euidenter agnoſcimus etiam vnum ſæpiſsime malum hominem perditionem eſſe multorum &c.* Inde etiam eſt, quod vno Iudæ proditore Apoſtolicam nauiculã prægrauante, omnes periclitantur, &, vt loquitur Ambroſius ſermone 61. *Vnius delicto cunctorum merita quatiuntur.* Et infrà. *Perfidum cancomus proditorem, ne per vnum plures fluctuemus &c.*

Malorum contagio inficit, aut dedecorat

Ex facto vnius cõmunitas infamatur

Ioſ. 7. 11. Lyran.

Chryſoſt. Vnius peccatum in multis punitur.

Salu.

Vnus malus multorum perditio.

Ambr. ſer. 61. Proditoris vnius vitio multorum merita quatiuntur.

4

Hinc diſcimus, quam lõge ſit malorum ſocietas fugienda, cum uel vnius afflatus omnes inquinet, & inficiat. nam & Deus ipſe coinquinari ſe dicit illorum cõſortio: *Quo inquinabar*, inquit, *in medio eorum*, Ezechiel cap. 22. n. 26. Vbi Hieronymus. *Inter tales prophetas & ſacerdotes medius Dominus inquinatur &c.* Deinde quantum illis, qui in communitate viuunt à vitijs abſtinendum, ne toti communitati ſuæ infamiæ labe aſpergãt? *Nam*, vt ait Chryſoſtomus Hom. 3 ad populum. *Vnius peccato Eccleſia læditur vniuerſa, communionem*, inquit, *Eccleſiæ ſtatum læſiſti: non enim omnes audientes peccatorem ſolum accuſant ſed opprobria Chriſtianorum genti infliguntur, nec audiunt infideles dicentes quod ille eſt diſſolutus; ſed pro eo, qui peccauit Chriſtianos omnes calumnijs inſectantur &c*

Longe malorum ſocietas fugienda.

Ezech. 22. 26. Deus malorum ſe inquinari dicit.

A vitijs abſtineant viuent s in communitate.

Chryſoſt. hom. 3. ad pop.

Tradidit illos in manus Madian, Septem annis.

5

Peccandi consuetudo in naturam vertitur.

NOtatur primo peccati diuturnitas, & consuetudo, quæ septenniũ ipsũ tenuit, in naturã quodã modo versa. Cum tamen peccatum hospes, ac peregrinus dicatur in parabola Nathan: *Cum autẽ peregrinus quidam venisset ad diuitem* 2. Regum cap. 12. num. 4. Seu quia peregrinum est, & alienum ab humana natura, vt ait Ambrosius Apologetico 2. cap. 11. *Quis est iste hospes, nisi miserabile peccatum? Etenim culpa in hunc mundum tanquam hospes intrauit aliena nostra, & peregrina natura &c.* Seu quia insolita erat, & incognita Dauid peccandi consuetudinem non habẽti. *Non enim consuetudine, quæ altera est natura, sed casu, & occasione peccauerat*, vt explicat Theodoretus in 2. Regum q. 25. *Neque ex mali animi instituto, sed fortuito quodam casu vulnus acceperat &c.* Seu, quod magis facit ad rem, quia peccatum in eo diu nõ permansit, sed pertransijt, v. hospes, ac peregrinus. Ita Augustin. 3. doctrinæ Christianæ. *In isto viro*, inquit, *immoderata libidinis non permansio, sed transitus fuit, propterea etiam ab arguente Propheta ille illicitus appetitus hospes vocatus est &c.* Seu tandem, quia vt hospes, ac peregrinus, quod vulgo dici solet, molestiam atque odium pariat necesse est, quam primum eijciendum, non diuturno hospitio nutriendum. Non sic Israelitæ, qui & natura, cõsuetudineque peccabant, & idolatriam septennij iam fouebant hospitio.

Peccatum hospes, ac peregrinus.

Ambros. Apol. 2. c. 11.

Peccatum alienum ab humana natura

Theod. 2. Reg. q. 25.

Augustin.

Si fuerit peccatum sit peregrinus.

Peccatũ importunus hospes.

6

Punimur ne deteriores fiamus

Hos Deus, ne fierent impunitate deteriores, punijt, mitius tamen, ac breuius, quam supra: neq; enim pænæ additio semper emendat: Vnde cum Deus in seditione Core supplicia supplicijs addidisset, *Murmurauit nihilominus multitudo filiorũ Israel sequenti die* Numerorũ cap. 16. n. 45. Saluianus lib. 1. *Cum hæc tanta fierent, cælestis cura non profuit, adhibita est sæpissime coercitio, sed ẽmendatio non est secuta; sicut nos cum assidue flagellamur, non corripimur, ita illi cum cæderentur sæpissime non ẽmendabantur &c.* Vnde Bernardus Epistola 25. *Censura quidem nunquam remissa, intermissa tamen plerunque plus profuit &c.*

Nec semper aggrauata pæna emendat.

Num. 16. 45.

Salu. l. 1.

Bern. epist. 25.

Sit pæna intermissa, non remissa.

7

Lyran.

Lyranus ita explicat: *Tradidit illos &c. Vt deformuas, vel*

vel dedecus culpæ non transiret sine decore iustitiæ &c. Quid quid enim culpa deformat ac dedecorat, ornat, ac decorat iustitiæ pulchritudo: & ideo fortassis virga decor, ac decus appellatur Zachar 11. Seu quia iustitia decor, ac decus est iudicis. vnde Deus cum ducentos illos quinquaginta viros puniјt: iussit, vt illorũ thuribula producta in laminas altari affigerentur. Numerorum cap. 16. n 38. Non solum *Vt posteros admoneret*, quem admodum loquitur Chrysostomus oratione 3 in Iudæos, *ne maiorũ amentiam imitarentur, ne quando scilicet pœna plecterentur &c.* Sed vt altare, quod erat velvt sedes, ac tribunal ipsius Dei, illis iustitiæ monumentis, atque insignibus ornaretur. *Iustitia* enim *& iudicium correctio sedis eius* psalmo 99. n. 2. id est *ornamẽtum solij*, vt Appollinarius, *sedem æquitate iudicij in omnibus ornans, siue coronans &c.* Vide Lorinum in psalmum &c.

Iustitia culpæ deformitatẽ abluit. Zach. 11 7.

Iudicis decor.

Num. 16. 38.

Docet Deus Iudæos, ne imitentur amentiam maiorum. Chrysost. orat. 3. in Iud.

Iustitia Dei tribunal ornat.

Ps. 96. Apollin. Imo coronat.

Lorin.

Et oppressi sunt valde ab eis, feceruntque sibi antra, & speluncas &c.

Versus 2.

SEptuaginta legunt. *Et inualuit manus Madian super Israel.* Vnde Origenes homilia 7. *Non dicuntur inualuisse Madianitæ super populum Domini donec præcepta Domini populus custodiuit. Cum vero negligere cœpit mandata diuina, robustior, & validior effecta est aduersus eum hostium manus &c.* Iã ostendimus ita diuina prouidentia comparatum, vt qui Deum inimicum habent, inimicos etiam habeant homines, & infernos vide Chrysostomum in psalmum 3.

1 Septuag. Orig. ho. 7.

Qui Deũ hostem, homines etiam hostes habet.

Chrysost. ps. 3.

2

Tantus igitur metus Israelitas occupabat, aduentantibus Madianitis, vt in antra, in speluncas, in auia, atque inaccessa loca illatebrarent se se, quod in magna trepidatione, ac metu fieri consueuit, 1 Regum c. 13. n. 6, & alibi. Vnde in excidio siue Hierusalem, siue mundi totius. *Introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ a facie formidinis Domini*

Timor in speluncas abigit.

1. Reg. 13 n. 6.

In vltimo Iudicio, qualis timor.

mini. Isaiæ c.2.n.19. Quorsum verò Deus miseros Israelitas in speluncas detrudit? An vt in illis viua veluti cadauera sepulta iacerêt? *Iniqui*, inquit Chrysostomus & Gregorius 31. Moralium cap.32. *à cadaueribus nihil desunt &c.* Et Psalmista mortuos vocat, qui mortuis viũnt moribus, *Non mortui laudabunt te Domine* Psalmo 113. num 17. Vbi Chrysostom. *Mortuos dicit, non eos, qui vita functi sunt, sed eos, qui mortui sũt in impietatibus &c.* Quos alibi sicut viuentes appellat: *Sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.* Psalmo 59.n.10. Augustinus in Psalmo 126. *Quare non dixit viuentes, sed tanquam viuentes, nisi quia falsa est hæc vita impiorum? neque enim viuunt, sed viuere sibi videntur &c.* Vnde & Deus ad primum hominem. *In quocumque die comederis, morieris.* Geneseos cap. 2.n.17. Pelusiota tom.3. Epistola 252: *Facinorosus tum demum proprie moritur, cum leges violat, ac scelus admittit, quãtumlibet alioquin vitæ vsura frui videatur &c.* Par ergo erat, vt qui à Deo exierant, seu obierant, in speluncis tanquam in sepulchris habitarent. Seu, vt qui more bestiarum vixerant, bestiarum more degerent in speluncis, quemadmodum dicitur 2. Machabæorum cap. 10.n.6.

Chrysost. Iniqui cadauera sunt. *Greg.31. mor. 32.* Peccatores mortui. *Chrysost.* *Ps.57.10 Aug.ps. 126.* Impij vita falsa est. *Gen.2.17 Pelus.t.3. ep.252.* Iniquus rum moritur, cum peccat. *2.Mac.10 6.*

3 Potentiores vero, *Munitissima quærebant ad repugnandum loca. Pensilia*, Vocant Septuaginta, idest *munitiones in præruptis montium iugis pendentes.* Huc confugiebant miseri, quos ad Deum, atque ad pænitentiam tutius confugisse oportuit. Vt enim ait Gregorius 4. Moralium capite 16. *Solus ab illo locum fugæ inuenit, qui post perpetratam culpam se in pænitentiam abscondit &c.* Et Augustinus in Ioannis capite 3. adducens illa verba. *Quo à facie tua fugiam* Psalmus.138. *Si vis*, inquit, *ab illo fugere, ad ipsum fuge: ad ipsum fuge confitendo, non ab ipso latendo &c.* Est enim locus munitus, vt dicitur in Psalmo 70. num. 3. *Et munitio Sancti timor Domini* Prouerbiorum capite 10. num.29. iuxta Septuaginta *In medio tui Sanctus, & non ingrediar ciuitatem.* Oseæ capite 11. num.9. *Hoc est*, inquit Cirillus, *Murum habebo Deũ securitatem, & tutamen, & spẽ in ipsum mihi faciam &c.* Quo etiam in loco significat Deus inexpugnabilem sibi esse pænitentium arcem idem enim est, non ingredi

Septuag. Tuta ars pænitẽtiæ *Greg. 4. mor 6.16* *August.* *Ps. 138.* Dei iram fugimus ad ipsum fugiendo. *Ps.70.3.* *Prou. 10. 29.* *Ose.11. 9.* *Cyril.*

Arx pæni tentiũ in expugnabi lis.

gredi ciuitatem, atque illam expugnare non poſſe vnde Iebuſæi cûm Dauid Sion arcem oppugnaret, per ludibrium dicebant. *Non ingredietur Dauid huc* 2° Regum capite 5. num. 7. ideſt, *Nunquam expugnabit.* Et Iſaias ad Ezechiam de rege Aſſyriorum *Non ingredietur vrbem hanc* 4. Regum capite 19 num. 32. Ita Deus. *Non ingrediar*, inquit, *ciuitatem*, ideſt, *Non expugnabo.* Cur propter pænitentiam, cuius ſpiritum ciuibus pollicetur, vt ex ſequentibus verbis colligit Ribera: ita dat manus pænitétiæ Deus eiuſque violentiæ, ac munitionibus cedit. Vnde Niniuitæ cúm audiuiſſent ſubuertendam Niniué ſuam, mores fugerunt, non muros, quos ne ſubrueret diuina iuſtitia, non alijs, quam pænitentiæ propugnaculis munierunt. Chryſoſtomus Homilia 5. ad populum. *Non vrbem fugerunt; laqueus erat, & munimen ipſam reddiderunt. Vorago erat, & præcipitiũ, & tutullæ turrim fecerũt &c.* Vnde cælo vim inferrent, ac demum ipſum expugnarent. *Nam pænitentia, & lacryma* vt loquitur Abbas Celenſis. capite 12. *Vincit inuincibilem, ligat omnipotẽtem &c.*

2. Reg. 5. 7.

4. Reg. 19 32.

Ribera. Pænitentia de Deo triumphat

Chryſoſt. hom 5 ad pop. Propugnaculum in expugnabile.

Lacryma vincit in vincibilẽ.

Celenſ. c. 12.

Cumque ſæuiſſet Iſrael aſcendebant Madianitæ, ceterique orientales, & ſicut erant in herbis, cuncta vaſtabant.

Verſus 3.

DVplex malum: alterũ, quod laborem ferendi habebãt Iſraelitæ, nullũ metendi fructũ iuxta illud: *Seminabis, & nõ metes.* Micheæ c. 6. n. 15. Vt diſcerẽt, nil in peccando fructus eſſe, laboris plurimũ. Vt illi: *Qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos.* Iob c. 4. n. 8. Quod expertus eſt diues ille, qui dicebat. *Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos?* De quo Baſilius Homilia in diteſcentes *Ipſa vtilitate miſer erat, ac timidus non enim prouentus annui fruitionem ei terra ferebat, ſed fletus, & ſuſpiria, non fructuum copiam, ſed curas & dolores, & graues anxietates ſibi colligebat &c* Huc etiã ſpectat illud Oſeæ c. 8. *Vẽtũ ſeminabũt, & tui binẽ metent.* Quo ſignificatur labores, ac ſumptus in quærẽdis ſæculi bonis, idoliſq; colendis

Mich. 6. 15. In peccando nihil fructus plurimum laboris.

Iob 4. 8.

Baſil.

Diuitum felicitas in felix.

Oſe. 8. 7.

Diuitiæ plus doloris, quam commodi ferunt.

colendis, nihil vtilitatis ac fructus, sed damni, & laboris plurimum afferre, vt videre licet apud Riberam. Inde est, vt Diuus Paulus cum vitia dixisset opera carnis: virtutes dixerit fructum spiritus, *fructus autem spiritus est charitas, gaudiũ &c.* ad Galatas cap. 5 n. 22. Diuus Thomas, *Quia habent in se suauitatem, & dulcedinem &c.* Quasi verò in vitijs opus tantum sit, idest labor, & sudor; in virtutibus vero fructus, idest, suauitas, & dulcedo, quo respiciẽs Baptista *Facite*, inquit, *fructũ dignum pœnitentiæ.* Matthæi ca. 3 n. 8. Suauis enim pænitẽtia, & dulcis lacrymarum fructus: Idcirco liber, in quo lamentationes, carmẽ, & uæ, factus est in ore Ezechielis, sicut mel dulcis cap 3. n. 3. Quia vt ait Appolinaris *Valde suauis est delictorum lamentatio &c.* Vnde Diuus Augustinus libro de cathechismo rudibus. *Cito*, inquit *senties dulciores esse iustitiæ fructus, quam iniquitatis. Et verius atque iucundius gaudere hominẽ de bona conscientia inter molestias, quam de mala inter delicias &c.*

Galat. 5, 21.
D. Thom
In uitijs labor, in virtutibus dulcedo
Mat. 3 8.
Ezech. 3, n. 3.
Delictorũ lamẽtatio suauis,
Augus.
Bona cõscientia suauior deliciis.

Alterum quod non modo satis non fruebantur, sed si quæ seuerant, alieni deuorabant, Quod inter alias diras Iob imprecatur: *Seram, & alius comedat.* cap. 31 n. 8. *Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quẽ ignoras* Deuteronomij cap. 28 n. 33. *Frustra seretis sementẽ quæ ab hostibus deuorabitur.* Leuitici cap. 26. n. 16. Quo supplicij genere maxime puniuntur auari. Prouerbiorũ cap. 6. n. 2. & Ecclesiastici cap. 14 n. 4. Ita Deus Israelitas idolatras, & auaros, quos Madianitæ spoliabãt, non occidebant, vt grauius punirentur amissione bonorum, quam vitæ. Nihil acerbius dici potuit illi apud Lucam capite. 12. n. 20. *Quæ autem parasti, cuius erunt?* Vt enim ibi aduertit Maldonatus. *Non dixit ad æternum ignem comdemnaberis, quod multum maius erat malum, sed quæ parasti cuius erunt? quod eius opinione maximum erat malum: nihil enim æque auarus dolet, atq; bonorum suorum iacturam, quæ grauior illi est, quam ignis æternus &c.* Ita nunc auaris sata pereunt, & fruges: maxime cum Deum in pauperibus fraudant, iuxta illud: *Si supplantat homo Deum, quia vos supplantastis me.* Malachias c. 3. Vbi Diuus Hieronymus *Si quando fames & penuria, & rerum omnium egestas opprimũt* mun

2
Maximũ suppliciũ, alijs labora c,
Iob. 31. 8.
Deut. 28 33.
Leuit. 26. 16.
Ita puniũtur auari.
Prou. 6. 2.
Eccles. 14. 4.
Auari diuitias vitæ præferunt.
Luc. 12. n. 20.
Mald.
Auarograuior iactura bonorũ quam infernus.
Malach. 3
Hieron.

Dei vindicta galia eleemosinæ. *August. hom. 47.*

mundum sciamus hoc ex ira Dei descendere, qui in pauperibus si nō accipiant eleemosinam, fraudari se loquitur, & sua portione priuari &c. Et Augustinus homilia 47. *Semper flagellamur infrugibus, quia bene egentibus non facimus &c.* Et Basilius homilia In diuites auaros. *Hac de causa & Deus omnipotens manum non aperit, quoniam fraternitatis charitatem occlusimus; ob hoc, & campi steriles, quoniam charitas friguit &c.* Quare Deus hortatur per Oseam: *Mettite in ore Misericordiæ* cap. 10. n. 12. Vbi Deus Misericordiam messoriæ comparat falci, quasi dicat: si vultis fructus colligere copiosos, eos metite misericordiæ falce; nam de eleemosina erga pauperes intelligit, hunc locum Ambrosius de Nabuth. cap. 7. & Sapiens: *Honora,* inquit, *Dominum de tua substántia* (Augustinus. *donando pauperi*) *& de primitijs frugum tuarum da ei, & implebuntur horrea tua saturitate &c* Prouerbiorum cap. 3. nu. 9.

Basil. Sterilitas in agris est ex defectu eleemosinæ.

Os. 10. 12

Optimas messes eleemosina confert. *Ambr.*

Aug. Eleemosina honoratur Deus.

Prou. 3 9.

Additur n. 6 *Humiliatus que est Israel valde.* In Hebræo *Attenuatus est.* Siue *depauperatus,* vt legit Abulensis. Septuaginta *Mendicauit Israel.* Neque enim par erat, vt diuitias possiderent, qui Deū in diuitijs non habuerant.

Abul. *Septuag.* Diuitias amittunt, qui in illis Deo nō seruiunt.

Sic Adam vbi Deum amisit, paradisi bonis pene nudus eijcitur. Geneseos cap. 3. n. 24. Esau maioratu excluditur Geneseos cap. 27. AEgyptij spoliantur. Exodi cap 14. n. 36. nudatur populus Israel Exodi cap. 32 n. 25. Domus Saul decrescit 2. Regum cap 3. n. 1. In Hebræo. Idem verbum, *Attenuatur,* seu *depauperatur.* Roboam Regij thesauri 2 Paralipomenon cap. 12 nu. 9. Ezechiæ omnia, quæ in domo illius erant auferuntur 4. Regum cap. 20. n. 17. Filium prodigum dissipatis omnibus, fames occupat, & egestas Lucæ cap. 15. nu. 14. Quid nisi mendicaret, qui tam diuitem parentem amiserat. *Ecce quemadmodum,* inquit Chrysologus sermone 1. *Sine patre census nudauit filium non ditauit &c.* Vnde Augustinus sermone 25. *Quid habet diues si Deum non habeat? &c.* Et Ambrosius Epistola 28. *Solum illum Deus diuitem nouit, qui non opum sed virtutum fructus recondat &c.* Inde est vt Episcopus Laodiceæ, qui deuitijs gloriabatur â Christo pauper dicatur & nudus. Appocalipsis cap. 3. n. 17. Qui a Deo locuplex non erat. Et auarus ille Lucæ cap. 12. n. 20. stultus

Gen. 3. 24 *Gen. 27.* *Exod. 14. 36.* *Exod 32. 25.* *2. Reg. 3. 1* *2. Paral. 12. 9.* *4 Reg. 20 17.* *Luc. 15. 14.*

Absque Deo nullæ diuitiæ. *Chrysol. serm. 1.*

August. serm. 25. Solus diues virtutibus opulentus.

Apoc. 3. 17.

stultus vocatur, non diues, quia opulentia sine Deo stultitia est. Quo in numero Lia,& Rachel parentem suum Laban habuere: *Omnes inquiunt, diuitiæ, & gloria, quam abstulit Deus patri nostro, nobis erit* Gen.c.31.n.16. vt legit Ambrosius in Exodo. *Quasi diuites, & liberæ non eum diuitem, sed egentem arbitrabantur; omnis enim bonorum, & liberalium consors disciplinarū: neminem insipientium diuitem vocat sed egenum &c.* Ditissimi quidem fuerant Israelitæ, cum Deo hærebant: *Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei.* Oseæ cap.10.n.1. vbi Diuus Cyril. *Ostendit qualis olim fuerit per quam fructuosus, videlicet quando vitā legibus respondentem viuebant &c* hacque de causa Deus dita u't Abraham Geneseos ca. 13. *Vt gentes*, quēadmodū loquitur Xistus l. de diuitijs, *Vel sic ab idolis, ad Deum animos, sensusque conuerteret, quem videbant cultori suo, quod illæ optimum iudicabant* (id est diuitias) *tam cito, quam facile contulisse &c.* Et Deutoronomij cap.15. promittit Deus: *Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos: si tamen audiens vocem Domini &c.* Quam quia non audierunt ad egestatem hic rediguntur.

Opulētia sine Deo stultitia.

Gen. 31. 16.

Ambr.

Stulti pauperes.

Diuites sumus, dum Deo seruimus.

Os. 10. 1.

Cyril.

Gen. 13.

Xist.

Deut. 15.

Et clamauit ad Dominum postulans auxilium contra Madian, &c.

Versus 7.

AD ingenium redeunt Israelitæ. Ita semper in secundis rebus immemores cælestium beneficiorū idolis supplicabant, in aduersis Deo: vt loquitur Seuerus super librum 1. Sacræ historiæ alludens ad hunc locum. Mira vero Dei clementia, qui septenis offensus iniurijs, ad vnum clamorem, ac gemitum tam facile flectitur, vt non tam audire, quam obedire pænitē tium vocibus videatur, iuxta illud. *Aures eius in preces eorum* Psalmo 33. vt explicat Salu l. 2. *Non audientia tantū Dei, sed quædam quasi obedientia designatur: Quomodo enim in precibus iustorum diuinæ aures, nisi vt illico exaudita concedant &c.* Magis mira gemitus vnius, lacrymulæque potentia, *Quæ*, vt ait citatus Celēsis, *iudicis emollit iram, iam intentatæ iræ humili ausu flectit minas, vibratas reuaginat acies, erecta iam resupinat supplicia,* &c

1 In secundis rebus Deimemores, e contra in aduersis.

Pænitētiū vocibus obedit Deus.

Ps. 33. Salu. l 2.

Vnius gemitus potentia.

Celens. cit.

& infra. *O lacryma humilis, tua est potentia: tuum est regnum: tribunal iudicis non vereris: quamque sententiam rapis etiam ab ore iudicis; audes vbi timet angelus &c.* Quæ eleganter prosequitur.

Audaces lacrymæ.

Qui misit ad eos virũ prophanum. &c.

2

DVbium: quisnam fuerit hic Propheta? Phineen Hebræi faciunt, sed cum tempore Moysis vixerit, qui potuit ad hæc vsque tempora perdurare? At non sibi persuadent Hebræi potuisse mori amatorem, ac vindicem castitatis. Imo Petrus Damianus Epistola 11. capite 2. viuere adhuc illum existimat, sic interpretans illa verba. *Ecce do ei pacem fæderis mei, & erit tam ipsi, quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum.* Numerorum capite 25. numero 13. *Pacem,* inquit, *sui fæderis Dominus illi dedit, quia sedata omni carnis molestia viuere illum vsque in finem mundi in Paradisi amænitate constituit: ipse siquidem est, ni fallor, Elias, &c.* Adducitque in suam sententiam Diuum Hieronymum in Hebraicis quæstionibus ad primum Paralipomenon vbi cum de Coritis custodibusque tabernaculi sermo esset, additur *Phinees autem filius Eleazari erat dux eorum coram Domino* primo Paralipomenon capite 9. numero 20. vbi Hieronymus *Monstratur,* inquit, *hic Phinees adhuc eo tempore viuere &c. Iure ergo,* concludit Damianus, *Quia mœchis repentinam intulit mortem, annosæ vitæ sortitus est longitudinem &c.* Ex qua sententia, si vera est, planum fit eos, qui diuinũ Zelantur honorem, amantque, ac vindicant pudicitiã dignos esse, qui nullo vnquam tempore moriantur. Sententia tamen incerta est, & paradoxa, vt videri licet apud Abulensem in 1. Paralipomenon, quæstione 11. Et Cornelium numero 25. Diuus Augustinus quæstione 31. eo magis propendit, vt existimet hunc Prophetam fuisse Angelum, qui mox apparuit Gedeoni; quanuis subdubitet, quod Angeli in scriptura viri quidem sæpe dicantur, Prophetæ nunquam, quo argumento ducuntur Lyranus Abulensis, & alij. Quare verosimilius est hominem fuisse, sed ignotũ, vt ille, de quo 1. Regum c. 2. Et 3. Regũ

Non moritur castus.

Petr. Dam. epist. 1. c. 2.

Num. 25. 13.

Phinees in paradiso viuit.

1. Paral. 9. 20.

Hieron.

Dam.

Zelatores diuini honoris, ac pudicitiæ, immortales.

Abul. 1. par. q. 11

Corn. n. 25.

Aug. q. 31

Angeli sæpe viri, nũquam prophetæ dicuntur.

Lyr. Abul.

3. Reg. 13. Dei reprehensio ex polit.

3. Regum cap. 13. Missus veró hic Propheta, vt populũ reprehenderet, ad pænitentiam reuocaret, eosque, qui lapidei cordis erant, dolaret, & expoliret Quomodo Deus loquitur per Oseã *Propter hoc dolaui in Prophetis: occidi eos in verbis oris mei.* cap 6. n. 5. vbi Chaldæus. *Monui eos per legionem Prophetarũ meorum &c.* Siue, vt explicat noster Ribera. *Vehementer corripui, & crebris ictibus pulsaui, vt eos expolirem, atque ad rectitudinem, & æqualitatem morum adducerẽ &c.* Deus enim fabri se ad instar habuit multo mane opera ad fabrilia surgens iuxta illud: *Misit Dominus ad vos omnes seruos suos Prophetas, consurgens diluculo* Hieremiæ cap. 25. n. 4. vbi Hieronymus: *Quasi ipse in vigilijs, atque excubijs constitutus surrexit deluculo, vt populũ commoneret &c.* Ita Deus eũ, quem per Prophetas suos, atque prædicatores monet non tam reprehendit, aut cædit, quam dolat, expolit, & exornat. Quo sensu videtur Ambrosius fabrum dixisse Deum in Lucam cap. 3. *Tanquam bonus animæ faber vitia nostra circum dolat &c.* & sermone 10. *Fabrum dixerim, qui mentes rigidas expolit &c.* Per manus videlicet Prophetarum, quibus dicitur assimilatus. cap. 12. Oseæ vnde & Diuus Paulus architectum se vocat 1. ad Corintheos cap. 3. *Et iratus Dominus Ierusalem, aufert sapientem de architectis* Esaiæ cap 3. nu. 3. vt videre est apud Hieronymum 1. in Zachariam: magis enim irascitur Deus, cum peccata non arguit, non prohibet, non reprehẽdit. Qua ratione Moyses iratum populo conijcit Aaronem, quia cum à peccato non prohibuerat, ita enim loquitur: *Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eũ peccatum maximum.* Exodi c. 32. n. 21. Vbi Brixianus *Sacerdoti adscribitur peccatum populi, quod non omni conatu restiterit, neque ait, quid fecisti? sed quid tibi fecit hic populus? perinde quasi in hoc facto se vltus fuerit, atque maximum genus sui vlciscendi sit nõ prohibere subditos, ne peccent &c.* Plerumque enim, vt ait Ambrosius Psalm. 118. *Non coercere delinquentes maioris austeritatis est, quam si vlciscaris &c* Cum veró Deus reprehendit, affectu loquitur blandientis, non irascentis, vt commendare potius videatur, quam increpare. *Nõ enim qui se ipsum commendat ille probatus est sed quem Deus cõmendat.* 2. ad Corintheos ca. 10. n.

Per prędicatores reprehendit Deus

Os. 6. 5. Chald.

Riber.

Deus fabri instar.

Hierem. 25. 4.

Hieron.

Dei reprehensio nõ cædit.

Amb. in Luc. 3.

Id ser. 10.

Os. 12.

1. Corint. 3.

Isai 3 n 3

Hieron.

Deus magis iratus, cum non punit.

Exod. 32. 21.

Brix.

Peccata non prohibere maximum supplicium.

Amb. Ps. 118.

Dei lenitas in reprehendẽdo.

Bern. Commendat nos Deus, cum reprehendit. Reprehenſio Dei fauor. Tertul. Via eſt ad beneficia. Caiet.

10. num. 18 Diuus Bernardus de verbis Apoſtoli: *Quis eſt, quem in hoc ſæculo cōmendat Deus? quomodo commendabit veritas eum, qui adhuc reprehenſibilis inuenitur? Ego, inquit quos amo, arguo. Hæccine commendatio eſt tuta prorſus quā tum mihi videtur, ipſa eſt &c.* Ita commendat nos Deus, cum ēmendat, fauet, ac fouet, cum reprehendit: Vnde Tertulianus huc alludens 2. aduerſus Marcionem *Ipſe*, inquit, *Iſrael toties reſtituit, quoties iudicauit: toties refouit quoties & increpauit &c.* Dei enim increpatio ad benefitia viam munit, ideo hic priuſquam Angelum mitteret adiutorem, Prophetam præmittit repræhēſorem, vt aduertit Caietan.

Ego vos feci conſcendere de Ægypto &c.

3

Deus ſua beneficia breuiter perſtringit. Iſai 1. 2. Chryſoſt.

Breuiter recenſet omnia beneficia, quæ populus ille á Deo acceperat ab egreſſu ex AEgypto vſque ad terram promiſſam breuius illa præſtringit duobus verbis. *Filios exaltaui* Iſaiæ cap. 1. n. 2. Vbi Chryſoſtomus. *Quæ in Ægypto, & in deſerto, quæ in Paleſtina geſſerit vno verbo curſim complexus eſt &c.* Omnes inquit Seneca 3. de beneficijs, *ſua extollunt: omnes etiam minima, quæ ad alios contulerunt dilatant &c.* Deus tamen ſua beneficia curſim: iuſtorum benefacta prolixius narrat, & in ſingulis immoratur, vt apud Matthæum capite 25. *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.* Quæ longius, minutiuſque proſequitur: cum tamen in iuſtorum malefacta breuiſsime attingat, de quo Origenes tractatu. 34 *Quoniam miſericordia iudicis erat, benefacta quidem hominum largius prædicare, & amppliare, malefacta autem eorum tranſitorie memorare & breuiare &c.* Suorum tamen beneficiorum ne meminit quidem.

Seneca. 3. de offic. Iuſtorum benefacta prolixe narrat. Mat. 25. Orig tract 34. Malefacta breuiat.

4

Cur veró populum reprehenſurus, ſua commemorat beneficia? vt ingratos acerbius puniat, maiorique ſupplicio dignos oſtendat, qui poſt tanta beneficia, Deum offenderint. Quærit Theodoretus quæſtione 40. in Exodo. Quam ob rem filij Iſrael cum quinta generatione aſcenderint ex Ægypto, vbi Deos Ægyptiorum coluerant, nullas ob idolorum cultum dederint pænas: cum tamen ob

Theod. q. 40. in Exod. Peccata poſt beneficia acerbius puniuntur.

eam causam ex AEgypto egressi lucrint acerbissimas *Quia*, inquit, *post tanta beneficia accepta, & tam multa miracula edita non abiecerant impietatem &c.* Iidem cum murmurassent contra Moysem & ollas carnium desiderassent, puniti non sunt Exodi capite 16. cum vero postea cibos AEgyptios suspirassent, percussi sunt plaga magna nimis. Numerorum capite 11. num, 33. Diuus Cyrillus in Ioannem libro 3. capite 34. *Cum nuper ab Ægypto effugerint, panemque cælestem, qui cor hominibus corroborat, adhuc non receperint, facilius poterant in cupiditates carnis incidere, propterea & venia digni visi sunt: postea vero quam Domino fruebantur, tunc iure, quoniam corporalia spiritualibus præposuerunt, acerba dederunt supplicia &c.* Sed de his supra cap 2. n. 1. non nihil attigimus.

Exod. 16. | Num. 11. n. 33. | Cyril. in Ioan. l. 3. c. 34. | Post Eucharistiam sumptam peccatum grauius.

5

Quæres, cur Propheta ad increpandum veniens, nullam pænam denuntiauerit? Respondet Abulensis quæstione 7. quia iam supra fuerat denunciata. Responderi potest, quia ingratis ingratitudo ipsa est pæna, vt diximus ex Diuo Leone sermone 5. Vnde in legibus ciuilibus nulla ingratis statuitur pæna, vt videri potest apud Senecam 3. de beneficijs. vel quia nulla potest digne puniri ingrata voluntas, quæ, vt ait Cyril. in Oseam *Quasi omnis improbitatis rea conuincitur.* Vel potius nullam denuntiat pænam, vt beneficiorũ cõmemoratione magis alliceret, quam pænæ denuntiatione terreret. Quo consilio Deus post diluuium in nubibus posuit arcum clementiæ signum. Geneseos capite. 9 nu. 12. *Quia*, vt ait Chrysost. *Cordatos beneficia magis, quam pæna alliciunt ad mandatorum obedientiam &c.* Vecordes è cõtra: Ideo Deuteronomij cap. 28. plures ferunt maledictiones, quam benedictiones quia, vt ait Theodoret. q. 36. *Improbi serui non tam mouentur promissionibus libertatis, quam plagarum comminationibus &c.*

Abul. q. 7 | Ingratis ingratitudo ipsa pæna. | D. Leo. serm. 5. | Seneca 3. de Benef. | Ingratitudinem nulla pæna digne punit. | Beneficiũ pæna fortius. | Gen. 9. 13. Chrysost. | Cordati beneficio, vecordes plus pænæ obediunt. | Deut. 28. | Theod. q. 36.

6

Tandem concludit Propheta n. 10. *Et noluistis audire vocem meam*, Quia nẽpe idolatria, seu auaritia, quæ est idolorum seruitus, aures illis obstruxerat, nam vt ait Ambrosius in Psalm. 118. adducens illud. *Thesaurum vobis condite in Cælo. Hoc diuites audire non possunt. Clausas habẽt aures, & sono æris obtusas; nummus magis illis resonat, quam verba*

Text. n. 10 | Auari surdi præ æris soni tu. | Ambr. ps. 118.

ba diuina &c. Inde Deus ad Ezechielem: *Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, qui in canticum oris ſui vertunt illos & auaritiam ſequitur cor eorũ* cap.33.n.31, & Lucæ c. 6. n. 14. *Audiebant hæc omnia phariſæi, qui auari erant, & deridebāt eum &c.* Adeo obſurdeſcũt, ſeu potius obbruteſcunt amore diuitiarum. Vnde Deus auaritiam Balaam per iumentum coercet, hominem bruto ipſo ſtupidiorem ſignificans. Numerorum capite.22. vbi Auguſtinus quæſtione 48. *Hoc ipſo confundens illam dementiam, quod prohibitionem Domini per Angelum factam tranſgredi aſina non auderet, quam ille cupiditate tranſgredi conaretur &c.*

Ezech. 33.31.

Luc. 9.14

Auari brutis ſtupidiores.

Num. 22. Auguſt q 48.

Venit autem Angelus Domini & ſedit ſub quercu.

Verſus 11.

1

AVguſtinus citatus, quanuis dubius facit hunc Angelum eundem cum Propheta prædicto. Ratio præter adductas, aliud ſuadet: quia Propheta miſſus fuerat ad increpandum: Angelus vero ad populum liberandum. Neque enim Angeli tam proprium eſt increpare, aut reprehendere. Vnde Archangelus cum Diabolo diſputans ſuper corpore Moyſe. *Non auſus eſt iudicium inferre blaſphemiæ: ſed dixit; imperet tibi Dominus* Iudæ capite 9. In Græco eſt, quod recepit Hieronymus, *Increpet te Dominus,* Quo enim quis purioris eſt vitæ, & magis Angelicæ, eo minus audet cæteros reprehendere. Par ergo fuit vt Prophetæ increpandi, Angelo vero bene nuntiandi, ac benefaciendi munus demandaretur. Præſertim ſi hic Angelus, vt volunt Interpretes, erat idem ille Michael, qui apud Iudam ab increpando abhorruit.

Non eſt proprium Angeli increpare.

Iud. 9. Hieron.

Vita purus non audet reprehendere.

Angeli munus benefacere.

2

Cur vero ſedit ſub quercu, an quia ſacra, & religioſa? Vt vult Pineda libro ſecundo de Salomone capite 10. numero 6. Diuus Auguſtinus ſermone 108. de tempore, Ambroſius libro primo de ſpiritu Sancto in prohæmio. Diuus Iſidorus, & Hugo hic ad allegoriam crucis per quercum adumbratæ diuertũt quaſi iam tunc Angelis nullus amænior cruce locus ibique

Quercus religioſa. Pined. l. 2 de Sal. c. 10. n. 6. Aug. ſer. 108. Ambr. Iſido. Hugo.

Crucis ſymbolum.

ibique libentius requieuerint. In euangelio nanque legimus Angelos interdum in locis dominicæ passionis ac monumento Christi cōsedisse; quasi feriantes, & quiescentes ab antiquo illo cum peccatoribus duello, atq; dissidio quod crux diremit. Vt enim ait Diuus Athanasius de cruce, & passione. *Crux Domini Angelos hominibus consociauit, & interpres, conciliatrixque eorum amicitiæ fuit &c*. Nec mirum Angelos in cruce Domini quieuisse, cum caput ipsum Angelorum caput ibi reclinauerit, ac velut sub vmbra crucis requieuerit iuxta illud: *Erit sepulchrum eius gloriosum*. Esaiæ capite 11. numero 10 In Hebræo, *Erit requies eius gloria*. Quænam requies. Isidorus Clarus *Hoc est crux, & mors.*

Sub cruce Angeli requiescunt.

Christi passio Angelorum quies.

Athan. Crux homines Angelis sociauit.

CruxChristi requies

Isai.11.10. *Isidor. Clar.*

Proprius litteram videtur sedisse sub quercu, quia hospitalis arbor erat: ibi enim Gedeon solitus hospites excipere instar Abrahami in conualle Mambre, siue quercus. Geneseos capite 18. numero 1. *Vbi*, quemadmodum loquitur Hieronymus ad Pamachium, *dum non refutat homines, suscipere meruit Deum &c*. De quo Ambrosius. *Merito illi Deus apparuit ad quercum Mambre, quia fructum hospitalitatis studiosissime requirebat &c*. Vel *sedit sub quercu*, Non vero intra domum, ne hospiti onerosior videretur, vt Angeli illi, qui Loth intrò domum inuitanti dixerunt. *In platea manebimus*: Geneseos capite 19 numero 2: Vbi Lippomanus *Ciuilem verecundiam prætenderunt propensiores ad beneficium exhibendum, quam accipiendum, non vt onerosi hospites; qui vel non rogati se ingerunt, vel facile vocati acquiescunt &c*.

3 Quercus arbor hospitalis.

Gen.18.1 Hospitalitas a Deo remunerata.

Hier. ad Pam.

Amb.

Hospitalitatem quærit Deus.

Hospites non sint onerosi.

Gen. 19.2 *Lyppom.*

Cumque Gedeon excuteret, atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian: apparuit ei Angelus &c.

Videtur Angelus laborantem, atque sudantem Gedeonem cum voluptate quadam spectasse: laborantes enim diligunt Angeli, visitant, iisque se libenter adiungunt, Ita natali Christi nocte relictis otio deditis homini

4 *Text. n. 11. 12.*

Laborantes Angelorum oculos rapiūt.

Luc. 2. 9. Ber. in Nat. ser. 3.

hominibus, ad pastorũ genus durum, ac laboris amãs diuerterunt Lucæ cap 2. n. 9. Bernardus in Natali serm 3. *Agnoscãt igitur homines, quia qui in labore hominum non sunt visitari ab Angelis non merẽtur agnoscant quam placeat supernis ciuibus labor, cuius spiritualis intentio est. quandoquidem & eos, qui pro victu corporis corporali vrgente necessitate laborant, suo dignantur alloquio, & alloquio tam felici &c.* Et ideo fortassis Iacob Angeli apparent, vt defendant ab Esau Geneseos cap. 32. n. 1. Quia hic otiosus erat, ille laboriosus de quibus Ambrosius lib. 3 Epistolarum cap. 25. *Otiosus Esau amisit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere, quam quærere; Laboriosus Iacob apud vtrumque parentem inuenit gratiam &c.* Addo, & apud Angelos, nam Deus, vt dicitur sapientiæ cap. 10. *Dedit illi scientiam Sanctorum* (cum scilicet in scala vidit Angelos) vnde & sequitur, *Honestauit illũ in laboribus &c.* E contra gratissima diabolo otiositas *Qui quærens requiem, & non inueniens, dicit. Reuertar in domum meam; & veniens inuenit eam vacãtem.* Matthei cap. 12 n 44. Petrus Blesensis Epistola 9. *Apud quiescentẽ in otio quietem inuenit &c.* Itaque malus Angelus apud otiantes, bonus apud laborantes quietem inuenit: & ideo sedit sub quercu Gedeonis laborantis &c.

Laborantes alloqui gaudent Angeli.

Gen, 32. 1

Ambr. l. 3 epis 25.

Otiosus primatum amisit.

Laboriosus omnibus gratus

Sap. 10.

Otiositas diabolo gratissima

Matt. 12: 44.

Blesens. epist. 9.

Et ait: *Dominus tecum virorum fortissime*, Isidorus lib. 1 sententiarum cap 12. ait in veteri testamento nec salutari, ne resalutari solitos ab Angelis homines, imo id habuisse despectui. *Ob hoc*, inquit, *homo in veteri testamẽto despicitur, nec resalutatur ab Angelo, eo quod homo adhuc nõ dum transisset in Deum; suscipitur autem homo a Deo, & reuerenter salutatur ab Angelo &c.* Neque enim par erat vt Deo hominem induente vlla inter homines, atque Angelos discordiarum vestigia remanerent. Obstat tamen hic locus veteris testamenti, in quo Angelus Gedeonem perquam honorifice salutat & laudat, vt animos illi faciat. alacritatemque iniiciat ad palmam spe præsumendam: laus enim animos addit, *& immensum gloris calcar habet.* Ita Angelus, qui luctatus est cum Iacob, finxit se debilem, & imbecillum, vincique passus est vt Iacob animos erigeret, & spem victoriæ se fratre conciperet. Geneseos c. 32. libenter enim Angeli nõ inui-

5

Tex. n 12

Isidor l. 1. sent. c. 12

Ante Incarnatio. nẽ homo Angelis despicabilis.

Per Incarnationem omnes euanuere discordiæ.

Laus animos addit

Gen 32.

Angeli nõ inuidi.

inuidi cedunt, vt nos excedere, atque excellere videamur.

6 Sed qua ratione fortissimus virorum dicitur, qui fugam meditabatur? Liranus; *Propter futura, quia habiturus erat ex Dei assistentia victoriam &c.* Seu potius quia corporis animique viribus præ cæteris præpollebat: quod enim fugere parabat, nón tam timoris, aut ignauiæ, quam prudentiæ fuit, vt notat Abulensis q. 11. Neque enim fortitudo fugiendo minuitur, præsertim in moribus: peccandi enim occasiones, & vitia fugere, magnæ fortitudinis, ac prudentiæ est. Vnde Hieronymus. *Ideo fugio ne vincar: fuga enim non infidelitatis, sed prudentiæ indicium est &c.* Et Ambrosius de fuga sæculi cap 3 *Non erubescamus fugere gloriosa enim hæc fuga est. fugere a facie peccati: sic fugit Iacob. Genesεos cap. 27. Sic Moyses à facie Pharaonis Exodi cap. 2. Ne eum aula regia coinquinaret, ne irretiretur potentia &c.* Sic Susanna Dan. c. 13 de qua idē Ambrosius cap. 9. *Melius iudicauit crimen fugere potius, quam periculum: Sic Loth. Geneseos cap. 19. Crimina amplius, quam supplicia formidans &c.* Sic Christus Dominus vt nos doceret, *Abscondit se, & exiuit de templo.* Ioan. c. 8. nu. 59. Diuus Gregorius hom. 18. in Euangelio: *Imitatione etenim Dei gloriosius est iniuriā tacendo fugere, quam respondendo superare &c* Præsertim vero voluptas, & vitia carnis, non aliter, quam fugiendo vincuntur, vt docēt vulgo Patres ad 1. Cor. ca. 6. n. 18. Videndus August. sermone de tempore c. 105 quem supra retulimus. *De hac scilicet voluptate,* inquit Laur. Iust. *Quicumque fugerit, gloriosissime triumphabit; innumeros hæc temeritate armatos debellādo prostrauit: terga vero vertētibus vix tenuiter manus iniecit &c.* Hildebertus Epistola 57 *Huiusmodi hostis melius fuga, quam certamine superatur &c.* Et supra monialem virginem alloquēs. *Ignoras reuincere voluptates, & insanias falsas a quibus elongasti fugiens, & manens in solitudine; sanum hoc, & prouidū peccatoris consilium auerti enim & fugere ab illis omni triumpho celebrius &c.* Vnde Psal 44. in quo Dauid fugisse gloriatur titulus est, *In finem,* idest vt explicat Ambrosius citatus cap. 5 *In perfectiorem & cōsūmationem victoriæ &c.* Quia sæculi vitia fugere, consūmata victoria est.

Lyran. | Fuga aliquando prudētia. | *Abu q.* 11 | Vitia fugere fortitudo. | *Hier. en* | *Ambr.* | Aula regia fugiēda. | *Gen.* 27. | *Exod* 2. | *Dan.* 13. | *Amb. c.* 9. | Crimina, non supplicia formidanda. | *Gen.* 19. | *Ioan.* 8. 59. | *Gregor. hom.* 18. | Iniuriæ tacendo fugiendæ. | 1. *Corint.* 6. 18. | Luxuria solum fugiēdo vincitur. | *Laur. Iust* | *Hildeb. epist.* 57. | Fuga a vitiis triumphus. | *Ps.* 44. | *Ambr. cit. c.* 5.

Obsecro.

Obsecro, mi Domine, si Dominus nobiscum, quomodo aprehende runt nos hæc omnia?

Versus 13.

1 HOnorificam salutatione m illius, quem nōdum Angelum nouerat, refellit officiosé, atque vrbane. Dominum appellans: qui ipsum honorifice salutauerat. Angelus in salutando dixerat. *Dominus tecū &c.* Ille vero respondet. *Si Dominus nobiscum &c.* Velut eam laudem vir honoris fugitans, tanquam alienam, a se reijceret; vel quod felicitatem, & salutem, quam Angelus protendebat, nisi cū populo communem noller, publicæ, quam propriæ salutis amantior. Instar Moysis, *Qui*, vt notum est Diuo Hieronymo, *cum pereuntibus vult perire, nec propria salute cōtentus est, &c.* vel Iudæ Thadæi, qui cum Christus dixisset: *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.* interrogauit: *Domine quid factū est, quia manifestaturus es nobis te ipsum, & non mundo?* Ioannis capite 14. num. 22. Cyrillus libro. 10. in Ioannem capite 2. *Laude dignus est, quippe solis more per totum terrarum orbem Christi gloriam splendere desiderat: nec sibi sufficit, si cum paucis ipse Christum cognosceret &c.* Si ergo Gedeon populi saluator salutis publicæ magis sollicitus est, quam suæ, vt esset typus illius, cui dicebatur. *Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere.* Matthæi capite 27. numero 42. Diuus Athanasius de passione: *Dominus re uera seruator, quia non sua, sed nostra quæreret, non in se saluando, sed in creatura redimenda, Saluatorē esse innotescere volebat, neque enim sol suum iubar in se contrahens pro lumine agnoscetur, nisi etiam orbi terrarum suos radios exporrigat. Ita quoque Dominus non se ipsum saluauit, quia nulla salute indigebat, sed ex suis in alios beneficiis voluit saluator declarari &c.*

Fugere laudes.

Commune bonū proprio præferendum.

4

Hieron.

Iudas Thadæus solis instar.

Ioan. 14. 22.

Cyril. l. 10 in Ioan. c. 2.

Sancti Dei beneficia, & gloriā volunt esse communia.

In ipsis opprobriis nos laudant hostes.

Mat. 27. 42.

Nobis, nō sibi Christus solis instar.

Cur apprehenderunt nos hæc?

2 EST in Hebræo: *Inuenerunt*, vt sæpe alibi: *Et angustiæ inuenerunt me*. Psalmo 114. *Inuenerunt nos multa mala*

Text. Ps 114.

Pænæ fugienti peccatori instant.

Ps. 20. 9.

Deus in puniendo fatigatur.

1. Machabæorum capite 1. Quo in Hebraismo significatur pænas peccatorum fugientium tergo velut hærentes sequi, ac tandem assequi. Vnde psalmo 20. n. 9 *Dextera tua inueniet omnes, qui te oderunt*. Quo innuitur, Deum in puniendo laborare, ac velut defatigari. Inuenire enim, laborantis, & quærẽtis est, iuxta illud *Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus meis*. Esaiæ cap 43 n. 24. Cum Deum è contra misericordia, clementiaque refrigeret: nam cum a puniendo cessat, dicitur refrigerari, vt de mucrone Dominicæ iustitiæ dixit Ieremias cap. 47. n. 6. *O mucro Domini vsque quo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, & refrigerare*: Sed de his alibi.

Esai 43. 24.

Misericordia Deum recreat.

Ier. c. 47. 6.

Vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerũt Patres nostri?

3.

Text.

Accepta Dei beneficia posteris tradenda.

Exod 13.

Deut. 6.

Ios 4.

Ps. 77.

Est. 14. 5.

SOlebant antiqui parentes Dei beneficia, ac mirabilia filijs posterisq; narrare, ac veluti per manus tradere, vt præceperat Dominus Exodi cap. 13. Deuteronomij cap. 6. Iosue cap. 4. & fit mentio in Psalmo 77 Ester cap. 14. n. 5. Esaiæ cap. 38. Vbi videndus Hieronymus & Chrysostomus ad illa verba. *Patres nostri anunciauerunt nobis his*, ait, *libri erant ora eorum, qui ipsos genuerant, omnisq; schola has habebat narrationes, quibus nihil erat iucũdius &c*. Imo Dei beneficia ne quando e memoria exciderent, in ipsis filijs quodã modo inscribebant. Quo animo Ioseph vocauit nomen primogeniti sui Manasse, & secundi Ephraim. Genesceos cap. 41. n. 51. Posteros enim meminisse voluit beneficiorum Dei, ideo nominum impositione, velut in propriam illorum carnẽ inscripsit misericordias Domini, vt loquitur Lippomanus.

Hieron.

Chrysost.

Parentes filios pijs sermonibus erudiant

Consulendum memoriæ beneficiorũ Dei.

Gen. 41. 51.

Parentes Dei beneficia filijs inscribãt.

Lippom.

Respexitque ad eum Dominus.

4

Textu.

14.

Dei aspectus misericordia.

Ps. 79.

Ambros.

Salu.

ASpectus hic fauoris, beneuolentiæ, ac misericordiæ fuit; nam vt ait Blesensis, *facies Domini misericordia eius est &c. Ostende mihi faciem tuam, & Salui erimus*. Psalmo 79. Diuus Ambrosius. *Aspectus Dei salus nostra est; atque in eius vultu nostrum est adiutorium &c*. Et Saluianus. *Ecce cur aspicere iustos homines Deus dicitur, vt conseruet*

vt protega, aspectus enim diuinitatis propitiæ munus est conseruationis humanæ &c Quo sensu explicandum illud. *Aspexit. & dissoluit gentes* Habac. cap 3. Augustinus cap. 18. de Ciuitate cap. 32. *Hoc est misertus est, & fecit pænitentes &c.* Quo vultu respexit Dominus Petrum Matthæi c. 26. *Nec enim fieri poterat, vt in negationis tenebris permaneret, quem lux respexerat mundi,* vt ait Hierony m. & alibi. *Nunquam respectus Dei sine misericordia fuit &c.* Et Diuus Bernardus sermone 56. in Cât *Respectus eius profectus tuus &c.*

Hab. 3. Dei aspicere, misereri est. Matt. 26. Hieron. Bern. in cant ser. 56.

5 Vocatur veró Dominus, qui prius nominatus est Angelus: quia Dei personam agebat, vt aduertit Caietanus Quomodo etiam homines ministri Dei, Dei nomine decorantur. *Iurgati sũt filij Israel contra Dominũ* Num 20. vbi Caietanus *Quanuis filij Israel iurgati fuerint contra Moysem, ad manifestandum tamen, quod iurgium redundabat in Deum scribit, quod contenderunt cum Deo &c.* Terribile enim est tali contradicere, vt ait Diuus Ignatius Epistola 6. nam si id fit, non ad hominem, sed ad Deum redit iniuria: Samueli namq; dicit Deus, *Non te spreuerunt, sed me;* Et Moyses ait; *Non contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum,* Nec enim illi legi contradixerunt Datan, & Abiron, sed Moysi, & viui in infernum præcipitati sunt &c. Vult enim Deus, vt ijs, qui ipsius personam agunt, plusquam sibi obediatur: & ideo fortasse pepercit Dauid, non vero Sauli, quanuis vterque peccasse Domino confessus fuerit. 1. Regum cap. 15 2. Regum cap. 12. quia ille Deo, hic Samueli Dei personam agenti non obedierat: iniquius enim fert suis ministris, quam sibi non obtemperari. Aliter Rupertus 4. de victoria verbi cap 16. n. 12 quem vide.

Caiet. Ministri Dei illius nomine decorãtur Num. 20. Caiet. Ignat. ep. 6. Prælatorũ iniurias vt proprias vlciscitur Deus. 1. Reg. 15. 2. Reg. 12. Prælatis, quam sibi potius obediri vult Deus. Rup.

Vade in hac fortitudine tua.

6 Theodoretus quæstione 12. per fortitudinẽ intelligit memoriam mirabilium Dei *Quoniam,* inquit, *memor erat mirabilium Dei, firmamque de Deo tenebat opinionem si vellet, eos facile liberare posse, meruit, vt audiret ab Angelo: proficiscere in robore fidei huius, & vinces &c.* Tantũ Dei recordatione fortitudinis, ac virium est. Vnde Ionas: *Cum angustiaretur in me anima mea,*

Theod. q. 12. Dei recordatio maxima fortitudo est. Ion. c. 2. 8

Hieron Dei recordatio impossibilia superat. Chrysost. ad Heb. 11 hom. 26.

mea Domini recordatus sum ca. 2. num 8. Vbi Hieronymus *Quidquid impossibele videbatur, Domini recordatione superatum est &c.* Et Chrysostomus ad Hæbreos capite. 11. homilia 26 *Omnia nobis videntur difficilia, quod Dei nullam habemus memoriam &c.* Quare Propheta *Memor fui Dei, & delectatus sum.* Psalmo 76. nu 4 Nazianzenus. *O facilem, & parabilem medicinam? O scelerum curandi rationem. O Egregiam diuini beneficij magnitudinem. Non modo animi deiectionem, mæstitiamque sedat Dei recordatio, sed etiam delectationem affert &c.* Caietanus vero per fortitudinem fiduciam in Deo intelligit, quod eodem recidit.

Ps. 76, 4. Dei recordatio delectat & medetur.

Caiet. Fiducia in Deo.

In quo liberabo Israel? Ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei.

Versus 15.

Humilitas in honoribus.

VT oblatum declinet honorem, imparé se tantæ rei fatetur, atque omnium minimum, qui omnium maximus, & fortissimus dicebatur ab Angelo: minimũ verò se dicit, idest, vel minimum natu, vt scribit Iosephus, vel minimum potentia, vt Abulensis, vel minimum opinione sua, atque modestia, vt Theodoretus quæstione 2. *Non velut diffidens de Deo sed vt de se modeste sentiens &c.* Et Laurentius Iustinianus in ligno vitæ cap. 2 de humili. *Quid de Gedeone dicendum, qui dux & iudex populi sui constitutus est ob humilitatem &c.* Eadem modestia Christus Dominus mandata sua minima dixit. *Qui soluerit vnum de mãdatis istis minimis* Matthæi c. 5. nu. 19. Cur minima dixit, quæ tanta erant, tamq; sublimia? Chrysostomus. hom 16. *Sicut se ipsum humiliat interdum, & mediocria de se loquitur, ita nunc etiam de præceptis suis, nos scilicet per hæc docens mediocritatem vbique seruare &c.* Neque alio titulo gloriosius decorantur illi, de quibus Christus Dominus. *Quandiu fecistis vni ex istis fratribus meis minimis* Matthæi cap. 25. n. 40 Orig. *Quia apud se ipsos minimi erãt: volẽtes enim apud Deũ fieri magni se ipsos minimos faciebant &c.* Vnde & Augustinus de Verbis Domini sermone 3. *Appẽde istos minimos & graue põdus inuenies &c.* Certe

Ioseph. Abul. Theod. q. 12. Laur. Iust. Humilitas dignitates comparat. Matt. 5. 19. Chrysost. hom. 16. Humilitas vbiq; seruanda. Mat. 25. 40. Orig. Minimi per humilitatem coram Deo magni.

te minimi titulus magnis, & viris & rebus appositus, maximum pondus, & numerum addit. Eleganter id expressit Cardinalis Lotharingius cum literā, siue notam, O, nouies repetitam iussit exarari, addita huiusmodi inscriptione: *Litera, O, per se nihil valet, sed si minimum addideris*, hoc est vnum Iota, literarū, & numerorū omnium minimū, *maximū fiet*. Ita ergo Gedeō, qui vt erat minimus in magnis, ita maximus fuit in minimis, vbi minimum titulum sibi addidit, maximum addidit, a minimo scilicet ad maximum ducem euectus, iuxta illud: *Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam* Isaiæ cap. 60 n. 22. *Qualis Paulus*, inquit Procopius, *qui sibi omnium Sanctorum minimo, vt se vocat Ephesios cap 3. concessam hanc esse gratiam scribit, vt genti maxima a Domino praeesset &c*. & Adamus addit, *Sic Sanctus Franciscus minimus quidem fuit in mille, id est multos propagauit in religione Christiana &c*. Quod de alijs fundatoribus dici posset, qui familias suas minimorum titulis decorarunt. Si igitur ita se despicit qui vsque ad honorem diuinæ collocutionis ascendit, qua pœna illi feriendi sunt, qui & ad sū ma non proficiunt, & tamen de minimis extolluntur? vt loquitur Diuus Gregorius 10. Moralium capite 17. de Abraham verba faciens.

Expectatio B. Virginis. Cardin. Lothar.

Minimi per humilitatē magna peragunt. Isai 60. 21. Procop.

Adam.

Minimi titulus multum decorat.

Greg. 10. mor c. 17.

Neque se ipsum modo, sed suam etiam familiam extenuauit conditionis suæ non immemor. Ita Dauid *Qua est vita mea, aut cognatio Patris mei in Israel, vt fiam gener Regis* primo Regum capite 18. Chrysostomus de verbis Dauid. *Nouerat se pastorem ouium, non genere nobilitatum, sed quando factus est nobilis agnouit se ex nihilo fuisse subleuatum, & quia non est oblitus quis natus erat, perseuerauit in culmine regali &c*. Tanti est conditionis suæ in magnis non obliuisci, quod in Ioseph tantopere commendat Rupertus libro octauo in Genesim capite 40. *Sicut in carcere, sic & in curru Pharaonis tam humiliter seruiuit, quam fideliter, illud semper attendens, quia seruus impartitus est, non illud quia per prudentiam pater Pharaonis effectus est &c*. Id quod a Petro Exigit Christus: *Simō Ioannis diligis me?* Ioannes c. 21. vbi Tolet. *Non Petrum appellat, quod nomen dignitatis, & officij*

2 Humilitas suam extenuat familiam, non augēt

1. Reg. 18 Chrysost.

Humilitas nos in dignitatibus cōseruat.

Rup. l. 8. in Gen. c. 40.

Nemo suæ conditionis obliuiscatur in magnis.

Ioan 21. Tolet.

officij erat, volens eum in hoc admonere, vt licet in tantam sit dignitatem prouectus, totius Ecclesiæ caput & princeps constitutus, præ oculis habeat se piscatorem fuisse, & hominem communem &c. Et ideo Prophetæ filij hominum sæpe dicuntur *Intellige fili hominis* Danielis cap. 8. n. 17. vbi Diuus Hieronymus. *Ezechiel, Daniel, & Zacharias quia sæpe inter Angelos se esse cernunt ne eleuentur in superbiam, & Angelicæ vel naturæ vel dignitatis participes se esse credant, admonentur fragilitatis suæ, & filij hominum nuncupantur, vt homines se esse nouerint &c.* Et Ezechiel cap. 7. n. 1. Vocat filium hominis ad commonitionem fragilitatis humanæ, ne obliuiscatur conditionis suæ, dũ ei magna monstrantur.

Magni facit Deus huius recordationem.

Dan. 8. 17 Hieron.

Eze. 7. 1.

3 Itaque Gedeon in alios, qui maiores, & potentiores essent, oblatam ab Angelo reijcit dignitatem, vt qui minimus, & ex minima familia sibi videbatur, minimo in loco, minimaque in occupatione securius conquiesceret, sciens altiores mõtes ferire fulmina. Quærit Abulensis in 1. Paralipomenon cap. 24 quæstione 6. Cur Nadab, & Abiu, cũ in templo ministrabant, igne a Deo egrediente, deuorati, ac mortui fuerint. Leuitici cap. 10. Non vero Eleazar & Ithamar, qui etiã ministrauerant? *Quia*, inquit *Nadab, & Abiu erant maiores filij Aaron, commissæ fuerunt eis principales administrationes, & propter hoc habuerunt occasionẽ errandi, & occisi sunt, sed Eleazar & Ithamar cum essent minores habuerunt illa die minimas ministrationes, in quibus non errauerunt, & ideo non sunt combusti cum fratribus suis &c.* Ita eos, qui maximis sublati honoribus fuerant, strauit ignis, qui minimis hæserant ministerijs reliquit intactos Illud denique Gedeonis humilitatẽ ãplificat, quod cum solus virorum fortissimus dictus esset, ipse plures imo cæteros alios potentiores se, ac meliores agnoscit. Ex ijs enim, qui radicatam nutriunt humilitatem, est comparatio viri melioris, inquit Petrus Blesensis sermone 30. *Vt scilicet semper cõsideret homo, quid sibi abest, & quid alijs adest &c.* Et Diuus Gregorius 31. Moralium c. 23. *Magno humilitatis radio sua opera illustrat, qui aliorum bona subtiliter pensat, quia dum ea, quæ ipse fecerit, facta foris, & ab alijs conspicit, eum qui de singularitate intus erumpere nititur, superbia tumorẽ premit &c.*

Dignitates periculis patent.

Abul. 1. p. c. 24. q. 6

Leuit. 10.

Humiles tutiores.

Maxima humilitas.

Humilis verus alijs cedit.

Humilis cogitat quid sibi absit, quid alijs absit.

Blesens.

Greg. 31. Mor c. 23

Singularitas tumorem parit.

Assertq;

Aſſertque illud Dei ad Heliam ſolum ſe æſtimantem. *Reliqui mihi ſeptem millia virorum &c.* 2. Regum capi. 19. Vt dum non ſolum ſe remanſiſſe cognoſceret, elationis gloriam, quæ ei de ſingularitate ſurgere poterat euitare poſſet. Quia vero Gedeon nulli ſe prætulit, a Deo prælatus eſt. Vnde Chriſtus Petrum prælaturus, interrogat. Diligis me plus his? tentans illum, an cæteris ſe præferret? prælatione enim indignus eſt, qui alijs ſe præferre ſtudet, vt Toletus & alii adnotarunt, & ſupra attigimus.

2. Reg 19
Humilis nihil bonum ſuum putat.
Prælatione indigni qui ſe alijs præferũt.
Tolet.

Si inueni gratiam corã te, da mihi ſignũ, quod tu ſis, qui loqueris ad me &c.

Verſus 17. & 18.

1.

INuenire gratiam coram aliquo, vulgaris Hebraiſmus, pro eo quod eſt, placere, ſeu gratum eſſe alicui, ſiue homini, Eſter cap. 2. Iudith. cap. 12. ſiue Deo Geneſeos cap. 6. Actorum cap 7. Lucæ cap. 10. quamuis reliqui, quorum meminit ſcriptura vt, Author, eſt Toletus Lucæ cap. 1 annotatione. 19. gratiam inueniſſe dicantur coram, ante, in cõſpectu, in oculis Domini. Virgo tamen beatiſſima nouo dicendi genere dicitur inueniſſe gratiã apud Deũ idest, vt explicat, *Iuxta Deũ*, ſeu, *prope Deum*, propter Dei maternitatem, ſeu gratiæ cumulum, ſeu virginitatis decus, qua proprius ad Deũ acceſſit. Vnde de illa canit Eccleſia. *Cum ipſo eram cuncta componens* Prouerbiorum cap. 8. n. 30. In Hebræo. *Prope ipſum eram nutrita.* In quẽ locum vide Salazar. Vtrũ veró id diſcriminis verum omnino habeat, videri poteſt apud Lorinum in Acta cap. 7. Verſiculo 46.

Eſt. 2.
Iudit. 12.
Geneſ. 6.
Act. 7.
Luc. 1.
Tolet.
Luc. 1 annotat. 19.
Exceſſus gratiæ in Virgine a reliquis Sanctis.
Prou. 8. 30.
Salaz.
Lorin. in Act. c. 7. verſ 46.

Nec recedas hinc, donec reuertar ad te portans ſacrificium.

2

IDeſt *prandium* vt explicat Caietanus. Cur verò Gedeon ei, quem peregrinum ac pauperem exiſtimabat cibum oblaturus, ita loquitur, vt gratiam ſe inueniſſe dicat, quod beneficiũ accipientis magis eſt, quam dantis. An quia, qui pauperi, & peregrino benefacit, plus

Text. n. 18
Caiet.
Dare magis beneficium quã accipere.

plus beneficij, & honoris accipit, quam exhibeat? Ita Abraham ad Angelos, quos peregrinos existimabat. *Domine, si inueni gratiam in oculis tuis ne transeas seruum tuum sed afferam pauxillum aquæ, ponamque buccellam panis &c.* Geneseos capite 18. numero 3. *Si inueni gratiam*, inquit Chrysostomus, *hoc est mirabile beneficium*, inquit, *das, non accipis. Vere enim huiusmodi hospitalitas est, qua magis accipit quam dat, qui illam prompte, & alacriter exercet &c.* Vnde illud Clementis Alexandrini secundo strom *Re uera Dei est imago homo benefaciens; qua in re ipse etiam beneficio afficitur, sicut gubernator simul seruat, & seruatur, & ideo cumquis potens fuerit consecutus non dicit danti. Rectè dedisti, sed rectè accepisti &c.* Et Diuus Hieronymus ad illud. *Extollite manus vestras* Psalmo 133. *Da pauperibus eleemosinam & benedic Domino: magis tu gratias Christo agito, quando dederis, quam frater, qui a te accipit, tibi agat gratias, grande nobis beneficium præstant pauperes &c.* Et infra, *plus dat pauper, quam accipit, nos damus panem, qui in ipsa die consumitur, & ille pro pane reddit nobis regna Cælorum &c.* Et Diuus Basilius homilia in ditescentes. *Benefactorum gratiæ in dantes reuertuntur: dedisti esurienti, tibi consuluisti, quod dedisti, ad te cum auctuario reuertetur &c.* Et Ambrosius de Naboth. capite 7. *Bonorum fructus munerum in ipsos, qui contulerunt reuertuntur, & gratia liberalitatis in autorem boni operis reddit &c.* Et Diuus Leo *Da, quod accipias, sere, quod metas.* Et idem Ambrosius sermone 67. *Eleemosinæ erogatio lucrum tribuit eroganti, ditior enim fit vir misericors postquam minus habere incipit, pauperibus largiendo &c.* Videtur alludere ad illud. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.* Prouerbiorum capite 11. numero 24. Quod de Eleemosina interpretes explicant, vel ad illud. *Dispersit, dedit pauperibus* Psalmo 111 num. 9. Idem Ambrosius in psalmo 37. *Vilis est pecunia, cum conditur, prætiosa cum dispergitur &c.* Inde Salomon, *Eleemosynæ*, inquit, *& fides non te deserant.* Prouerbiorum capite 3. numero 3. Chrysostomus in Epistola ad Philippum homilia 1. *Nec vero dixit, ipsas ne deseras. sed ipsæ te non deserant, ostendens nos esse qui ipsarum egeamus, non ipsas nostri &c.* Recte ergo Gédeon Eleemosinam oblaturus ait. *Si inueni gratiam*

Marginal notes: Eleemosinā tribuēs plus honoris accipit quā dat. — Gen. 18. 3. — Chrysost. — Hospitalitas magis accipit, quam dat. — Clem. Alex. — Homo benefaciens Dei imago — Hieron. — Ps 133. — Eleemosinæ largitor maiora accipit. — Plus dat pauper, quam accipit. — Basil. — Beneficiā in dantes reciprocantur. — Ambr. — D Leo. — Ambros. ser. 67. — Eleemosina ditat. — Prou. 11. 24. — Ps. 111 9. — Ambr. ps. 37. — Pecunia condita vilis, elargita pretiosa. — Prou. 3. 3. — Chrysost. — Eleemosinæ fructu egemus.

Abul.

tiam coram te ideſt vt expli. cat Abulenſis. *Si diligis me,* vel *ſi mihi vis facere aliquod bonum &c.* Bonum enim, ſeu beneficium accipit, qui largitur eleemoſinam.

3 Quia vero gratiam inuenire, idem eſt etiam, atque in honore eſſe: nam ſæpe in ſcriptura gratiam inueniſſe dicuntur apud Regem, qui ab eo honorantur & nobilitantur. Hinc fit, vt qui pauperi eleemoſinam elargitur, decus, & nobilitatem ſibi conciliet. Inde eleemoſina viri quaſi ſignaculum dicitur Eccleſiaſtici capite 17. nu. 18. non ſolum, quia quemadmodum, ea quæ diligenter cuſtodita volumus, ſygillo obſignamus, vt conſtat ex Danielis capite 6. num. 17. Ita quæ pauperibus erogamus non diſperdimus, ſed cuſtodimus. Vnde Diuus Cyprianus de opere, & eleemoſynis. *In tuto hæreditas ponitur, quæ, Deo cuſtode, ſeruatur &c.* Sed etiam, quia ſicut ſignaculum, ſiue annulus apud veteres, ita miſericordia ſiue eleemoſyna apud Chriſtianos eſt nobilitatis inſigne: Quemadmodum & torques quibus nobiliſſimi ornabantur propterea Pharao cum vellet nobilitare Ioſeph. *Tulit annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius, & collo torquem auream circumpoſuit.* Geneſeos capite 41. numero 42. & Daniel, iubẽte rege indutus eſt purpura, & circundata eſt torques aurea collo eius. Danielis capite 1 num. 29 & nobilibus pueris apud poetam: *It pectore ſummo flexilis obterti per collum circulus auri.* Hinc Salomon. *Miſericordia, & veritas.* Septuaginta legunt, *Eleemoſina, & fides non te deſerant, circunda eas gutturi tuo.* Prouerbiorũ c. 3 n. 3. Chryſoſtomus. *Vt quemadmodum diuitum filij decus aureum circa collum geſtant illudque nunquam deponunt, quaſi nobilitatis inſigne circum ferentes, ita & eleemoſinam nobis ipſis circumdemus oportet.* Et infra, *circumdemur hoc ornamento, torquem collo faciamus auream, eleemoſinam dico &c.* Vide Palladium in Lauſica hiſtoria, apud quẽ pauperes & ægroti gemmæ ſunt, ſaphyri, & ſmaragdi, quibus miſericordiæ torques inſignitur. Ita q; eleemoſinæ ſtudioſi gratiam inueniunt, gratioſi ſũt ideſt primi, ac principes apud Deum, vnde in extremo iudicio, vt ait Diuus Baſil. ho. in auaros, vbi iuſtos alloquitur Mat. c. 25. *Ordine*

Eleemoſina facit nobiles.

Eccleſ. 17 18.

Dan. 6. 17.

Quæ damus pauperibus cuſtodimus.

Cypr.

Eleemoſina nobilitatis inſigne Chriſtianorum.

Gen. 41. 42.

Dan. 1. 29

Virg. 5. Æneidos

Eleemoſina ditior aurea torque.

Prou. 3 3. Chryſoſt.

Pallad.

Pauperes, & ægroti gemmæ ſunt.

Eleemoſinæ ſtudioſi principes apud Deum.

Baſil.

primus

primus, & cæteris honoratior, qui pauperem nutrit, accersitur &c.

Portans sacrificium.

4 Text. CIbum, quem peregrino, ac pauperi offerre parabat Gedeon, sacrificiũ vocat, vt diximus ex Caietano quod etiam aptissime conuenit cum eleemosina, quæ a Chrysostomo sacrificium homilia 20. in 2. ad Corinthios dicitur, vbi ostendit eleemosynam constituere sacerdotes, quos cũ veteri sacerdote eleganter componit. Namque, inquit, *eleemosinæ studiosus est, non ille quidem talari veste indutus, nec tintinabula circumfert, nec corona redimitus est. Verum humanitatis, ac beneficentiæ stola, qua sacram illam vestem sanctitate superat &c.* & infra. *Ad hæc coronam a commiseratione contextam habet, ait enim scriptura qui coronat te in misericordia, & miserationibus, ac pro lamina Dei nomen gestat, imo Dei similitudinem assequitur &c.* Vbi ostendit etiam pauperem ipsum in hoc sacrificio alta re esse, altari quouis augustius, vt doceat quanto in honore, ac reuerentia habendus sit pauper. contra eos qui conuitijs, ac maledictis illum eliminant, *Cum pauperem*, inquit, *fide præditum cernis, æstima te altare videre &c* Ita & Diuus Paulus. Eleemosynam vocat *hostiam acceptam placentem* Deo. Ad Philipenses cap 4. n. 16 Beneficentiæ & commiserationis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Iuxta illud *Misericordiam volui, & non sacrificium* Ozeæ cap 6. nu 7. de quo Augustinus 5. de ciuitate c. 5. Videndus.

Caiet.

Eleemosina sacrificium.

Chrysost. hom. 20. in. 2. Cor.

Eleemosinæ laudes

Eleemosina sacerdotes facit.

Pauper altare est.

Pauperes honorandi, non irridendi.

Phil. 4. 16.

Eleemosina Deo gratior quolibet sacrificio.

Oz. 6. 7.

August.

Ingressus est itaque Gedeon. & coxit hædum, & de farinæ modio azymos panes &c. Tulit omnia sub quercu &c.

Versus 19. & 20.

RAtionabile est, inquit Caietanus, *quod cum seruis, seu ancillis deferentibus res veneri, & ipse proprius accessisset mõstrans prandium &c.* Sed id non decebat antiquam illã qualis Gedeonis erat hospitalitatem, vt in opere charitatis aliena opera vteretur, vt videre est in Abrahamo, qui

Caiet.

Proprijs manibus pauperibus seruiendum.

Charitatis opera pro prijs mani bus pera genda. Gen. 18. 7. Hieron. ad Pam.

qui Angelos hospitio exce- pturus, *Ipse ad armentum cucur rit, & tulit vitulum tenerrimum* Genefeos cap. 18. numer. 7. de quo illud Hieronymi ad Pamachium. *Non seruis, & an cillulis imperabat, vt ministra- rent hospitibus, nec bonum quod exercebat, per alios minuit, sed*

Hospitalitas per alium facta minus pretiosa. Ambr.

quasi reperta præda cum Sara sua humanitati solus incubuit, ipse pedes lauit, ipse pinguem vitu lum portauit humeris &c. Et Ambrosius in Epistola ad Gratianum. *Abraham sua ma nu quendam vitulum occidit, vt hospitibus epulantibus ministra- ret, nec in ministerio religioso alio rum adiumenta quæsiuit &c.*

Charitas operatur, non impe rat.

Cuius rei singulare documentum præbuit Christus Dominus cum *Surrexit a cæ na misit aquam in peluim*, vt pedes ablueret discipulorum Ioannis 13. numer. 13. vbi Theophilatus. *Mittit a- quam, & hoc ipse faciens, non a- lij committens; Hæc omnia nobis indicia sunt, & præcepta, quomo do nos cum omni alacritate mi- nistrare oporteat, & nos ipsos om nia operari non alijs vtentes mi- nistris &c.*

Ioan. 13. 13. Theophil.

2 Idem dicendum si Gedeon in hoc sacrificio, vt aliqui volunt, partes egit vel Sacerdotis, vel Sanctioris ministri, cuius erat humeris suis, non alienis sacra portare, Vnde Moyses cum plaustra, & boues a populo oblatos dedisset ministris Leuitis, vt seruirent in ministerio tabernaculi, *Filijs Caath, non dedit plaustra, & bo ues: quia in Sanctuario seruiunt*, & onera portant proprijs humeris. Numerorum cap. 7. num. 9 Cyril. lib. de Sacerdotio. *Quia semper qui ex- cellunt, sacratioresque sunt, & ad Deum quodammodo proprius accedunt, ijs necessitas laboran- di, & ærumnas tolerandi, idque non ex æquo cum alijs adiuncta est &c.* Atque adeo Osa percussus est: 1. Par. cap. 13. nu. 10. arescente nimirum brachio, & humero, vbi arca Domini portanda erat, vt videre licet in Glossa Ordinaria. Simili de causa filij Israel, *Sortes*, inquiunt, *misi- mus super oblationem lignorum intra sacerdotes, & leuitas, & po- pulum, vt inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nos trorum.* 2 Esdræ cap. 10. nu. 34. Vbi nunc, & qui Gabaonitæ, quorum erat lignari & aquari Sanctuario? An ea populi religio, ac pietas fuit vt præclarum duceret, sibique ipsis vltro deposce rent, ad Dei reuerentiam & publicam altaris liturgiã vile alioquin, & contemptum calonum munus: Ita

Sacerdotes proprijs manibus pia tractent. Num. 7. 9. Cyril.

I. Par. 13. 10. Percutitur sacerdos suo in ministerio piger. Glos.

2. Esd. 10. 34.

Quæque pia ministeria, licet vilia honestant.

Serar.

Scrarius noster. An quia turpe sibi putabant seruorum opera Deo ministrare, cum id facere per se ipsos magis gloriosum, magisque honorificum esset? Ita plane crediderim. Certe Dauid extinctæ pestilentiæ causa Deo sacrificaturus, altareque Domino erecturus, ipse ad arcam venit, ipse emit, cum ea gratis offerretur. *Nequaquam*, inquit Dauid. *vt vis, sed emam pretio a te & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita* 2 Regum cap. 24. n. 24. Idest, vt explicat Abulensis, *Quæ sine pretio habentur, Quia si sic sacrificaret Dauid, esset ac si nihil sacrificasset, eo quod non offerebat de suis &c.* Quo sensu nonnulli apud Theodoretum in Leuiticū quæstione 1. dixerunt lege illa, qua mel in sacrificio prohibetur offerre Leuitici capite 2. numero. 11. *Instruunt nos ex proprijs laboribus persoluenda esse sacrificia. Nā fructus apis a labore nostro non procedit &c.* Itaque Dauid non suis tantum expensis, sed sua etiam, idest, non aliena, non seruorum opera, quæ necessaria ad sacrificium erant, expediuit. Qua ratione Gedeon, & sua & se ipsum tanquam ministrum sacrificio addidit; contra quam illi, de quibus alicubi Hieronymus. *Scimus plerosque de substantia sua fecisse eleemosinas, & de proprio corpore nihil dedisse &c.*

Propria opera, non seruorum Deo ministrare debemus.

2. Reg. 24. 24.

Abul.

Theod. q. 1.

Optima sacrificia ex proprio labore sol-uta.

Leuit. 2. n. 11.

Hieron.

Cui dixit Angelus Domini. Tolle carnes, & azimos panes.

NOluit Angelus appositas dapes attingere. 1 vt eas in sacrificium offerret, vt Dauid aquam Bethlemiticā magno allatam discrimine Domino libauit 2. Regum capite 23. de quo Ambrosius Apologetico 1. capite 7. *Dignum etenim tanto munere fuit, vt quæ erat viridæ virtutis insigne, fieret pietatis sacrificium &c.* Deinde, vt mandatum Dei quam primum perficeret, nulla facta in epulando mora. Angelorum enim cibus Dei præceptum, atque voluntas. *Ego*, inquit Raphael, *cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor* Tobiæ capite 12. num 19. Nazianzenus de Virgine. *Cibus vnus omnibus Angelis optimus, refici Dei magni mentem &c.* Ita & Samuel missus a Deo vngere Dauid, qui erat in agro, dixit ad Isai; *Mitte & adduc*

5 Text. n. 20.

Appositas dapes aliquando Deo libamus.

2. Reg. 23.

Ambr.

Angelorū cibus Dei obedire.

Tob. 12. 19.

Nazian.

duc eum, nec enim diʃcumbemus priuʃquam huc ille veniat primo Regum capite 16 num. 11. vbi Abulenʃis quæſtione 28. *Sollicitus erat circa mandatum Domini explendum, & in hoc erat ſibi cibus, & potus, ita vt interdum non curaret de cibis, vt expleret mandatum Dei &c.* Quo etiam animo Thobias ad Raguel *Hic ego hodie non manducabo, nec bibam, niſi prius petitionē meam confirmes;* capite 7. numero 10. & ſeruus ille Abrahā miſſus ſpōſam filio Domini ſui quærere, cum cibi appoſiti eſſent *Non comedam.* inquit *donec loquar ſermones meos.* Geneſeos capite 24. num. 33. *Pulcherrimus locus,* inquit Ambroſius, *ad inſtruendum eos, quibus aliquid iniungitur, quod non prius manducauit puer Abrahami appoſitum ſibi panem, quam mandatum Domini exequeretur &c. Magis enim attendebat,* inquit Abulenſis, *circa negotium Domini ſui, quam circa ſe ipſum &c.* Cum vero addit Chryſoſtomus. *Vidit negotium, & mandatum impletum, tunc tandem refici ſe paſſus eſt &c.* Et de iuſtis dicitur: *In mandatis eius,* ſcilicet Dei, *epulabuntur,* Eccleſiaſtici capite 39. numero 37. Vnde Nazianzenus oratio 28. ciues alloquens. *Id egiſtis, vt in mandatis diuinis delicias poſitas haberetis; nam profectò, nec delitiæ vllæ his meliores ſunt, nec diuturniores iis, quibus delicata vita cordi eſt &c.* Propterea inter animalia munda numerantur illa, quæ ruminant Leuitici capite 11. Nouatianus apud Tertulianum. *In animalibus,* inquit, *mores depinguntur humani & actus, & voluntates: mundi, ſi ruminent; id eſt in ore ſemper habeant quaſi cibum precepta diuina.* *Id, quod præ cæteris docuit Chriſtus Dominus; cum oblatos à diſcipulis cibos nollet accipere, meus inquit, cibus eſt, vt faciam voluntatem eius &c.* Ioannes capite 4. numero 34. Tertulianus de ieiunio. *Qui eſcam profitebatur, non quam diſcipuli exiſtimarent, ſed paterni operis perfectionem &c.* Quo alludens Diuus Bernardus ſermone de obedientia *Bonus,* inquit, *cibus obedientia, de qua & ipſe Dominus ait cibus meus &c.* & in Pſalmo 39. *Legem tuam in medio cordis mei,* iuxta Hieronymum. *Ventris mei,* quaſi lege & voluntate Patris delectatus fuerit, tanquam cibo ſuper mel, & fauum: vt videri poteſt apud Lorinum in præfationem pſalmorum. Nihil ergo mirum, ſi Angelus dapes libare noluerit, cui

Margin notes (left): 1. Reg. 16. 11. — Abul. q. 28. — Dei mandata cibo præferēda — Tob. 7. n. 10. — Gen. 24. 33. — Ambr. — Non prius manducemus quā mandata exequamur — Abul. — Chryſoſt. — Eccleſ. 39. 37. — Naz. orat. 28.

Margin notes (right): Diuina præcepta deliciæ ſūt — Leuit. 11. — Nouat. — Diuina præcepta ſint noſter cibus. — Ioan. 4. 34. — Tertul. — Chriſti cibus paterna præcepta — Bern. — Obedientia bonus cibus. — Pſ. 39. — Hieron. — Lorin.

tur cibus voluntas diuina.

Extendit Angelus Domini summitatem Virgæ, & tetigit carnes &c.

Versus 21. & 22. 23. 24.

NOn graui allisu, sed leui tantum virgæ attactu flammam excutit, quo miraculi magnitudo magis appareret: Diuus Bonauentura de Cælesti Hierarchia prima parte capite 10. vestigium hic Angelicæ puritatis agnoscit. *Vt Angelus*, inquit, *sic vir iustus nihil habet in se admixtionis carnalis delectationis, imo sicut adeps ab omni carne separatur &c.* Vt dicitur de Dauide Ecclesiastici cap. 47. Affertque hunc locum. Vbi Angelus carnes, veluti quid a se alienum virgæ tantum summitate contingit, & consumit. Sic Diuus Paulus ob puritatem Angelo similis, quidquid carneum, & corporeum est, ita a se alienum putat, vt suum nullo modo velit appellare. *Nec facio*, inquit, *animam meam* (hoc est id, quod in me animale, & carneum est) *præsentiorem, quam me* actorum cap 20. numer. 24. Diuus Bernardus in Cantica sermone 30. *Quomodo non tua anima tu? arbitror quod, quia Paulus iam tunc in spiritu ambularet, idcirco hanc ipsam mentem suam, tanquam principale, ac supremum quiddam sui dignum duxerit sui met potius, quam suæ cuiuspiam rei nomine designare.* Et infra. *Hoc sensuale, atque carnale appellatione sui homo spiritualis indignum indicans &c.* Nihil vero frequentius apud Patres, vt alibi vidimus, quam puros á contagio carnis Angelorum, ac spirituum nomine ob similitudinem nuncupari, adeo, vt Blesensis existimet sermone 28. Angelorum ruinas non aliunde, quam ex virginibus esse supplendas. *Supplementum*, inquit, *Angelicæ ruinæ ex solis virginibus fieri verosimile est, cum alij tanta non accedant ad Angelos affinitate &c.* Additque *Non enim Moyses sine causa iuxta exemplum sibi in monte monstratum, idest, secundum quod viderat in statu Angelorum super cortinas, & saga, idest subditos, & praelatos, imo & super pelles pariter has,* idest

D. Bonau.

Angelica puritas vel a tactu carnis abhorret.

Eccles. 47

D. Paulus Angelo similis.

Act. 20. 24.

Bern. in Cant. ser. 30.

Puri Angeli vocantur.

Blesens.

Virgines Angelorū ruinas supplent.

Virgines omnibus in Cælo [illegible]

id eſt ſuper ipſos martyres pelles hyacinthinas collocauit ſuperiorem omnibus eſſe virginum locũ ex ipſo Dei ſecreto reportans &c.

2 Quod vero ignis aſcendens de petra carnes, paneſque conſumpſit, inde eſt quia ſolebat Deus ignem ad ſacrificium deuorandũ cælitus mittere, eo ſigno oſtendens gratum ſibi eſſe ſacrificium, illudque ſpecie illa flammæ dulciter quodammodo deuorare: vnde dicitur de Abel inflãmauit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium eius Geneſeos cap. 4. iuxta Theodoretum, & Hieronymum in quæſtionibus Hebraicis, & Leuit cap. 9. *Ignis egreſſus a Domino deuorauit holocauſtum*, Et ſæpius alibi Ignis enim de Cælo miſſus veri Dei naturam ſignificabat; vnde non licebat externum, aut alienum ignem in ſacrificio adhibere, ne Deus alienus, aut quid a Deo alienum in ſacrificio cogitaretur, vt videre eſt apud Cyrillum cõtra Iulianum lib. 10. *Angelus ergo*, vt ait Theodoretus quæſtione 12: *honorem Deo debitum non ſubripuit verum ſacerdotis officio fungens, igne prodigioſo hoſtiam accendit, atque euanuit &c.*

Ignis de cælo deuorans ſacrificia.

Geneſ. 4. Theod. Hieron.

Leuit. 9.

In ſacrificio nullæ cogitationes a Deo alienæ.

Cyril.

Theod. q. 12.

Videnſq; Gedeõ, quod eſſet Angelus Domini ait: heu mihi, Domine Deus, quia uidi Angelum &c.

3 CVm metus non tantum ex pauore animi quantum ex magnarum rerum incutiatur aſpectu, vt loquitur Diuus Antonius Athanaſium, fit, vt naturale ſit homini, viſo Angelo terreri, atque turbari, vt cõtigit Danieli cap. 10. n. 8. Zachariæ Lucæ cap. 1. Virgini ibidem, ſanctis mulieribus Lucæ cap. 24. ſepulchri cuſtodibus. Matthæi cap. 28. Sed vt addit Maldonatus, aliter boni, aliter mali timẽt; auget enim malis mala conſcientia terrorem ad præſentiam Angelorum: timent boni, ne coram Angelis minus reuerẽtes eſſe videantur. Augebat etiam hunc timorem vulgata Hebræorum opinio affirmans, eum qui Angelũ aut Deum vidiſſet, continuo moriturum, quæ tamẽ vana erat: nam multi & in veteri, & in nouo teſtamento Angelos viderunt, neq; tunc mortem inde ſecutã exiſtimarunt, niſi forte illã, de

Text. n. 22. Angeli aſpectum omnes timent.

Dan. 10. 8 Luc. 1. Luc. 24. Matt. 28.

Diuerſimode timent mali, ac boni

Conſcientia mala timorem auget.

Angelis reuerẽtia exhibenda

Greg. 18. mor. c. 28.

de qua Diuus Gregorius 18. Moralium capite 28. Explicans illa verba: *Non videbit me homo, & viuet.* Exodi capite 33. *Acsi, inquit, aperte diceretur; nullus vnquam Deum videt spiritualiter, & mūdo viuit carnaliter &c.* Seu potius, quia ad conspectum Angelorum; vt detulerit citatus Diuus Antonius: Anima Cælestium præmiorum auiditate flagrans, effracto si posset humani corporis domicilio, & membris exonerata mortalibus, cum his, quos videt abire festinat ad Cælum.

Exod. 33. Dei spiritualis visio carnalem vitā perimit.

Angeli conspectu crescit amor cæli. D. Anton cit.

4

Videre Angelum Domini facie ad faciē nihil aliud est, quam coram intueri, & colloqui familiariter, vt de Moyse Exodi cap. 33. Inde Agar, quæ tantam familiaritatem non merebatur, videt tantum posteriora videntis se Geneseos cap. 16. n. 14. Seu quia terrena, vel transitoria desiderabat, vt vult Rupert. in Genesim l. 5. capite 26. Seu quia ipsa Dominæ suæ terga verterat, atque illius obedientiam fugerat, illi Angelus terga vertit, vt videri potest apud Cornelium nostrum. Nisi dicere velimus Angeli posteriora vidisse, quasi ducentis, ac dicentis; sequere me ducem in domum, ac familiaritatem Dominæ tuæ: nihil enim magis Angelicum, quam pacē & amicitiam resarcire quo sensu Deus ad Moysem. Videbis posteriora mea Exodi c. 33. n. 23 Nyssenus in vita Moysis. *Qui sequitur, nō faciem, sed tergum aspicit; docetur igitur Moyses desiderans Deum videre, quomodo potest Deus videri: sequi enim Deum corde, ac animo semper quocumque ducat, id ipsum est Deum videri;* & infra *Vides quantum est, vt aliquis discat Deum sequi, nam post illos ascensus mirabiles post gloriosas visiones, post inaudita miracula. Vix iuxta finem vitæ hanc consecutus est gratiam, vt disceret Deum sequi &c.*

Exod. 33. Gen. 16. 14. Terrena desiderantes Angeli faciem nō videant. Rupert. in Gen. l. 5. c. 26. Inobediētibus terga vertit Angelus.

Angelicū est amicitias resarcire.

Exod. 33. 23. Nyssen.

Deum videt, qui Deum sequitur.

Dixitque ei Dominus: Pax tecum non morieris.

5

SOlent Angeli boni initio quidem timorem inijcere, mox in consolationem, tranquillitatemq; conuertere, vt docet idem Antonius luculenter, & varij Patres apud Pinedam in Iob capite 33. numero 23. Et Salmeron tomo 11. tractatu 9. ad illa verba nolite

Text. n. 23. Angeli aspectus primo timorem, mox solatium inijt. Pined. in Iob 33. 23.

lite timere vos.

Ædificauitque ibi altare Domino.

6 Text. Adimit Deus peccandi occasiones. Deut. 12.

QVæritur, an licuerit Gedeoni altare ædificare, quod extra Sanctuarium fieri prohibetur. Deuteronomij capite 12. Cum enim sciret Deus populi propensionem ad impietatem: diuinum cultum ei circunscripsit, vt loquitur Theodoretus quæstione 15 numero. 1. Reg. Et Chrysostomus in psalmo 115. *Quoniam, inquit, suspectam habebat mentem synagogæ, merito illam loco circunscripsit, temploque velvti thalamo quodam inclusit &c* Seu quia vt ait Diuus Augustinus sermone 130 *Iudæis ideo præcepit Deus relinquere vniuersam terram, & in vno loco offerre sacrificia, quoniã immunda erat tunc vniuersa terra fumo ararum, cæterorum coinquinatorum, quæ de prophanis gentilium sacrilegijs offerebantur super eam &c.* Seu quia vt Author est Diuus Cyrillus lib. 9. contra Iulianum. *Prudentißime legislator & futura præuidens, præcepit in solis Hierosolymis sacrificandum, vt quadam necessitate Iudæi coacti, à priscis moribus recedentes, ad meliora contenderent; amißuri enim erant patriam dominicæ cædis rei, & versaturi in gentium regionibus &c.* Cur ergo Gedeon, altari ædificato, ausus est sacrificare publice, & orare, publice, inquã? nam priuatim nullibi non licuit: Moyses enim orauit in mari Exodi capite 15. Iob in sterquilinio capite 2. Daniel in lacu capite 6. Ionas in ventre cæti capite 2. Ieremias in luto capite 38. Ezechias in lecto Isaiæ capite 38. vt Iacob ad lectuli caput Geneseos c. 47. & alij alibi.

Theod. q. 15. n. 1. Reg. Chrysoſt. pſ. 115. Aug. ſer. 130. Nonnulla Deus ſacrificia in terra immunda. Cyril. l. 9.

Priuatim orare nullibi non licuit. Exod. 15. Iob c. 2. Dan. 6. Ion. 2. Hierem. 38. Iſa. 38. Gen. 47.

7 Auguſt. 36

Respondet Diuus Augustinus quæstione 36. & alij Gedeonem id, Deo reuelante, fecisse: quemadmodum, & Elias 3. Regum capite 15. Et Samuel primo Regum capite 9. Extra locum Sanctuarij diuino instinctu sacrificarunt: *Pijs enim*, ait Citatus Theodoretus, *Et ijs, qui simul scopum legis sciunt, quilibet locus est consecratus ad Dei cultum &c.* Sed hoc proprium est legis nouæ, Quando neque in monte Samariæ, neque Hierosolimis, sed in spiritu, & veritate oportet adorare Ioannes capite 4. nu. 21. vt non locus orationem commẽdet, sed deuotus animus vt

3. Reg 15. 1. Reg 9. Pijs quilibet locus orationi aptus. Theod. cit. Ioan. 4. 21.

Amb. Rom c.1. In omni loco orare debemus. 1.Thim. 28.

vt loquitur Ambrosius in Epistola ad Romanos cap. 1.Et Diuus Paulus. *Volo*, inquit, *viros orare in omni loco*. 1.ad Timotheum 28.Idem Augustinus. *Nobis*, inquit, *iã, quoniam Christus aduenieus vniuersam terram expiauit, omnis locus oratorium factum est &c.*

Chrysost. Ps.47.

Et Chrysostomus in Psalmo 47.adducens illa verba. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena: vetus*, inquit, *canticum a Deo angustis finibus circunscribebatur intra populum vnum, & regionem, sed nouum per omnem terram incedit, quæ sub cælo est &c*, Iuxta illud Prophetæ. *Cantate Domino omnis terra*.

Christi aduentu omnis terra sanctificata.

August.

Et Diuus Augustinus *Propterea*, inquit, *extra ciuitatem, & extra muros passus est Christus ad Hebræos cap 13. vt intelligas quoniam communis est hostia pro genere hummano oblata, & ideo communis est purificatio non ex aliqua parte, quemadmodum fuerat in Iudæis &c.* Seu quia in omni loco sacrificatur, & offertur oblatio mũda, vt dicitur Mach.cap. 1.

Mach. 1. Chrysost. hom.79. de orat.

Vnde Chrysostomus homilia 79.de oratione. *Vbicumque sis, inquit, potes altare tuum constituere, nihil enim locus prohibet &c.* Et Gregorius 25.Moralium capite 7 *Altare quippe Dei est cor nostrũ,*

Vbique orationi locus.

Greg.27. mor.c.7.

in quo iubetur ignis semper ardere &c. Et Diuus Bonauentura in speculo discipulorum ad nouitios p.1. *Deuotus quisque vix opportunitate fraudatur, Deum enim, quem ex animo quærit, vbique inuocans inuenit; ignarus autem, & tepidus nec in ipso valet oratorio orandi affectum inuenire. Plorat in conuiuio Magdalena, nec præsentia, eam impedit conuiuarum: in ipso autem templo despit Pharisæus. &c.* Idem Chrysostomus. *Non est quærendus locus, sed loci principium. Ieremias erat in cœno & Deum exorauit; Ionas in ventre cæti, & facilem habuit; licet in balneo, sis, ora: vbicumque sis ora, templum es, ne locum quæras &c.*

Bonau.

Deuotio vbicumq; locum inuenit orationi.

Chrysost.

Et quidem par erat vt totus mundus locus esset orationis, ne vspiam tantæ rei fructu, ac pretio fraudaretur. Quia, vt ait Sanctus Ephræm, *nulla est in tota vita humana preciosior oratio, ne possessio &c.* Præsertim in lege gratiæ. Et Ecclesia, quæ tota est templum, tota altare iuxta illud: *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti.* Esaiæ capite 19. Quemadmodum explicat ibi Diuus Hieronymus. Vt esset imago Cælestis illius ciuitatis in qua Ioannes Apocalipsis cap. 21. templũ nullum

Nulla possessio oratione preciosior.

Totus mundus templum orationi.

Isa.19.

Hieron.

Apoc.21.

nullum vidit, quia tota eſt templum, vbi nihil poteſt mentem a perfecta Dei cō templatione diſtrahere vt aliqui explicant. Neque vero Chriſtus Dominus locū orationi circunſcribit, cum oraturos iubet intrare cubiculum Matthæi cap. 6. Id enim facit, authore Diuo Bernardo ſermone vltimo in Cantica: *Ne coram orantibus laus humana orationis ſuretur fructum, fruſtetur effectum &c.* Quemadmodum & Ezechias oraturus conuertit faciem ſuam ad parietem. Iſaiæ cap. 38. *Ne lacrymas ſuas aſſidentibus oſtentare videretur*, vt ait ibi D. Hieronymus, velut doceat Chriſtus Dominus a curis exterioribus atque a ſe ipſo exeundum illi, qui rite velit orare.

Math 6.
Bern.
Oratio publica ob noxia vanitati.
Iſaiæ. 38.
Hieron.

Nocte illa dixit Dominus ad eum: Tolle taurum patris tui &c.

Verſus 25.

1.
Theod. q. 13.

THeodoretus quæſtione 13. *Tum aram euerti; tum etiam lucum abſcindi præcepit: decebat enim eum, qui talem gratiam erat adeptus, non ſolum pium eſſe ſed alijs quoque pietatis eſſe magiſtrum &c.* Deinde vt omnia idolatriæ veſtigia peccatique materia, & occaſio abolerentur; Quod Deuteronomij cap 12. Et alibi ſæpe præceperat. Hoc animo Iacob ſacrificaturus in Bethel, familiæ ſuæ deos alienos, & inaures infodit ſub terebintho. Geneſeos cap. 35. n. 4. Caietanus. *Vt nec materia area, argentea, vel aurea ſimulacrorum, & ornamentorum eorum relinqueretur apud eos, qui cum Iacob ibant &c.* ſeu vt loquitur Ambroſius in Exodo, *vt nullus audiret ſuperſtitiones gentilium &c.* Et Cyrillus de puritate eorum, qui adire debent Eccleſias lib. 14. *Nam integre Deo adhærere mente haud diuiſa, minimeque propenſos eſſe ad Dæmoniorum erroris reliquias congruenter intelligitur in eo, quod alienos Deos ſuſtulerunt. &c.* Vlterius vero proceſſit Ioſias, cum omnia, quæ fuerant Baal, combuſſit, & cōtriuit vſque ad puluerem 4 Regum cap. 23. Quemadmodum & Moyſes Exodi cap. 32. vitulum redegit in puluerem, vt omnia impietatis aboleret veſtigia, teſte Diuo Ambroſio. Et filij Iſrael cum abſtuliſſent Baalim, & Aſtaroth. *Hauſerunt aquam.*

Tollenda omnis peccati occaſio.
Deut. 12.
Gen. 35. 4.
Caiet.
Amb.
Vel minima peccati veſtigia eruenda.
4. Reg. 23.
Exod. 32.

aquam, & effuderunt in conspectu Domini 1. Regum capite. 7. num. 6. Qua ceremonia, vt iam obiter aduertimus ex Caietano, significabant totalem abdicationem idolatriæ, vt quemadmodum aqua sic abijcitur, vt nihil remaneat in uase, non color, non odor non sapor, ita monstrabant se abdicare peccatum, vt nihil omnino in ipsis remaneret &c. Deus vero ne memoriam quidem, aut nomen Baal superesse volebat vnde per Ozeam capite 2. num. 16. *In die illa*, inquit, *vocabit me vir meus & non vocabit me vltra Baal, & auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabuntur vltra nominis eorum. Ne, dum aliud loquitur*, inquit Diuus Hieronim *alterius recordetur, & virum nominans, idolum cogitet &c.* Ita illi qui diuino cultui consecrant se se, omnia veteris vitæ seculi monumenta oportet aboleant. Quemadmodum Eliseus secutus Eliam aratrum, quod solum supererat, in partes cõminutum igni mandauit 3. Regum cap. 19. num. 21. Nõ *quidem*, vt ibi loquitur Abulensis quæstione 26. *tanquã non haberet alia ligna, sed quia transibat ad Dominum, omnino volebat renuntiare seculo, ita quod nihil relinqueret in illo &c* Et Maria Magdalena fregit alabastrum, effuso super caput Domini vnguento Marci capite. 14. numero 3 Ne illa veteris luxuriæ monumenta remanerẽt, quod innuit Diuus Hieronimus. *Fractum alabastrum carnale est desiderium, quod frangitur ad caput, ex quo omne corpus compaginatum est &c.*

Caiet.

Delenda vel leuis peccati reliquia.

Oz. 2. 6.

Hieron.

Memoria peccati abolenda.

3 Reg. 19. 21.

Abul. q. 26.

Marc. 14. 3.

Hieron.

Et nemus, quod circa aram est, succide.

2 Text.

Solebant gentes, quas imitabantur impij Israelitæ, circa aras plantare luces, ac nemora, in quibus voluptati, atque delitijs indulgentes nefaria sacra celebrarent. Vide Riberam in 4. Ozeæ cap. 14 & Pinedam l. 7. de rebus Salomonis cap. 10. Abulensis in 7. Deuteronomij q. 3. *Eiusmodi fuit vallis illa, quam Christus Dominus*, vt ait Hieron. *Matth cap 10. Gehennam vocat, irrigua, ac nemorosa, plenáque delitijs, in qua lucus idolo consecratus*: Vide Hieronymum hoc loco vel in catena Diui Thomæ. Idcirco vetuit Deus, ne iuxta suum altare locus, aut arbor aliqua plantaretur

Plantabãt veteres circa aras nemora.

Rib. 4. Oz. c. 14.

Pined.

Abul.

Matt. 10.

tur *Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui.* Deuteronomij cap. 16. n. 21 cuius rei cauſas reddidit Philo 2. de Monarchia. *Quoniam verum templum Dei non amænitates poſtulat, ſed ſeueram caſtimoniam. Præterea condenſa ſyluarum maleficis conueniunt ex latebris ſecuritatem, & inſidiarum occaſionem quærentibus &c.* Diuus Hieronymus Ozeæ cap. 4. *In lege præceptum eſt, vt iuxta altare locus, & arbores non plantarentur, ne ſcilicet paſsiua, & voluptuoſa religio auſteritatem vnius, & veræ Religionis auertat &c.* Vide etiam Abulenſem hic q. 35. Propterea igitur Deus tum in hoc loco, tum alibi iubet nemora lucoſque ſuccidi, præſertim Exodi cap. 35 Deuteronomij cap. 7. Vnde a ſponſa dicitur, *Similis capreæ, hinnuloque ſeruorum ſuper montes Bethel.* Canticorum cap. 2. num. 9. vbi Theodoretus. *Docet hic ſponſa internetionem idolorum illatam ab ſponſo ſuo; montes enim, & colles vocat lucos, & delubra dæmonum in montibus olim ſita ſuper quæ verborum ſapientia, & miraculorum virtute ſaliens, atque tranſiliens penitus euertit, atque deſtruit.*

Deut. 16. 21. Phil.

Dei templa non amænitas, ſed caſtitas ornat.

Hieron.

Amænitas deſtruit auſteritatem animorum, Abul. q. 35.

Exod. 33. Deut. 7.

Cant 2, 9 Theod.

Ne vero Iſraelitæ ad voluptates propenſi, voluptuoſa illa ſacra in lucis fieri ſolita deſiderarent, præcepit Deus Exodi capite 13. vt tribus anni temporibus ad feſta celebranda in templum conuenirent Theodoretus in Exodo queſtione 54. *Vt eiuſmodi feſta celebrantes, ſacris, & delubris dæmonum non delectentur; ſed in templo creatoris omnia bona ſuppeditantis, feſtiua fruantur beatitudine &c.* Qua etiam de cauſa epulari iuſſit eos in loco ſacro, & deliciari Deuteronomij capite 12. num. 12. Vbi idem Theodoretus quæſtione. 10. *Inſtrumenta,* inquit, *muſica tolerat, & iubet epulari, vt talibus illectamentis idolorum cultum impium amputet &c.*

Peccandi occaſiones tollit Deus. Exod. 13.

Theod. Exod. q. 54.

Voluptates idolis ſeruire ſuadent.

Deut. 12. 12. Theod. q. 10.

Et ædificabis altare Domino Deo tuo in ſummitate petræ huius &c.

Verſus 26.

IN Hebræo. *Super verticem fortitudinis huius in ordinatione. Mandatur enim,* inquit Caietanus, *vt ædificetur altare iuxta ordinationem legis Moyſis, videlicet ex terra ſeu*

1

Caiet.

Præsepij vmbra

seu lapidibus rudibus, & impolitis, quos ferrum non tetigit &c. Siue vt ostenderet Deus veteris testamenti sacrificia præ sacrificio legis nouæ rudia esse, & impolita, siue vt Hebræos ad idola propensos quam longissime ab idolorum sculpturis, gẽtiumque ritu auocaret. Siue vt subito, & vbique sacrificandi, altarisque eligendi occasio esset, vt quam minimo sumptu, atque dispendio sibi sacrificaretur, cum altare minime operosum, artificiosumque postularet: siue vt victimis potius quam altaribus, illarumq; puritate, & sinceritate, quã horum pretio, & arte oblectari se ostenderet: siue vt lapides insecti fideles in fide, morumque integra, & sancta vnitate solidatos, & nullo schismate scissos, atque diuisos significaret.

Propẽsi ad aliquod vitium, ab illius occasione auocandi.

Sumptus fugit Deus in sacrificijs

Optimum sacrificiũ ex animi puritate pendet.

Timens autem domum patris sui, & homines illius ciuitatis, omnia nocte compleuit &c.

Versus 27.

PHilastr. hæres 95. *Gedeõ, inquit, nocte incendens idola, & frangens adeo tantum virtutis meruit impetrare, vt cum paucis suis infinitos vinceret inimicos &c.* Timuit vero Gedeon parentem, & consanguineos, ne sibi impedimẽto forent: quippe qui domestici inimici, a quibus magis, quam a lupis, cauendum præcepit Christus Dominus. Matthæi cap. 10. *Cauete autem ab hominibus. Non à lupis*, inquit, Caietanus, *sed ab hominibus: homines vero appellat eos, qui humanitatis officijs pretextu consanguinitatis patria, & aliorum humanorum vinculorum consulunt, vt non patiamur, vt non perdamus hanc vitam propter fidem &c.* Videri potest Diuus Bernardus in Cantica sermone, 29. ad illa verba, *Filij matris mea pugnauerunt contra me.* apud quẽ Ecclesia, quæ, ab externis fuerat grauissime impugnata, grauius sibi metuit à domesticis inimicis. *Sola inquit, exprimitur persecutio a domesticis, & tacentur tot, & tam grauia, quæ vbique terrarum nihil aminus ex omni natione quæ sub Cælo est, pertulisse cognoscitur &c.* Et sermo 33. adducens illa verba. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara, inquit, prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus*

Phil. hæres. 95.

Obedientia vires addit.

Pænitentia vires addit.

Parentes, & consanguinei inimici domestici.

Caiet.

Plus ab his, quam a lupis cauendum.

Bern in cant. ser. 29.

Illorum persecutio plus omnibus timenda.

Idem ser. 33.

in moribus domeſticorum &c. Et Rupertus lib. 5. de Victoria Verb cap. 5. Vbi quærit vtra magis nocuérit Iſraeli facies Draconis, facies leonis, facies vrſi, facies beſtiæ terribilis, & dentes ferreos habentis, qualis deſcribitur Dan. cap. 7. Per quas facies regna Ægyptiorum, Babyloniorum, Græcorum, Romanorum Iſraelem debellaſſe ſignificantur: an mitis vituli facies, per quam ſignificatur regnum Iſrael, ex quo Ieroboam vitulos aureos fecit. *Num, inquit, ſicut facies iſta mitior eſt faciebus illis. Ita regnum Iſrael mitius, quàm illa regna egit, mitius nocuit? imo quanto magis domeſticus erat, tanto maiora damna fecit, tanto magis domum ſubuertit &c.*

Rupert.

Dan. 7.

Domeſtici inimici maiora damna faciunt.

1

2

Non tamen valuit tantum apud Gedeonem; vel timor, vel effectus erga cognatos, quin præcepta Dei vrgeret: conſanguinitate; religioni poſthabita. Vt Aſa rex, de quo dicitur 2. Paral. cap. 15. num. 16. *Maacham matrem regis Aſa ex auguſto depoſuit imperio, eo quod feciſſet in luco ſimulachrum, quod omnino contriuit.* Vbi Theodoretus; *Adeo ardentes diuinas leges eſt amplexus, vt etiam matrem ſuã quæ maluit colere Aſtartem regno priuauerit &c.* Et Diuus Hieronymus. *Idcirco non dixit matrem ſuam: ſed matrem regis, quia non ambulabat viam rectam, ſicut filius eius &c.* Quẽ admodum, & Rachel parentem Laban neque parẽtem agnoſceret, qui Deum non agnoſcebat, neque aduenienti aſſurgere. *Ne iraſcatur Dominus meus*, inquit, *quod coram te aſſurgere nequeo.* Geneſeos capite 31. num. 45. De qua illud Ambroſij. *Vbi cauſa agebatur religionis, fides debuit habere ſedem iudicij, & quaſi rea ſtare perfidia &c.* Grauius tulere filij Iſrael, qui cũ audiſſent filios Ruben, & Gad ædificaſſe altare in terra Chanaan, *Conuenerunt omnes in Hilo, vt dimicarent contra eos.* Ioſue cap. 22. n. 12. Theodoretus *ſtatuerunt plane, ante poſita cognationi religione, contra illos bellum gerere &c. Non enim videbatur eis iuſtum*, addit Ioſephus *vt cognationem reſpicerent, aut dignitatem eorũ, qui autores fuerunt harum rerũ &c.* Nam vt ait Diuus Hieronymus. *Grandis in ſuos pietas, impietas in Deum eſt &c.* Et alibi. *Odium in ſuos pietas in Deũ eſt &c.* Propterea Moyſes occidi fecit filios à parentibus, parentes à filijs Exodi capite 32. *Quia* vt ait Ambroſius. *Præferenda eſt religio*

Conſanguinitas religioni poſt habẽda.

2. Paral. 15. 16.

Theod.

Non vocanda mater quæ à diuina lege deuiat.

Hieron.

Nulla dignus reuerentia pater, qui Deum nõ colit

Gen. 31. 35.

Amb.

Fides ſedet p o tribunali.

Ioſue 22. 12.

Theod.

Hieron.

Pia impietas eſt ſuos deſerere propter Deum.

Exod. 32.

Ambr.

Præferenda pietas propinquitati

Bern. epist. 111.

Impij patres filios a Deo amouentes

ligio necessitudini, pietas propinquitati &c. Cur enim non perimerent peremptores suos, vt vocat Diuus Bernardus Epistola 111. eos, qui filios auertunt a religione. *O durum*, inquit, *Patrem, ò sæuā matrem, ò parentes crudeles, & impiossimo non parentes, sed peremptores, quorum dolor salus pignoris, quorum consolatio mors filij est &c.* Illos igitur præoccupauit, neglexitque Gedeon, ne in causa Dei impedimento essent, aut moræ.

Tertul.

Cum etiam sepelire patrem tardum fuit fides, vt ait Tertullianus libro de idol. loquēs de eo, qui voluit patrem sepelire, Matthæi cap. 8.

Mat. 8.

3 *Protegit Deus, qui propter illum parentes temnunt.*

Quia vero Gedeon Dei causa parentem, consanguineosque neglexit, prouidit Deus ipse ne ab ijs frementibus, & conspirantibus in cædem illius, interficeretur in suam tutelam, patrocinium que suscipiens: his enim maxime patrocinatur. Vnde Moyses: *Deus*, inquit, *Magnus, & fortis, qui nullius personā respicit.* Deuteronomij c. 10. mox addit, quos iudicet, nō Satrapas, tyrannosq; terræ & mare late imperitantes, sed aduenam, pupillum, viduam Philo de creatione Principum. *Primum illū, idest aduenam, quia cognatos, quos soles aduocatos habere potuerat, inimicos sibi infensissimos reddidit, postquā se ad veritatem, & vnius numinis cultum transtulit &c* Qua vero ratione Ioas filiū e manibus populi indignantis eripuerit, clarius enarrat contextus, quam vt immorari liceat.

Deut. 10.

Phil.

Spiritus autem Domimini induit Gedeon.

Versus 34.

Per spiritum Domini: *spiritum fortitudinis.* Chaldeus intelligit: Vnde Septuaginta legunt *spiritus Dei fortificauit Gedeonem.* Metaphora, vt videtur, sumpta ab armis, quibus induimur. Qua etiam vsus Christus Dominus cum Apostolos vniuersum orbem spiritualibus armis expugnaturos dimisit *Sedete*, inquit, *in ciuitate, quoadvsque induamini virtute ex alto* Lucæ cap. 24 n 49. Nam, vt ibi explicat Maldonatus. *Milites*, erant Christo regnum expugnaturi. Spiritus Sanctus instar erat armorum, *Noluit ergo milites suos inermes in aciem prodire*, vt ait Diuus Chrysostomus

1 *Spiritus Domini spiritus fortitudinis.*

Septuag.

Luc. 24. 49.

Maldon.

Spiritus Sanctus Apostolorū arma.

D. Chrys.

mus apud Diuũ Thomã in cathena & alludit Diuus Bern. ſermone 3. de ſpiritu Sancto: *Ipſe, inquit, eſt qui virgini obumbrauit, Apoſtolos roborauit, vt & virgineo corpori temperaret Deitatis acceſſum, & Apoſtolos indueret virtute ex alto feruentiſſima ſcilicet charitate: hac nimirum Apoſtolicus ille choros lorica ſe ſe induit, ſicut gigas ad faciendam vindictam in natio nibus &c.* Eadem vtitur frequentius Diuus Paulus, cũ nos iubet armaturam Dei induere, ſiue omnia arma Dei. Ephesios c. 6. Nam, vt explicat Diuus Hieron. *Maniſeſtiſſime comprobatur per omnia arma Dei, quibus indui iubemur, intelligi ſaluatorem, vt vnũ, atque idem ſit dixiſſe; induite vos omnia arma Dei, quaſi dixerit: Induite Dominum IESVM Chriſtum &c.* Quæ arma lucis appellat. Rom. cap. 13. nu. 12. Quod addidit, ne quis pugnam timeret tam pulchris, ac lucidis armis indutus: Nam vt ibi ait Chryſoſtomus: *Inſenſibili quidem armatura dirum eſt, & exoſum armari, hic vero iucundum, & dignum quod expectatur etiam. lucis quippe ſunt arma: vnde radijs ſolaribus illuſtriorem te faciunt &c.* & infra: *Neceſſe quidem eſt, vt prælieris, non tamen vt fatigeris, aut laboris moleſtiam ſubeas; neque enim bellum hoc eſt ſed chorea, & panegyris &c.*

Bern. ſer. 3. ſpirit.

Apoſtolorum lorica charitas

Epheſ. 6.

Chriſtus omnia arma Dei.

Rom. 13. 12.

Chriſtus arma lucida.

Chryſoſt.

Martyrũ prælia choreæ ſunt.

2 Alij, qui per ſpiritum Domini cæteras etiam virtutes ſpiritus diuini comites intelligunt, ſimilitudinem à veſte mutuatam volunt. Caietanus. *Deſcribitur ſpiritus Diuinus inſtar indumenti Gedeonis, ad ſignificandum q[uod] ad exterioribus ſignis apparuit tanquam actus, & motus à Diuino ſpiritu &c.* Quo ſenſu intelligit illud Iob. *Iuſtitia indutus ſum ſicut pallium* capite 29. numero. 14. *Significatur, ait, iuſtitiam exterius manifeſtandam, & ſicut pallium circum veſtiendam* & per opera ſcilicet & actiones externas. *Indumentum enim virtutis actio eſt*, vt proſequitur Chryſoſtomus homilia 70. In Matthæum, & in Epiſtola ad Romanos homilia 14. *Chriſtum induamur, ait, cumque illo perpetuo ſimus, quando quidem iſtud demum eſt indutum eſſe, nunquam ab ipſo deſeri, ipſumque vndique in nobis per noſtram ſanctimoniam, manſuetudinemque conſpicuum eſſe &c.* Et pſalmo 131. *Sacerdotes tui induant iuſtitiam* Vbi Bellarminus. *Non ſolum iuſti ſunt intus, & in corde ſed etiam exterius in omni eorum vita in verbis, & operibus cernatur iuſtitia &c.* Itaque ſignificatur

2 Spiritus Sanctus iuſtorum indumentum.

Caiet.

Virtutes indumentum.

Iob. 29. 14.

Virtus per opera exterius cernitur.

Chryſoſt. hom. 7. in Matt & epiſt. ad Roman. hom. 14.

Pſ. 131. Bellarm.

Omnemus nos virtutibus.

Bern. epist 23.

Idem epist. 113.

Sub purpura & bysso conscientia pannosa.

Sub pannis anima speciosa.

Christus pulcherrimum indumentum Caiet.

Bonau. Vestibus pretiosis indutos fallit diabolus.

3 Reg. 22 10.

tur ea dicendi formula, & spiritum, & virtutes per externa opera manifestandas, iisque tanquam pulcherrimis ornamentis gloriandū. Vnde Bernardus Epistola 23. *Sacerdotes Dei induuntur iustitia, & multo quidem decentius, & ditius, quam auro, & serico &c.* & Epistola 113. Sophiam Virginem alloquēs. *Illæ*, inquit, *idest filiæ Babylonis induuntur purpura, & bysso, & subinde conscientia pannosa iacet, fulgent monilibus, moribus sordent, & è contra tu foris pannosa, intus speciosa resplendes, &c.* Vnde & Nazianzenus de Virgine gloriatur: *Vestimentum sero aureis excusũ texturis, Christum animæ mea occultum pulcherrimum ornamentum &c.* Hic enim regia purpura dignior, & principem magis decens. Vnde Caietanus hic de Gedeone. *Reluxit in eo spiritus diuinus quemadmodum in induto regia veste relucet regius fauor &c.* Et Diuus Bonauentura de Cælesti hierarchia p. 2. cap. 3. *Nihil prodest vestiri purpura, diademate insigniri; & moribus incōpositis sordescere &c.* Achab vbi regiam purpuram induit, a malo spiritu deceptus est. 3. Regum capite 22. n. 10. Vbi autem pænitentiæ cultu sorduit, Dei spiritum induit, oculisque diuinis apparuit exornatior: de quo Petrus Damianus lib. 6. Epistola 14. *Ecce Achab imperiali purpura decoratur, & reprobo spiritu fallente decipitur: cilicium induit, & gladium diuini furoris auertit: regalibus infulis redimitus, laqueo deceptionis impingitur sacco contectus dilatæ vltionis indulgentiam promeretur &c.* Et infra. *Gratiam siquidem sancti Spiritus, in qua delectetur, exclusit, qui se per exterioris ornatus desiderium spargit &c.*

Dam. l. 6. epist. 14.

Male cultus, & pænitens Deo placet.

Vestis lacera Deo nos reddi ornatiores.

Dixitque Gedeō ad Dominum: si saluum facis per manū meam Isrel, ponam hoc vellus lanæ in area.

Versus 36. 37.

1

DVo signa veluti in pignus promissæ victoriæ a Deo postulat Gedeon primum vt positum in arca vellus per noctem sicca tellure madeat rore; Alterum vt, è cōtra vellere sicco terra tantum madefiat: Vtrunque Deus annuit adeo largiter, vt expressus ē vellere

Vellus Gedeonis

ros

ros concham licet capacem impleuerit. Quæritur tamen, cur Gedeon ab Angelo nuper edoctus, & ignis miraculo confirmatus, de belli euentu plura nunc ſigna petierit, quod ambigentis, Deumque tentantis fuiſſe videtur. Ita viſum Ruperto cap. 10. Diuo Thomæ 2. ſecundæ q. 97. art. 3. Abulenſi quæſtione 47 qui eum ſaltem a leuiori culpa non excuſat. excuſat tamen Origenes homilia 8. Iſidorus c. 4. Diuus Amb. l. 1. de ſpiritu Sancto *Quomodo*, inquit, *ille ambiguus, cuius precatio habebat effectum? Vnde autem ſecurus adorſus eſſet prælium, niſi intellexiſſet oraculum &c.* Et Diuus Thomas in Epiſtola ad Hebræos ad illa verba: *Deficit me tempus enarrantem de Gedeone, Barac &c.* ad Hebræos capite 11. numero 32. quærens, cur Diuus Paulus Gedeonem, qui poſterior tempore fuerat, quam Barac, priorem nominauerit? Reſpondet. *Quia nihil mali fecit &c.* Quaſi apud Deum, atque in Dei cathalogo primi ſint, non qui tempore, ſed qui virtute præcedunt. *Quare nec Deum temere tentaſſe credendus eſt cum id fecerit*, authore Lyrano, *ex quadam familiaritate diuina, & deſiderio, vt manifeſtaretur gloria Dei &c* Caietanus *Non enim pro ſe ipſo petijt huiuſmodi ſignum, ſed pro vtilitate populi &c.*

Rup. c. 1. D. Thom. 2 2 æ q. 97. ar. 3. Abul. q. 47. Orig. hom 8. Iſid c. 4. Ambroſ. Fidem probat precationis effectus. Thom. Hebr. 11. 32. Apud Deū primi ſunt virtute, nō tempore præcedentes. Lyran. Dux bonus nō tā ſibi quam ſuorum vtilitati cōſulat.

Aliam rationem addit Origenes homilia 8. *Angelum vidit, ſed vir eruditus cautius agit, ſciebat enim poſſe etiam Angelos tenebrarum transfigurare ſe in Angelos lucis, & ideo examinatione cautiſſima. volo, inquit, probare ſpiritum ſi a Deo eſt &c. Hinc eſt*, ait Diuus Bernardus ſermone 33. in cantica *Quod Maria Angelica ſalutatione audita turbatur, dolum (ni fallor) ſuſpicans &c.* Et Petrus Damianus in natiuitate Beatæ Mariæ. *Antequam reſponderet ipſum Angelicæ ſalutationis pondus librata mentis lance penſauit &c.* Idem Bernardus: *Et Ioſue*, inquit, *non prius amicum Angelum ſuſcepit*, Ioſue 13. *quam eſſe amicum nouerit: denique ſciſcitatur ſuus neſit, an aduerſarius? tanquam qui expertus ſit dæmonij meridiani inſidias &c. Hoc modo*, inquit, citatus Origenes, *& Sanctus Gedeon diſcutit Angelicam viſionem diuerſitate, & immutatione ſignorum &c.* Addiderim tantam in Gedeone fuiſſe animi ſubmiſsionem, tamque humiliter de ſe ipſo, velut familiæ ſuæ, tribuſque, vt ſupra dixerat, minimo ſenſiſſe, multis ac

2 Orig. hom. 8. Vir ſapiēs caute agit. Bern. in cant. ſer. 33. Suſpicioſæ Angelorum viſiones. Pet. Dam. Bern. Inſ. 13. Orig. Humilitas de ſe nihil magnū cogitat.

Aa mira

miraculis opus fuerit, quibus adduceretur, vt crederet, posse magnum aliquid a se fieri, ne dum tantam victoriam cōparari. Quod etiam per signa ipsa, quæ petijt, visus est non obscure significare.

3 Quamuis non tam in prōptu sit, quid per vellus, quid per aream, quid per rorem, mysteriorum hic explorator, vt vocat Isidorus, explorare voluerit: illud tamen verosimile, quod attingitur a Lorino in psalmo 71. spectatam scilicet a Gedeone suam, suæque familiæ, vel exercitus tenuitatem in vellere illo: quid enim tenuius vellere? quid mollius, & infirmius? quod tamen rore cælesti, idest ope diuina velut imbutum omnem terram siccam, idest cæteras gentes, quibus cum pugnandum erat, rore illo diuinæ opis destitutas superaret. Omnipotens enim quodammodo est humana, si diuina gratia adiuuatur, infirmitas. *Omnia possum*, inquit Paulus, *in eo, qui me confortat.* Vnde Autor mirabilium Sacræ Scripturæ lib. 2. cap. 6. *Ros*, inquit, *prius demonstrabat in solo vellere ostēsus, quod diuina miseratio, quæ tunc in Israel fragili & molli populo fuerat, ignitas gentium iras, sicut aqua ignem, posset extinguere &c.* Vel etiam significare voluit, se, ac tenues illos milites, quos ad belli societatem asciuerat, velleris instar multis villis vni tergo hærētibus intertexti concordes atq; vnanimes futuros hostibus, si non viribus, aut numero, certe consensu, & cōcordia formidabiles. Id quod significat etiam ros, cui charitas, & concordia comparatur, Psalmo 132. *Ecce quam bonum*, & quam iucūdum habitare fratres in vnum & additur, *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.* Vt dilectio a capite ad calcem vsq; deflueret, perinde atq; ros omnia perfluit, vt explicat Diuus Hieron. & interpretes. Alias rationes vide apud Ferdinandum visione 8 sect. 2.

Isidor.

Quid per vellus, & rorem intellexerit Gedeon.

Lor. ps. 71

Homines diuina gratia adiuti omnipotētes.

In vellere concordia adumbrata

Ros charitas & cōcordia cōparatur.

Ps. 132.

Hieron. Ant. Ferdi v. s. 8. sect. 2.

4 Aliter Rupert. interpretatur. *Vellus*, inquit, *populus Iudæorū intelligitur, quia sicut vellus sine corruptione, & dolore agni succiditur, ita Iudaicus populus primum Deo adhærens, à fide Christi sine damno ipsius Domini est separatus &c.* Vbi admiranda Domini agni clementia, qui tam arcto amoris vinculo suos sibi conglutinat, vt tanquam vellus ipsi inhæreant. Id quod Dominus

Rupert.

Iudæi a Christo separati in vellere intelligūtur

Per Chriſti amorem illi inhæremus.

Ieremi. 13. 11.

Hieron.

Dominus non diſpari ſimilitudine lumbaris ſignificauit per Ieremiam capite 13 numero 11. *Sicut adhæret lũbare ad lumbos viri, ſic adglutinaui mihi omnem domum Iſrael, & omnem domum Iudæ, dixit Dominus;* vbi Diuus Hieronymus. *Cinctorium, ſiue lumbare quod Dei renibus iungitur, populus Iſrael eſt, qui in lini ſimilitudine aſſumptus de terra, & illotus, nec mollitudinẽ habuit, nec candorem: & tamen per illius miſericordiam adhæret Deo &c.* & de iuſtis dicit Iſaias cap. 11. numero 5. *Erit iuſtitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renum eius* Chaldæus interpretatur. *Erunt iuſti circum circa ei, & agentes fideliter appropinquantes ei &c.* Verum amantius quiddam innuitur per vellus, quam per lumbare, ſiue cinctorium: nam hæc licet corpus circundent, ac tegant, non tamen intus, & in cute hærẽt, vt vellus, quo magnus ſignificatur Deus tam arctè diligere populũ ſuũ, ac ſi ipſi hæreret, & pars illius eſſet.

Iſai. 11. 5.

Iuſtis cõronatur Deus.

Magnus amor Dei in nos.

5

Hominis damnum a Deo ſeparari.

Secundo notandum, populum Iſrael, & quamuis hominem, licet velleris inſtar Deo adhæreat, ſi tamen ab illo culpa ſua ſeparetur, ac veluti excidatur, nullo id Dei ipſius, ſed populi, ac animæ ſe auellentis damno, ac vulnere fieri: neq; enim a Deo ſeparari, Dei ſed hominis damnum, ac vulnus eſt: quemadmodum adhærere bonum, vt canit Propheta *Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt* Pſalmo 72. n. 28 vnde Auguſtinus 1. Cõfeſſ. c. 28. *Cum inhæſero tibi ex omni me, nunquam erit mihi dolor, & labor, & viua erit vita mea tota plena te &c.* Significabat igitur iuxta Rupertum Vellus Gedeonis populum Dei inſtar velleris ipſi hærentem, tandem aliquando propter ſcelera ſua a Deo velleris inſtar excidendum ac reſecandum nullo Dei, magno cũ populi ipſius vulnere, qualem deſcribit Iſaias c. 1. *A planta pedis vſq; ad verticẽ non eſt in eo ſanitas, vulnus, & liuor &c.* His concinit cõmunior ſententia P P. Irinæi l. 3. ca. 19. Auguſt. hic q. 49. & præſertim ſerm. 108. de tempore, Amb cit. Hier. ad Paulin. Orig. Iſid. Nazianzeni oratione 3. apud quem Elias Cretenſis, Theodoretus q. 14. Author incognitus, Primaſius, qui omnes per vellus intelligunt eundem populum rore cæleſtis gratiæ, legis doctrinæ quodã imbutũ; per areã vero reliquas gẽtes, in quas nõ iam

Pſ. 72. 28.

Auguſt. 1. conſ. c. 28.

Peccata nos a Deo auellunt nullo illius damno

Iſai. c. 1.

Irinæi.

Auguſt.

Ambroſ.

Hieron.

Orig.

Iſid.

Nazian.

Cretenſ.

Theod:

Incog.

Prim.

Alia velleris, & roris ſignificatio.

iam ros, sed imber Cælestis gratiæ sicco velleris Gedeonis vbertim effluxerit iuxta illud *Descendet sicut pluuia in vellus* Psalmo 71. Velleris autem nomine significatã gentem illam, ait Augustinus in eundem psalmum, vel quia spolianda fuerat authoritate doctrinæ, sicut ouis spoliatur vellere, vel quia in abdito eandem pluuiam detinebat, quam nolebat præputio prædicare, incircumcisis gentibus reuelare &c. Similia habent Isidorus, & Ambrosius, qui existimant allusionem fieri ad oues, quæ perierunt domus Israel, vel ad sacrificia Iudæorum, in quibus iusserat Deus pecora sibi offerri, vt mauult Chrysostomus in eundem psalmum. Alij sensus mystici attinguntur à Patribus, in quibus non erit abs re fusius immorari aliquantulum,

Ps. 71. August.

Per vellus Iudæi significati.

Isidor. Ambr

Chrysost

Per vellus significari mystice Beatam Virginem.

6

Ephr.

Similitudo Beatæ Virginis.

ITa Sanctus Ephrem de laudibus Beatæ Virginis & alij Patres apud Delrium Polemica quinta Canisium libro 2. de Deipara cap. 6. Barradam tomo 1 libro 7. capite 10 Lorinum in psalmo 71. dicitur autem Virgo Beata vellus lanæ 1. propter integritatem virginitatis plusquam Angelicæ, qua in corpore sine corpore vixit. Chrysologus sermone 43 *Vellus cum sit de corpore, nescit corporis passiones, sic Beata Virgo immunis fuit ab omni immũditia &c.* Et Rupertus hic cap. 10. *Sicut pluuia in vellus descendit sine omni corruptione, & dolore ipsius velleris: ita ipse rex nascitur de Virgine sine omni corruptione &c.* Et Diuus Bernardus homilia 2. super missus est. *Quid illud Gedeonis vellus significat, quod vtique de carne tonsum, sed sine vulnere carnis, in area ponitur, nisi carnem assumptam de carne Virginis, et absque detrimento virginitatis &c. Recte ergo* ait Ambrosius sermone 9. *Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, vt totum eum hauriret corpore, nec discissuram corporis, pateretur &c.*

Delr. Canis. Barr. Lorin.

Virginalis integritas in vellere significata

Chrysol. ser. 143.

Rup. c. 10.

Sine corruptione Christus nascitur de Virgine

Bern. hom 2.

Per vellus incarnatio significatur.

Ambr. ser. 9.

2. Lanæ vellus commendatur à candore, nihil candidius, puriusque Maria. *Lanam candidissimam suoque colore dealbatam* appellat Diuus Hieronymus in Epist. de Assũptione Beatæ Virginis,

7

Mariæ cãdor eximius.

Hieron.

Aleuin. In virgine nulla labes.

Virginis, & Alchuinus lib. 6. contra Felicem, vocat *lanam optimam, & incomparabilem*, in qua ſcilicet labes nulla, nulla macula iuxta illud Cantici 4. *Macula nō eſt in te:* in Hæbreo (momum) Septuaginta momos) ideſt reprehenſio non eſt in te: notus enim, ac celebris inter deos Momus, qui vel minima aliorum deorum vitiola reprehenderet: ab omni macula, næuoque alienum fuiſſe oportuit, quem ipſe non carperet. Talis Virgo Beata, in qua nec momus quidem ipſe, vel ipſis dijs vitia imponere auſus, quid piam reprehenderet, ac deprehenderet. Momus, ſeu reprehenſio non eſt in te. Vide noſtrum Salazar de conceptione c. 26. § 4. Vnde Damaſcenus de Virginis Annūtiatione. *Reprehēſionis expertem vocat*, & Baſilius Seleucienſis, Amonim, ideſt irreprehenſibilem Virginē. Et in Liturgia Diui Iacobi, cantores Deiparam omnibus modis irreprehenſam concinunt. Ita ros ille diuinus ſuum hoc vellus emaculauit Hugo *Pluuia*, inquit, *mundat vellus ſic Chriſtus Virginem purificauit &c*. Nam vt ait Cyrillus catecheſi. 12. *Decebat ſane puriſſimum puritatis doctorem ex puris prodire thalamis &c.*

Cant. 4. Sept.

In Virgine nihil reprehenſione dignū.

Salaz. 26 § 4. Damaſ.

Baſil.

Hugo.

Per Chriſtum Virgo purificata.

Cyril. Cat. 12.

3 Tertio Vellus manſueti mitiſque animantis exuuiæ Epiphanius. Virginem vocat *ouem immaculatam, quæ peperit agnum Chriſtum*. Et Blenſenſis. *Ipſa enim non ſolum ouina ob ſimplicitatem & innocentiam dici potuit, ſed etiam ouis, agnum enim peperit, qui tollit peccata mundi &c*. Quid vero mitius, quid manſuetius Virgine Beatiſſima? *Volue, & reuolue*, ait Bernardus, *totam Euangelij ſeriem, ſiquid durum ſiquid aſperum inuenis in Maria, ad illam accedere merito verearis &c* Quod ſi Diuus Epiphanius lib. 3 contra Hæreſes, leænam vocat, ideo eſt, *Quia*, vt ipſe ex alijs tradit, *Leænæ non contingit ſecundus partus &c*. Non vero quod mitiſſima non ſit: nam leonem de tribu Iuda laneo humanitatis vellere ſic veſtiuit, vt agnum manſuetiſſimum redderet: ita vt qui in veteri teſtamento, Leo dicebatur agnus in nouo plerumque dicatur, poſteaque natus de Virgine manſuetiſſima. *Vellus plane Maria*, ait Ambroſius, *ſiquidem de molli eius ſinu agnus egreſſus eſt &c*. Addit *Vellus dictam, quia mollis ad obſequium ſolida ad ſanctimoniam fuit &c*.

Epiph. Maria ouis immaculata.

Blenſenſ.

Bernard.

Nihil aſperum in Maria.

Epiph. l. 3.

Virgo leæna, quia ſecundo nō peperit.

Leo manſuetus Chriſtus.

Ambr.

Obedientia Mariæ.

Nihil vellere mitius, ac mollius, & tamen validissimos ictus hebetat, ac refringit; solent milites obtendere lanæ volumina, in quibus fulminati ab hostibus ferrei globi, vel iacula frangunt impetus, sic numinis ira fulminaris, ac sæuiens in peccatores, Mariæ frangitur, atque hebetatur in vellere. Inde Deus terribilis peccatoribus, Maria dulcis dicitur ab Athanasio sermone de Sancta Deipara. *Decet te matrem dominam, atque heram cognominari, eo quod ex te prodijt rex Dominus, & Deus noster, assistentem illi nobis quidem terribili, tibi autem dulci, omnemque gratiam largienti &c.* Ipsa enim irascenti Deo laneum veluti brachium obijcit, ne diuinæ iustitiæ gladio feriamur: vnde iuxta sensum Ecclesiæ. *Audite*, inquit, *disciplinam, & nolite abijcere eã*, Prouerbiorum cap. 8. n. 33. vbi aliqui legunt ex Hebræo. *Ne feriamini.* Alcuin. sermone de Natiuitate Virginis. *Ecce coram tremendo iudice assistimus peccatores, cuius manus terribilis gladium iræ suæ vibrat super nos: & quis auertet eũ. Nemo sanè tam idoneus est, vt gladio Domini manum pro nobis obijciat, vt tu Dei amantissima. &c.* Similia agit Diuus Bernardus, & Bonauentura, in speculo *Detinet*, inquit, *Filiũ ne peccatores perdat: ante Mariã non fuit quis sic detinere Dominũ auderet &c.* Videri potest in eum locum Prouerbiorũ Salazar, vbi obseruat quanto plus diuina iustitia reuerita sit Deiparam, quam Dei brachium: nam vt docet Augustinus cum iustitia gladium vibrat in homines, Pater Æternus brachiũ suum, idest Christum obiecit, non tamen diuina iustitia gladium extentum ad vulnus contraxit, sed in ipsum patris brachium valide vulnus inflixit. De Mariæ autem brachio, cum illud pro nobis extendit, subijcit idem Alchuinus. *Te enim brachium, & manum extẽdente pro nobis, diuinæ vltionis gladius eleuatur, & contrahitur. &c.* Ita apud Deum plus aliquando valet inuocatio nominis Mariæ; quam ipsius Christi, nam vt ait Diuus Anselmus ca. 6 de excellentia Virginis, *Filius eius Dominus est, & iudex omnium, dum igitur aliquando suo nomine inuocatus non exaudit, iuste quidẽ id facit, inuocato autem nomine matris & si merita inuocantis nõ merentur, merita tamen matris intercedunt vt exaudiatur &c.* Et Petrus Damianus Virginem

In Maria ira Dei frã gitur.

Athan.

Dei ictus Mariæ brachium excipit.

Prou. 8. 33.

Alcuin.

Bern.

Bon.

Punientẽ Deum detinet Maria.

Salaz.

August.

Mariæ nõ Christi brachio parcit diuina iustitia.

Alchuin.

Plus aliquando valet inuocatio Mariæ, quã Christi

Anselm.

B.Maria Diuinæ imperat Iuſtitiæ.

nem alloquens. *Accedis, ait, ad aureum illud diuinæ ſeueritatis tribunal non rogans, ſed imperans, Domina, non ancilla: Quomodo enim poteſtati tuæ obuiare poterit poteſtas illa, quæ de tuis viſceribus traxit originem &c.*

Arnold.

Quia vt ait Arnold. tract. de laudibus Virginis. *Securum acceſſum iam habet homo ad Deũ vbi mediatorem cauſæ ſuæ Filiũ habet ante Patrem, & ante filiũ matrem: Chriſtus nudato latere Patri oſtendit latus, & vulnera: Maria Chriſto pectus, & vbera, nec poteſt vllo modo eſſe repulſa, vbi concurrũt, & orant omni lingua diſertius, hæc clementiæ monumenta & pietatis inſignia &c.*

quomodo Chriſtus Patrem & Virgo filium orent.

Pietas omni lingua diſertior ad exorãdũ

Sic virgo Beata lanæ prorſus manſuetudine iram Dei frangit, ac moratur, efficitque, vt diuina iuſtitia laneos, vt aiunt, pedes habeat, ideſt aut, raro, aut ſero, aut mitius puniat peccatores.

Propter Virginem laneos habet pedes diuina iuſtitia.

10

Quinto Vellus lanæ leuiſſimũ, ita in Virgine Beatiſsima nullum peccati põdus, quod cæteros grauat, ac deprimit De quo Amb. in Pſalm. 36. *Moyſes per tranſiuit, præcipitatus eſt Pharao, quoniam grauia eum peccata merſerunt &c,* & Origenes homilia 6. in Exodo. *Iniqui demerſi ſunt in profundum, ſicut plumbum; Sancti autem non demerguntur, quia leues ſunt, & peccati pondere non grauantur &c.*

Peccata homines grauant. Ambr. pſ. 36.

Orig hom 6. in Exod

Quanto magis Sanctiſſima Virgo, quæ propterea etiam nubes leuis dicitur Iſaiæ capite 19. numero 1. vt Hieronymus, & Ambroſius explicant, ideſt *Nullo peccatorum pondere degrauata*, vt ait Origenes: ſeu vt alij malunt, nulla ſui partus grauitate onerata, iuxta illud Fulgentij. *Cum eſſet grauida ſalubri leuitate plaudebat; lumen enim, quod intra ſe habebat pondus habere non poterat &c.*

Maria nullo peccato grauis. Iſai. 19. n. 1. Hieron. Ambr. Orig.

Fulg.

11

Sexto Vellus, ſeu lana veſtit, ac tegit; ſic Marianum Vellus, quo veſtitus Dei agnus Hugo. *Ex vellere iſto facta eſt ab ſpiritu Sãcto veſtis filij Dei &c.* Seu purpura filio Dei Hieronymus citatus. *Adquã ſane (ſcilicet lanam, hoc eſt Deiparam) cum acceſſiſſet ſpiritus Sanctus quaſi ipſa, eademque lana cum inficitur ſanguine conchylis vertitur in purpuram, verſa eſt, & ipſa in matrem &c.*

Marianũ vellus Deum agnũ veſtit, Hugo. Hieron. citat.

Et Alchuinus libro 3. de Trinitate capite 14. *Erat que talis, ac tanta, vt ſola digna fuerit, quâ nullus alius indueretur, niſi auguſta præditus dignitate, ita ſpiritus Sanctus ſuperueniens in Beatam Virginẽ, & virtus altiſſimi obumbrauit eam, vt lana fieret diuinitate purpurata, ſolummodo æterno imperatori*

Alchuin.

 indui

indui dignißima &c. Neque solũ Virgo Sanctissima Christum vt agnum, vt regem, vt imperatorem, sed etiam vt summum Pontificem vellere suo induit. Germanus Patriarcha in Theorica rerum Ecclesiasticarum. *Ostendente*, ait, *Pontifice per stolam suam carnis Christi stolam rubram, & sanguineam, quam gestauit immortalis ille, & Deus vt purpuram tinctam ex immaculato sanguine Deiparæ &c*, atque ideo Christus Dominus, quamuis nec regia, nec pontificia gestauerit ornamenta, Rex regum dicitur, & Pontifex, quia Pontificis ac Regis insignia non aliunde, quam materno traxit ex vellere: ita Virgo Beatissima Deum, quo nihil maius se ipso maiorem quodãmodo fecit, merito, vt canere possit: *Magnificat anima mea Dominum*. Lucæ cap. 1. *Ac si diceret*, inquit Blessensis. *Alia magnum prædicant Dominum & dicunt, vt creaturæ rationales; alia magnum probant, ostendunt; ego autem magnum facio Dominum &c.* Quo videtur spectare illud Chrysologi sermone 140. *Quantus sit Deus satis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non stupet, animum non miratur &c.* Ac si considerata Virginis magnitudine, ipsius quoque diuinitatis magnitudo appareat maior.

1. Virgo omnibus modis Deũ vestit.

Germ. Patr.

Maria Deum facit magnum.

Luc. 1.

Blesens.

Chrysol. ser. 140.

Neque solum Deum ipsum, sed mortales etiam tegit, ac vestit. Idem Hugo. *Vestis ouis est Maria, idest protectio simplicium & innocentium &c.* Vnde Epiphanius lib. 3. hæres. 78. *Ecce datum est operire corpus sensibile ob nuditatem sensibilem. Mariæ vero datũ est vt pareret nobis agnum, & ex gloria ipsius agni fieret nobis velut à vellere sapientiæ per virtutem ipsius indumentum &c.* Illa tegit nostra vitia, nostrosq; defectus. In Cana Galileæ ita prouidit, ne quis in conuiuio defectus appareret, *Compaßa verecundiæ illorum, antequam fuisset inuocata*, vt loquitur Bonauentura. Illa peccatorum nuditatem tegit, vt diuinæ Misericordiæ tantum appareant, iustitiæ abscondantur. *Recte ergo Maria*, (vt ait Ambrosius citatus) *velleri comparatur, de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur &c.* Tandem Vellus non solum vestit, sed etiam ornat, vt ait Hugo. *Virgo Sanctißima orbem terrarum tegit, cælum, ac Deum ipsum exornat &c.* licet ita ludere.

Cũcta tegis Virgo, tu pulchrior orbis amictus

12

Hugo.

Maria innocentiũ protectio.

Epiph. l. 3.

Sapientia indumentum.

Virgo hominum vitia tegit.

Bonau.

Amb. cit.

Hugo.

Virgo Cæli, & Dei ornamentum

Tu decus aſtrorum, tu numinis ornamentum.

13 Vellus imperij ſignũ

Septimo Vellus imperij ſignum, vt aliqui tradunt ad illud Poetæ. Ecclog. 4.

Virg. ecclog. 4.

Ipſe, ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.

Vbi Pollioni, ſiue Auguſto imperium auguratur, eo portento ſignificatum. Verius dixeris in vellere Gedeonis imperium Virginis adumbratum. *Nam ſpiritus Sanctus*, vt ait Anſelmus, *Reginam, & imperatricem Cæli, & terræ, & omnium quæ in eis ſũt fecit ſponſam ſuam &c.* Et Bonauentura. *Hoc competit tantæ imperatrici, quæ reuera domina eſt cæleſtium, terreſtrium &c.* Cui vel Deus ipſe ſubditus. Vnde Diuus Bernardus ſermone 61. *Ille*, inquit, *qui filius Dei eſt, & Virginis benedictæ volens paterno principatui principatum æquiparare maternum, ipſe, qui Deus erat matri famulabatur in terra, & erat ſubditus illis Lucæ cap. 2. n. 51. Propterea hæc eſt vera propoſitio; Diuino imperio omnia famulantur, & Virgo: & iterum hæc eſt vera. Imperio Virginis omnia famulantur, & Deus &c.* Quibus concinit illud Diui Bernardi homilia 2. ſuper miſſus eſt, *Quod Deus fæminæ obtemperaret, humilitas abſque exemplo; & quod Deo fæmina principetur, ſublimitas ſine ſocio. In laudibus virginum ſingulariter canitur, quod ſequuntur agnum quocumque ierit: quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit &c.* Iure ergo dixit Anſelmus. *Seruire huic reginæ regnare eſt. &c. Talis tamen, ac tanta cum ſit*, vt loquitur Idiota, *diligit diligentes ſe, imo ſibi ſeruientibus ſeruit &c.*

Anſelm: Virgo Cæli, & terræ imperatrix

Bonau.

Bernard.

Deus Virgini ſubditus

Luc. 2. 51

Imperio Virginis omnia famulantur & Deus

Bern.

Dei humilitas abſq3 exemplo.

Mariæ ſublimitas ſine ſocio.

Anſel.

Virgini ſeruire, regnare.

Idiot.

14 Vellus nobilitatis inſigne.

Octauo Vellus nobilitatis inſigne: vnde aurei velleris equites (vvlgo do Tuſam) flos ipſe regũ, ac principum: qui ordo excitatus in honorem etiam Deiparæ, refertque Gedeonicum illud vellus, vt quidam affirmant: ſiue Iaſonium illud ad quod profecti regio ſanguine Argonautæ Vide Serarium hic quæſtione 26. Quid vero nobilius virgine Beatiſſima, *Quia*, vt loquitur Damianus *per clariſſimam ſobolem, omnem humani ſtemmatis excedit nobilitatem, clara proauorum titulis, ſed in comparabiliter clarior, generoſitate prolis &c.* Vnde etiã dicitur ſub pedibus lunam habere Apocalipſis cap. 12. Quæ apud veteres nobilitatis habetur inſigne. Quanuis Virgo Beatiſſima lunam non tam in pedibus, quam ſub pedibus.

Ordo (Tuſonis) in honorem Virginis excitatus.

Serar. q. 26.

Virgo clara proauis ſed clarior prole.

Dam.

Apoc. 12.

Luna nobilitatis inſigne.

Pluris virgo facit animi, quã sanguinis nobilitatẽ

pedibus habere dicatur, tanquam nobilitatem conculcans, atque despiciens: pluris vero faciens, atq; suspiciens animi, quam sanguinis nobilitatem, quam neq; filius eius in ipsa respexit. Blesensis Epistola 3. *Dei Filius in Beata Virgine, licet ipsa de sacerdotali, ac regio stemmate traxisset originem, non nobilitatẽ sed humilitatem quæsiuit &c.*

Bles. epist. 7.

Nõ cu at Deus nobilitatẽ, sed humilitatem.

Quam vero nobiles, qui ad Marianũ hoc vellus Argonautis felicius proficiscuntur qui aureo hoc vellere vere reges ac principes sese insigniunt. *Per me*, inquit ipsa Virgo Prou. c. 8. *Reges regnant, per me principes imperant.* Vnde Anselm. *Inter illius*, id est, Virginis, *mancipia numerari plusquam regium &c.*

Prou. 8.

Per Virginem reges regnant.

Anselm. 15

Nono Vellus symbolũ est opulentiæ. Vnde etiam Martialis li. 6. Epig. 3 bona omnia optans Domitiani filio recens nato, sic ait.

Vellus opulentiæ symbolum

Mart. l. 6 ep. 3.

> *Ipsa tibi niueo trahet aurea pollice fila,*
>
> *Et totã Phryxi Iulia nebit ouẽ*

Idest meram felicitatem, atque diuitias: allusionem ad vellus aureum supradictũ: siue ad illud, de quo Amb. in Hexamer l. 5. c. 11. *Aureũ etiam vellus aqua nutrit, & lanã in memorati speciẽ metalli gignunt littora &c.* Aureum sane vellus est Virgo Sanctissima de qua Thaumaturgus sermone de. Annunciat. *Niue candidiorem mentem habes, quouis autem auro, quantumuis probato, purificatum magis corpus, ventremque &c.* A quo. & in quo omnes diuitiæ, omnisque felicitas. *Mecum*, inquit, Prouerb. cap. 8. n. 18. *Sũt diuitiæ, & gloria opes superbæ &c.* Seu vt legit Simachus, *A mé opes superbæ.* Vnde Bonau in speculo c. 8. *Quia Dominus opulentissimus opulentissime tecum est, ideo tu es ditissima & opulentissima in his omnibus, in quibus ille opulentissimus est &c.* Qui ergo omni gratiarum genere ditescere vult Virginem auream ambiat. Copron. apud Nicephorũ l. 8 crumenæ auro plenæ Virginẽ assimilauit, quanuis alio sẽsu melius Diuus Epiph. exclamat *O Virginem stupendum ecclesiæ thesaurum &c. Ipsa enim*, ait Idiota, *est thesauraria gratiarum ipsarũ &c.* Vnde Diuus Ath. *Hac de causa*, inquit, *factum est, vt gratia plena appellata sis, vt pote quæ omni gratia abundares, ideoque vultum tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis ditatis scilicet istiusmodi bonis &c.* Vnde Idiota. *Inuenta Maria Virgine inuenitur omne bonũ &c* Quo Deus ipse satis diues sibi videtur. *Dominus possedit*

Ambros.

Thaum.

Virgo auro purior.

Prou. 8. 18.

Simach.

In Virgine omnes diuitiæ.

Copron.

Virgo Ecclesiæ thesaurus.

Epiph.

Gratiarũ thesauraria

Idiota.

Athan.

Idiot.

Inuenta Virgine, inuenitur omne bonum.

sedit me, seu vt alij legũt *Acquisiuit me*. Prou. c. 8. & Ioan. *Accepit eam in sua*, idest in hæreditatem, atque diuitias.

Prou. 8. Virgo Dei diuitiæ. Ioan.

16 Vellus victoriam significat.

Tandem vellus victoriã designat: nam Deus Gedeoni illud suũ quasi quoddã belli, ac victoriæ signum extulit. *Typus in Mariam apte cõuenit*, inquit Canis. citatus *vt apertum præcipue contra Sathanam victoriæ indicium habeamus &c.* Ideo virgo ipsa. *Ab æterno*, ait, *ordinata sum*. Prou. c. 8. n. 23. ex Hebræo alij legũt *Tessellata sum*; quod verbũ militare est, notum enim illud *In bello tessera signũ*, vt qui sub hac tessera, sub hoc signo militant, certã sibi victoriã polliceantur. Alij vertunt. *Ab æterno vexillata sũ*, seu quia vt ait Ambr. de inst. Virg. c. 6. *Egregia Maria, quæ signum sacræ Virginitatis extulit, & intemeratæ Virginitatis pium Christo leuauit vexillum &c.* Seu vt loquitur Bern. *Vexillifera tu: vexilla regis prodeunt in nobis, te agente pro nobis &c* Germ. Patriarcha, *Quis*, inquit, *ita nos defendit in nostris afflictionibus, quis in supplicationibus adeo pugnat pro peccatoribus &c.* Et Bonau. *Is, qui te non implorat inermis cunctis hostium suorum vulneribus patet &c.* Sed iam satis de vellere, de rore aliquid delibemus.

Canis. Prou. 8. 23. Qui sub Virgine militant semper victores. Ambros. Maria Virginitatis extulit vexillum. Bern. Germ. Pro peccatoribus pugnat. Bon. Inermis, qui illam non inuocat.

Quid per rorem, quo vellus imbutum mystice significetur?

17 In rore verbum diuinum adũbratur.

Omnes fere Patres supra adducti per rorẽ, verbum Diuinum intelligunt, cum per Incarnationem, roris instar, virgineũ descendit in vellus & ab eodem nascendo expressus est iuxta illud, *Ex vtero ante luciferum genui te* Psalm. 109. In Hebræo. *Ex vtero, Ab aurora tibi ros natiuitatis tuæ* Quæ verba multi de æterna natiuitate interpretantur, vt & illa. *Rorate, Cæli, de super, & nubes pluãt iustum*. Isaiæ c. 45. Quæ licet Hebræi ad Cyrũ cõmunis tamen Patrũ consensus ad Christũ refert nasciturum. Dicitur vero ros, seu pluuia descendẽs in vellus psal. 71. *Quia decidit*, Hugone interprete, *vt sedaret sitim antiquorum Patrum &c.* Præsertim Virginis Beatissimæ, quæ rorem hunc quo ardentius sitiebat, hausit auidius, cũ dixit, *Fiat mihi secũdum verbum tuũ* Luc. c. 1. Vbi iam supra notauimus Quãto efficacius, ac mirabilius fuit hoc Virginis, *Fiat*, quã illud Dei, *Fiat*, quo dixit *fiat lux, & fiat firmamentum*. Sciamus,

Ps. 109. Christi natiuitas e æterna oratio. Isa 45. Ps. 71. Hugo. Antiquorum patrũ sitim leuat ros Christus. Luc. c. 1. Virginis fiat mirabilius, quam fiat, Dei.

ciamus hominem, Geneseos c. 1. nam ab illo Dei *fiat*, prodijt creatura: ab hoc vero Virginis *fiat*, prodijt Deus homo: per illud Dei *fiat*, seu *faciamus* creati sumus, sed morituri; per virginis vero fiat, recreati sumus æternũ victuri. Quo videtur spectare Diuus Bernardus homilia. 4. Super missus est. *In sempiterno Dei verbo facti sumus omnes & ecce morimur, in tuo breui responso (scilicet fiat) sumus reficiendi, vt ad vitam reuocemur &c.* Et Diuus Anselmus de excellentia Virginis cap. 11. *Cuncta quæ Deus bona & vtiliter fecit in eo statu, in quo condita fuerunt, esse destiterunt, & per hanc Virginem in pristinũ statum reuocata sunt & restituta &c.* Iure vt possimus dicere, quod Ioannes de verbo Quemadmodum *sine ipso factum est nihil*: ita sine ipsa refectum esse nihil. Ideo vero Deus maius quiddam tribuit huic Virginis *Fiat*, quam suo: quia, *fiat* Dei imperantis erat, Virginis vero *fiat*, obtemperantis: Deus igitur, vt obedientiæ plurimum deferret, virginis *fiat*, quodãmodo prætulit suo, vt argute notat Salazar Prouerbiorum cap 8. num. 22. Quod tamen sumpsisse videtur ex Barrada tomo 1. Lib 7. cap. 11. Vbi hæc paucis complectitur Itaque nihil a Deo fit sine Virginis fiat, nihil Deus concedit, nisi virgo annuat, vt fiat: nihil Deus adscribit, nisi virgo subscribat. Fiat. Iuxta illud Bernardi. *Omnia per manus Mariæ, nec Deus quidem factus est homo nisi Virgo diceret fiat &c.*

Bern.

Anselm. Quæ Deus fecit, refecit Virgo.

Sine Virgine refectũ nihil.

Obedientia Dei imperio potẽtior.

Salaz. prou, 8.

Barrad. t. 1. lib. 7. c. 11. Nihil a Deo fit, sine Virginis fiat.

Bern. Omnia per manus Mariæ.

18 Virginis expectatio.

Sed vt ad rem redeamus præstat hoc Virginis *fiat* referre ad sitim, ac desideriũ verbi, seu roris diuini, quẽ Virgo salutis humanæ sitientissima bubuli velleris instar hausit, cum dixit, *Fiat mihi secundum verbum tuum*, Nã vt ait Diuus Bernardus. *Fiat desiderij est signum &c.* Ad sitim ergo, haustumque huius roris allusit Chrysologus. *Tota diuinitatis vnda bibulo se nostra carnis celauit in vellere &c.* Et Ambrosius supra adductus, *Maria velleri compa ratur, quæ ita concepit Dominũ vt totum eum hauriret corpore &c.* Et Poeta Prudent. citatus a Diuo Illephonso.

> *Virginitas, & prompta fides*
> *Christum bibit aluo*
> *Cordis, & intactis condit paritura latebris.*

Præterea ros defluit nocte silenti, frigida, & serena, vt patet ex Philosopho 1. meteororum cap. 10. Ita ros si-le

Bern.

Chrysol.

Ambros.

Pruden.

Phil. 1. met. c. 10.

le diuinus deſcendit. *Cum medium ſilentium tenerent omnia.* Idque potiſsimum ſignificant illa verba. *Deſcendit ſicut pluuia in vellus.* Theodoretus. *Quemadmodum enim pluuia in vellus ſine ſtrepitu deſcendit, ſic beatus ille fatus omnibus hominibus ignorantibus natus eſt &c* Et Ambroſius ſermone 9. *Natus eſt Dominus ita ſecreto, & a ſilentio, vt ortum eius ſeculum penitus ignorauerit &c.* Et infra. *Quid enim tam ſilenter, & ſine ſtrepitu fit, quam cũ imber in lanæ vellus infunditur; nullius aures ſono verberat; nullius corpus humore repercuſsionis aſpergit &c.* Ita fere loqũntur Tertulianus, Lactantius, Cyrillus, Bernardus, Baſilius, Hugo cũ dicunt, Chriſtum Dominum clam, furtim, latenter, inſenſibiliter, ſine cuiuſque ſuſpicione, ſine pompæ ſtrepitu naſci voluiſſe *Vbi ſunt ergo*, inquit Bernardus ſermone 3. in natali, *qui tam impudenter oſtentare geſtiunt ſemetipſos &c.* Et infra. *Tacet Chriſtus, non ſe extollit, non ſe magnificat, non prædicat, & ecce annuntiat eum Angelus, laudat multitudo Cæleſtis exercitus &c.* De frigore illius noctis vide eundẽ Bernardum apud quem naſciturus filius Dei inclementis noctis, atque hiemis tẽpus elegit, quemadmodum ros decidere ſolet, cum nox frigidior ſerenitatem oſtendit, claritas illius noctis, quam Angelus, vt Patres notant, diem apellat. *Nec mirũ, nam paſtores*, vt loquitur Euſebius Emiſſenus, *in ſtabulo ſtellam, in præſepio ſolem inuenerunt &c.* Oſtendit etiam nũciata ab Angelis pax hominibus, & totius orbis, poſito bellorum furore, ſerenitas. *Chriſtus enim*, vt ait Beda *pacatiſsimo ſeculi tempore procreatus, quia pacem magnopere quæreret, atque amaret, edocuit: quia pacis, charitatiſque ſectatores ſemper inuiſere dignaretur, indicauit &c.*

Theod. | Ambr. ſerm. 9. | Natiuitatis ſilentiũ. | Tertul. Lactant. Cyril. Bernard. Baſil. Hugo. | Bern. ſer. 3. | Humilitas Chriſti naſcentis meruit Angelum prædicatorem | Bern. | Natiuitatis nox dies. | Euſeb. | Beda. | Pacis amator Chriſtus.

19 Ros etiam eloquium, doctrinamque ſignificat iuxta illud Moyſis. *Concreſcat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum.* Deuteronomij cap. 32. n. 2. Quæ verba ad Incarnati verbi natiuitatem refert Eccleſia. Quaſi velit Pater Æternus, vt verbi ſui incarnati, natique doctrinam roris inſtar ſeſe nobis inſtillantem, e cathedra præſepij, Bethlemica rupis in ſchola, auidiſſime hauriamus: nam, vt ait Cyprianus. *Pauper filius inops hoſpitium ijs, qui in forma huius ſcholæ in Eccleſia militant, præbet efficax documentum &c.* Et Auguſtinus

Ros doctrinam ſignificat. | Deut. 32. 5. | Præſepiũ cathedra, & ſchola. | Cypria.

August. Præsepiū humilitatis officina

Augustinus sermone 15. in natalitia. *Omnis huius natiuitatis schola, humilitatis est officina &c.* Et sermone 14 *Vide homo, quid pro te factus est Deus: doctrinam tandem humilitatis agnosce etiam nondum loquente doctore &c;* & Diuus Bernardus. *Necdum loquitur lingua, & quæcunque de eo sunt clamant, prædicant, euangelizant: ipsa quoque infantilia membra non silent &c.* & sermone 4. adducens illa verba. *Apparuit gratia Dei omnibus hominibus erudiens nos. Apparuit*, inquit, *in paruulo gratia Dei ad eruditionem, &c* Apte igitur canit Ecclesia; *Expectetur vt ros eloquium meum: Ipse enim erit expectatio gentium* Geneseos capite 19. vbi quidam apud Cornelium legunt. *Messias erit concionator, & doctor gentium &c.* Iam inde ab incunabulis. Disce ergo á Christo ex cathedra præsepij factis docente &c. Quæ pie prosequitur Salmeron tom.3. tract. 33. sub finem. *Hauri, & audi fluens roris instar eloquium, & verbum infans, cuius nec ipsa quidē infantia tacet*, vt ait Bernardus, cuius caput pro insigni doctoris nocturno plenum est rore Cāticorum c 5. seu lacrymis, vt interpretatur Chaldæus.

Idem. ser. 14.

Bern.

Puer obmutescit, & omnia clamant.

Idē ser. 4.

Gen. 19

Cornel. Puer in præsepio Doctor.

Salm. t. 3. tract. 33.

Bernard. Caput pueri plenum lacrymis.

Cant. 5.

Quia vero diximus roscidum illud vellus datum Gedeoni in signum belli, atque victoriæ: inuestigandū paulo floridius, quid rori cum bello, atque victoria. Sane Chusai belli consilium dans Absaloni contra Dauid, victorem exercitum cum rore comparauit: *Operiemus eum sicut cadere solet ros super terram* 2. Regum cap. 17. num. 12 Et apud Romanos milites, quidam rorarij dicebantur, qui leuioribus armis prælium, vt ros pluuium, præire solebant: ad quem sēsum explicare possumus illa verba. *Rorate cæli desuper* Isaiæ cap. 45. idest, mittite rorarium illum militem, ducem, & saluatorē, qui iam inde a teneris humanum genus vindicet, atque propugnet. Neque enim de nihilo mox, vbi in lucem editus est, milites sibi adiunxit *Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis.* Lucæ cap 2. n. 13. Salmerō. *Scilicet, quia Christus mundum dimicaturus ingreditur &c.* Vnde Bernardus sermone 1. in natalitia. *Iam aduersus hostes tuos dimicat, iā superborum, & sublimium colla, tanquam Dei virtus, & sapientia calcat. Duo sunt tibi hostes, peccatum, & mors, vtrumque debellaturus aduenit &c.* & Beda. *Bene Christus*

Quid rori cum bello

2. Reg. 17. 12.

Milites rorarij.

Isai. 45.

Puer dux in præsepio.

Luc. 2. 13

Salm.

Bern. ser. 1

Beda.

tus adueniens Angelorum militiæ Cælestis vocabulum accipit, quia & duci illi potenti in prælio, qui ad debellandas aereas potestates apparuit, humiliter obsecundat. &c

21 Neque enim aliud credi derim præsepe illud, quam scutum, vel clypeum, in quo bellum simul, ac bellicum puerum reclinauit. Virgo Sanctissima more Lacænarum, quæ vt author est Nonus apud Pinedam cap. de Salomone cap. 14 in clypeis pariebant; & Herculē, atq; Iphiclum recens natos Almena pariens posuit in scuto vice cunarum apud Theocritum Idillio 24

Lauit vbi genitrix, & lacte impleuit vtrumque.
Ærato imposuit clypeo.

Itaque puerorum cunabula erant clypei, quo fortassis allusit Claud de Honorio loquens *Reptasti per scuta puer.* Id, quod melius quadrat in illum puerum, quē Prophetæ ducem appellant ablaturum spolia Samariæ: *Belli signum*, vt dixit Tertul. *non tuba sed crepitacillo daturū; de nutricis, ac gerulæ suæ collo, hostem designaturum &c.* Gothofredum tertium Barbantiæ ducem infantem adhuc & recens natum in cunis argenteis suspensum ex arbore sui milites in media acie constituerunt, cuius aspectu ita accensi, & confirmati præliantium animi, vt hostes gloriosissime profligauerint. Quis ad aspectum Bethlemici pueri, non in cunis argenteis, sed in præsepio vili vagientis maiores vires, & animos aduersus animi hostes non concipiat? *Certe*, vt ait Cyprianus, *in paruuli huius nomine cum hoste antiquo congredimur &c.* & infra *In studio vitæ huius se exercet militia Christiana, præeunte Christi vexillo, quē paruulū vidimus, & cognouimus &c.* At quodnā vexillū? quodnā signū? Nū pauperculi illi panni, de quibus Angelus. *Hoc vobis signū inuenietis infantem pannis inuolutum?* An fænū, & paleæ, quarum manipulos e pertica longa suspensos veteres, illi, pauperesque Romani, pro vexillis in acie præferebant? De quibus Ouidius.

Pertica suspensos portabat longa maniplos
Vnde maniplaris nomina miles habet &c.

His equidem signis bellus, vel bellicus infans,

Arce super stabuli mortalia pectora blando.
Expugnabat bello, & iaculis transfixit amoris.

Margin notes: Præsepiū scutum. — Non. Pined. c. de Sal. c. 14. — In clypeis nascuntur Lacedæmonij. — Theocrit. — Claud. — Tertul. — Puer a cunis bellator. — Gothofredus infans in acie cōstitutus. — Ad pueri aspectum animos cōcipimus bellatores. — Cypr. — Panni bellica vexilla. — Paleæ belli signa. — Ouid.

Hæc

Hæc in gratiam præuigilij natalitij lusisse sufficiat, in roscido vellere Gedeonis, qui (vt Author est Primasius, Rupertus, Isidorus, & Gregorius) interpretatur, *circumiens in vtero; Dominus enim noster per maiestatis potentiam omnia complectitur, & tamen per dispensationis gratiam intra Virginis vterum venit &c.* Tanquam è castris egressurus in aciem ex eiusdem Virginis visceribus, quæ Diuus Augustinus homilia 14 in natalitia vocat *Splendentis vteri pulchra tentoria &c*

Prim. Rupert. Isidor. Greg.

Qui omnia complectitur, virginis vtero circunscribitur.

Maria viscera Christi bellatoris tentoria,

Et de nocte consurgens expresso vellere, concham rore impleuit.

Versus 38.

1 QVo euidentius miraculum esset, tantum roris instillatum est velleri, vt illud exprimens Gedeon concham impleuerit, siue phialam, siue peluim, vt legunt Septuaginta. Sequuntur eos Origenes homil. 8. & alij Patres, qui mysteriũ Christi Domini aquam mittentis in peluim, discipulosque lauantis hic sobodorã-tur. Augustinus sermone de tempore 108. Et Ambrosius proæmio de spiritu Sãcto *Rorem*, inquiunt ambo, *ijsdem prorsus verbis, eius misit in peluim vt impleretur aqua; nõ tamen ipse eo rore pedes lauit; alij debebatur tanti prærogatiua mysterij, expectabatur ille, qui sordes omnium posset abluere &c:* Addit Ambrosius. *Volebat Gedeon lauare pedes Angelo Domini, qui apparuit sibi, sed volebat vni, volebat quasi is qui deferret obsequium, non qui donaret consortium &c.*

Sept. Orig. hom 8.

August. Ambros. In Gedeonis rore lotio pedum adumbrata.

Ambr.

2 Vulgato tamen interpreti placuit legere (*concham*) quia hæc agricolæ, qualis erat Gedeon, magis propria qui allegorias amãt: & symbola; per concham intelligunt Virginem Beatissimã, seu quia Christi peperit margaritam, *quam*, vt loquitur Diuus Ambrosius sermone 6: *Negotiator ille diues in Euangelio venditis omnibus rebus suis emere festinauit & maluit omnes, quas habebat sæculi gemmas amittere tantum vt vnam Christi emeret margaritã &c.* Cuius *Deitas*, inquit Salmeron tomo 7. tractatu 11. *in concha humanitatis continetur ex Maria Virgine, & rore spiritus Sancti concepta &c.* Notum enim ex Plinio lib. 9. cap. 35 *partum concharum esse margari-*

In concha Gedeonis virgo adũbrata.

Christus pretiosa margarita Ambr.

Salm. t. 7 tract. 11.

Plin. l. 9. c. 35.

margaritas pro qualitate roris ac cepti &c Hoc ſenſu Sanctus Ephrem,& Diuus Epiphanius Virginem dicunt concham: *Eo quod*, inquit Epiphanius, *paritura eſſet gemmã immortalem in mari*, *id eſt in mundo &c*. Et Damaſcenus oratione prima de Virginis natiuitate *Lætetur*, inquit *mundi mare, in ipſo enim concha gignitur quæ cæleſtis ex diuinitatis fulgetro in vtero concipiet, & Chriſtum ingentis pretij vnionem pariet &c*, Quid enim aliud humanitas Chriſti, quam margarita quædam auro diuinitatis inſerta, merito, vt dicere poſſimus Virginem B. dum Chriſtum ex rore ſpiritus Sancti concepit, ac peperit, diuinitati quodãmodo ornamentum, ac pretium addidiſſe, ſiue complementum: ita enim Virginẽ vocat Heſichius præſbyter Hieroſolimitanus *Ecce*, inquit, *vniuerſum Trinitatis complementum &c*. Infiniti quidẽ pretij ac decoris Deus erat ſed vbi carnem virgineo ſuſcepit ex vtero, plus decoris indutus eſt, & factus quodammodo pretioſior: nam vt loquitur Chyſolog. citatus. *Reparationis noſtræ quãto pretioſior materia, tanto maior eſt gloria &c*. Auſim dicere: Deus ante incarnationẽ vt patres loquuntur, ros erat, poſtquam incarnatus in Virgine concha gemma eſt & margarita.

Ephr. B. Virgo concha. Epiph. Damaſ. Chriſti humanitas margarita. Maria diuinitati ornamentũ quodãmodo addit. Heſich. Aſſumpta carne factus Deus quodãmodo, pretioſior. Chryſol. cit. Cibum incarnatũ margarita.

Siue quia, vt concha illa rore, ita Beata Virgo gratia plena fuit ex meritis Chriſti: *Ex cuius plenitudine*, inquit Arnoldus, *roratum eſt deſuper quod Maria ſit gratia plena &c*. *In quam*, vt ait Diuus Leo, *nihil de peccati lege manauit &c* & Zacharias Epiſcopus: *Dignum erat, vt Angelica puritas illi ſubderetur in Cælis, cui totã ſe infuderat diuina puritas in terris &c*. Inde vulgare illud Diui Hieronymi, Bernardi, & Chryſologi. *Quod per partes alijs datum eſt, tota ſimul in eam venit gratiæ plenitudo &c*. & ideo Bernardinus tomo 4. ſermone 36. i lam vocat, *vas diuinitatis*. Sanctus Ephrẽ *Dei ſplendidiſſimum, & luculentiſſimum vas*. Diuus Bonauentura, *vas immenſiſſimum, ex quo illum, qui Cælo maior eſt, continere potuit &c*. Nam vt ait Guerricus. *quod deerat corporalis ſpatij mentis compenſabat amplitudo &c*. Siue, vt loquitur Damaſcenus, *Per gratiã magnitudinis omnis, ac latitudinis modum ſuperauit &c*. Merito ergo inclamet Bernardus ſermone de Beata Virgine, *Plena eſt gratiarum plena rore Cæleſti &c*.

3 Arnol. D. Leo. Zach Ep. Plenitudo gratiæ B. Virginis Hieron. Bern. Chryſol. Bernard. t. 4. ſer. 36. Ephr. Bonau. Guerre. Damaſ. Bern.

B.Virgo non sibi tã tum verũ & nobis a bundat.

Seu quia non solum plena sibi, sed nobis etiam, superplena, ac redũdans more conchæ, de qua scitum illud Bernardi in cantica sermone 18, *Si sapis, concham te exhibebis, non canalem: hic siquidem pene simul recipit, & refundit: illa vero donec impleatur expectat, & sic quod superabũdat sine suo damno communicat &c.*

Bern. in cant. ser. 18.

Virgo impletur, & super impletur gratia.

Ita Beata Virgo, de qua idẽ Bernardus, *quæ cũ gratia plena diceretur ab Angelo, adhuc audit: spiritus Sanctus superveniet in te. Ad quid putas, ait, nisi vt superimpleat eam? ad quid, nisi vt iam adueniente spiritu plena, nobis quoque superplena & super effluens fiat &c.* Et in sermone de aquæ ductu. *Plena est gratia, & gratiam adhuc inuenit, digna prorsus inuenire, quod quærit cui propria non sufficit plenitudo; nec suo potest esse contenta bono, petit supereffluentia ad salutem vniuersitatis &c.* Et in sermone de natiuitate. *Proinde si quid spei, si quid gratiæ in nobis est, ab ea nouerimus redundare, ideo enim gratia plena dicitur, vt ex plenitudine illius accipiant vniuersi &c.* Sic etiam explicat Diuus Thomas opusculo 5. verba illa: *Gratia plena; Plena, ait, fuit gratia quantum ad redundantiam in homines omnes &c.* & Diuus Bonauentura. *Habet Maria plenitudinem gratiæ inundatiuam &c.* & Diuus Chrysologus. *Plenam, & vere plenam quæ largo imbre totam funderet, ac infunderet creaturam &c.* & Diuus Anselmus; *O fœmina plena, & super plena gratia, de cuius plenitudinis exvndantia respersa reuiuiscit omnis creatura &c.* & Bonauentura in speculo capite 3, cum dixisset *Omnia vt flumina intrant in mare, sic omnia charismata intrare in Mariam*, concludit. *Quid mirum si omnis gratia in Mariam confluxit, per quam tanta gratia ad omnes defluxit &c. Propterea, ait, qui me inueniet, hauriet salutem a Domino* Prouerbiorum cap. 8. numero 36. Idest, vt ait Damascenus *In vniuersum quicumque bonum aliquod sitit cum fide ad me veniat, & ex ea gratia qua plena sum, hauriet &c.* Nimirum concha est rore gratiæ plena. De quo Damianus sermone primo de natiuitate Virginis: Virginem alloquens. *Naturam nostram habes, non aliam; & iustum est de rore tantæ pietatis diffusius infundamur &c.*

Idem.

Virgo de nostro bono sollicita.

Idem.

D.Thom.

Magnitudo gratiæ B.Virg.

Bon.

Chris.

Ans.

Bon.

Ex Virginis plenitude ad omnes manauit gratia.

Prou. 8. 36.

Dam.

5

Cum concha Virgo componitur, quæ est symbolum pulchritudinis.

Seu quia concha symbolum est pulchritudinis, & amoris, vt videri potest apud Delrium Polemica 5. Ita Virgo dicitur *Mater pulchræ dilectionis*. Ecclesiastici capite 24. numero 24. & a Cyrillo:

Cyril. Ephr.

Cyrillo. *Mater pulchritudinis* & a Sancto Ephrem. *Pulchritudo martyrum Sanctorum corona &c.* Valeat fabula, quæ nescio quam venustatis deam é concha in mari exortam fingit: *Nam Virgo,* vt loquitur Damascenus. *Est humanæ naturæ venustas &c Orta quidem de mari amaro,* inquit Ioannes Hierosl. *vt nebula illa Eliæ tamen sine aliqua amaritudine &c vt sit gratiarum pelagus,* vt ait Damascenus.

Damas. — Ioan. Hierosol. — Virgo gratiæ pelagus. — Damas.

Dixitque rursus; oro, vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens.

Versus 39.

1 Caiet.

QVia vt aduertit Caietanus Obijciebant nō nulli primum illud signum casu contigisse, vt plene satisfieret populo, alterum petit signum, scilicet, vt é contra sicco vellere, terra madefiat. Patres, qui mysterium spectabant per terram, & aream intelligunt gentes, quæ sicco vellere Gedeonis, idest Iudæorum, diuinæ gratiæ, ac fidei rore fæcundæ lætos infructus exuberarunt. *Nec otiose,* inquit Ambrosius & Augustinus, *Vellus non in campo posuit, nec in prato, sed in area, vbi messis est tritici eo quod per fidem Domini futura esset messis fæcunda virtutum &c.* Qui vero Gedeonis animum, literamque rimantur, Ita explicant: quasi voluerit Gedeon in hoc secundo signo mutata iam roris significatione, exprimere quantus sudor hostibus, quantus labor, & sanguis instaret: nullo enim sui velleris, idest populi: multo hostium sudore, ac sanguine campum, & aciem irrorandam, quemadmodum Poeta Æneidos lib. 8.

Iudæorū fides arida. — Ambros. August. — Vellus Gedeonis designat per fidem futuram fæcundā virtutum messem. — Virg. Æneid. 8.

Sparsi rorabāt sāguine vepres.

2 Iren. l. 3. c. 9.

D. Iren l. 3. ca. 9. vult per velleris siccitatem portendi futurā Iudæorū ariditatem ob quā nimirū vt interpretatur, fidei rore destituti flāmis tradendi erāt & cōburendi. *Quapropter,* addit, sugillans eos, *necessarius nobis est ros fidei, vt non cōburamur, neq; infructuosi efficiamur &c.* Iudæis quidē dū fidei ros inerat, flāma parcebat, vt pueris Babylonis quibus Angelus Domini *fecit mediū fornacis, quasi ventū roris flātē* Danielis capite 3. vt rubo illi, per quem spinosi Iudæi significabantur, qui ardebat, nō tamē cōburebatur Exod

Velleris sciccitas monstrat Iudæorū ariditatem igni aptā. — Iudæi fide Christi destituti comburēdi. — Iudæis dū fidem habebāt: parcebat flāma.

cap. 3. quia fidei rore virebat. Nunc vero illo carentes rore, ac siccos, quid mirum si flamma comburit; atque ideo Christus Dominus aridum vocat lignum, aptissimam flammæ concipiendæ materiam. *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet* Lucæ cap. 23 n. 31. Titus Bostrensis. *Quid ergo aliud restat, quam vt vos tanquam aridũ, & inutile lignum comburant &c.*

Luc. 23. 31.

Tit Bost.

3 Diuus Bernardus per aream genus humanum, per vellus intelligit Virginem, quam Deus, qui totũ, vt ipse ait, nos habere voluit, per Mariam, cælesti rore prius infudit vt per illã perennibus gratiarum imbribus terram, quæ sicca antea erat, imbueret vniuersam. *Cælesti*, ait, *rore aream rigaturus, totum vellus prius infudit: redempturus humanum genus pretium vniuersum contulit in Mariam &c.* Nam, vt alibi ait *quia indignus eras cui donaretur, datum est Mariæ, vt per illam acciperes quidquid haberes &c.* Inde illud Germani Patriarchæ: *Nullus est, qui saluus fiat, nisi per te ò Sanctissima, nullus est, qui liberetur a malis, nisi per te ò purissima. Nemo est cui donum cõcedatur, nisi per te ò castissima, nemo est, cuius misereatur gratia, nisi per te ò honestissima &c.* Atque eo tantum sensu, siccum vellus dici posset quia tanta illius est liberalitas, atque benignitas, vt quo plura beneficia in nos infundat, exsiccari quodã modo videatur, & exhauriri, & sic de illa suo modo dici potest id, quod Ambrosius; . de Virgine ait de Christo ad illa verba, caput meum plenum est rore Canticorum cap. 5. *Hoc caput rorat alijs, sibi abundat. & bene abundat Christi caput, qui plenus est semper, nec liberalitatibus exhauritur suis, aut diuturna deficit largitate &c.*

Bernard. Virgo vellus est quæ cælesti rore terram madefecit.

Omnia hominibus per Virginem

Germ. Pa

Id institutum.

Cant. 5.

Ambros.

4 Alij non contenti per vellus, & concham per terram quoque, & aream Virginem eandem adumbrari volũt, vt Antoninus 1. p. tom. 3. cap. 4. Aream vero vocant siue terram quia Cæli panem tulit iuxta. *Venite, comedite, panem meum*. Prou. capite 9 n 5. suum vocans, vel quia lactauit, ac nutriuit, quemadmodum loquitur Illeph. ex August. serm. 2. de Assũptione. *Lacta mater cibum nostrum, Lacta panẽ Cælestem; Lacta cibum Angelorum &c.* Vel quia nobis Cælestẽ panem coxit, vt loquitur Bern. ser. 2. Natal. *Felix mulier benedicta in mulieribus*

Antonin.

Prou. 9. 5

In Virgine cælesti panis coctus spiritui S. Igne.

Illeph.

Bern.

in

in cuius castis visceribus superue nienti igne sancti Spiritus coctus est panis iste &c. Vnde Cellēs Abbas cap: 21. & Diuus Epiphanius, *Clibanum intellectualem*, vocant, vel quia, vt ait Cretensis: *Ex fermento Adamicæ conspersionis panem factum in vtero gestauit &c.* Vel quia vt Epiphanius. *Ipsa est fidei mensa intellectualis, quæ vitæ panem nobis suppeditauit &c* Seu quia in mensa Eucharistiæ epulandum apposuit & quodammodo consecrauit in altari corporis sui. Vnde idem Epiphanius, *Virginē inquit, appello velut sacerdotem pariter, & altare, quæ quidem mensam ferens dedit nobis cœlestē panem in remissionem peccatorū &c.*

Celens. Ab. Epiph. Cretens. Epiph. Virgo Sacerdos dicitur, & altare.

5 Siue quod magis ad rē nostram, quia Cœli panem germinauit iuxta illud. *Aperiatur terra, & germinet saluatorem* Isaiæ. ca. 45. Guerricus de Annunciat. *Prorsus benedicta illa terra, quæ omnino intacta de solorore Cœli Saluatorem germinat, & mortalibus panem Angelorum, alimoniam vitæ æternæ ministrat &c.* cuius venter, vt diuinus ait sponsus, *Sicut aceruus tritici vallatus liliis*, Canticorum cap 7 nu. 3. *In eo enim* ait Ambrosius de inst. Virginis cap. 14. *Simul aceruus tritici, & floris gratia germinabat, quoniam Christum generabat granum tritici & lilium &c.* Nam, vt canit victorinus, *flos de spinis spina carens, flos spineti gloria, nos spineti, nos peccati spina sumus sed tu spinæ nescia &c.* & Bernardus *Eua spina fuit, Maria rosa extitit: Eua spina vulnerando, Maria rosa omnium affectus mulcendo. Eua spina infigens omnibus mortem. Maria rosa reddens salutiferam omnibus sortem &c.* vnde Augustinus *Pande sinus roseos, Virgo perpetua fides tua mundo, aut aperit Cœlum, aut claudit &c.* & Bernardus de Natiuitate Mariæ lilia vocat illius manus, ludens in illis verbis, *Qui pascitur inter lilia* Canticorum cap. 2. n. 16. *Ideo*, ait, *Modicum istud, quod offerre desideras, gratissimis illis, & omni acceptatione dignissimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam; nimirum candidissima quædam lilia sunt, nec causabitur ille liliorum amator inter lilia non inuentum quidquid illud sit, quod inter Mariæ manus inuenerit &c.* Ita hæc area siue aceruus tritici rosis, liliisque vallatur, quia è terra Virgine, & benedicta, in qua nulli tribuli & spinæ, *Sicut enim primus Adam* (inquit Andreas Apostolus apud SanctumDominicum) *fuit ex terra Virgine,*

Isai 45. Guerr. B Virgo cœlestē nobis panem germinauit. Cant. 7. 3. Ambr. Victor. Eua spina sed Virgo Rosa. Bern. August. Bernard. Virginis manus sūt lilia. Cant. 2. 16. B Mariæ conceptio pura. Andr.

na. & nunquam maledictæ formatus, ita decuit in 2. Adam fieri, id est in Christo, cuius terra, id est mater Virgo, nunquam fuit maledicta &c. Similia habet Tertullianus de carne Christi cap. 17. Alij terram paradisi vocãt, Damascenus *Etenim ait, ad hunc paradisum serpens aditum non habuit &c.* & Damianus. *Non est locus voluptatis nisi vterus Virginis &c.*

Tertul.

Damasc. B. Maria paradisus. Dam.

6 Diuus Bernardus sermone 2. de Pent. medium terræ appellat afferens illa verba. *Operatus est salutem in medio terræ* Psalmo 73. *In vtero scilicet Virginis Mariæ, qui mirabili proprietate terræ medium appellatur, ad illam enim, sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad rerum causam sicut ad negotium sæculorum respiciunt, & qui in Cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis &c.* Ita etiam explicat Anastasius Synaita Hexam. Secundo, & alij, qui Virginis vterum cum medio terræ, vel centro comparant, vel propter illius humilitatem, centrum enim ima pars mundi. *Maria vero,* vt ait Bernardus, *cum prima esset omnium se se nouissimam faciebat &c.* Vel

Ps. 73. B. Mariæ terræ centrum.

Anast.

Bern.

quia, vt ad centrum, ita ad Virginem omnia tendunt, & in illa conquiescunt: *Immo ipse spiritus Dei,* vt loquitur Anselmus, de excellentia Virginis capite 4. *Singulari gratia præ omnibus quæ creata sunt in ipsa requieuit &c.* Vel quia vt centrum terræ globum, ita mundum Virgo suis meritis sustentat, & fulcit, quod innuunt illa verba. *Quando appendebat fundamenta terræ cum eo eram cuncta componens.* Prouerbiorum capite 8. numero 29. vel propter gratiæ stabilitatem. *Hæc enim fœmina* ait Ille phonsus, *sanctificationis basis est &c.* Seu vt ait Bernardus citatus. *Prius altissimus sibi eã quasi mundum specialissimum cõdidit, quam in iustitia, & sanctitate coram ipso fundaret &c.* Aliter explicari possunt illa verba. *Operatus est salutem in medio terræ.* Vt quemadmodum primus homo positus dicitur in paradiso, vt operaretur terram: ita Deus operatus sit salutem in vtero Virginis. Nam vt quidã Patres apud Canisium lib. 3. cap. 13. loquũtur. Ipsa Virgo est mirificum aruum, ex quo cælestis agricola suam sine semine spicam eduxit; Hæc ex vellere Gedeonis paulo fusius, crassiusque prætexi;

Anselm. B. Maria spiritus Sancti centrum est.

Prou. 8. 29. B. Maria Mundus. Illeph. Bern.

Deus operatus est salutem in vtero Virginis.

Canis.

prætexi: quia Virginis in laudes: quas Hugo Cardinalis in psalmo 71 addu- cens hunc locum, inbet *militer, & subtiliter lanæ in morem nere, pectere, dilatare &c.*

Hugo.

CAPVT VII.

Igitur Ieroboal, qui, & Gedeon de nocte consurgens, & omnis populus cum eo &c.

Versus I.

Confirmatus cælestibus signis Gedeon ea ipsa nocte, vt hostem falleret, castralocat iuxta fontem Harad, idest terroris, ac pauoris, ita dictum ab euentu infra narrãdo. Quod vero de nocte surrexit hominis fuit diuinæ voluntatis imperio, immo signo, nutuiq; parentis. Notum exemplum Abrahami qui immolare filiũ iussus de nocte surrexit Gen. c. 2. n. 3. Hugo *Nõ expectat diẽ, sed statim mãdatũ Domini satagit adimplere &c.* *In tantum obediẽdi auidus*, inquit Ambrosius *vt attulisse nox moras studio festinantis patris videretur &c.* Ita & Abimelech Dei monentis, vt Sarã redderet, iussa facturus de nocte cõ surgit Gen. c. 20. n. 8. ne vel differret obediẽtiã: vel peccandi occasio domi ad lucẽ vsq; maneret, vt videri potest apud Chrys. & Lyran. Quod ideo laudabilius, quia nox auget obediendi difficultatem, quam voluit etiam experiri obediẽtissimus Dominus, eiusq; nutritius Ioseph: cũ cõsurgẽs *accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum* Mat. c. 2. n. 13. Emissenus Eusebius. *Huc fugit Christus, & in nocte fugit, vt fuga quæ per se difficilis est, noctis obscuritate difficilior fiat &c.*

Præterea de nocte cõsurgit Gedeõ, quippe strenuus ac prudẽs, quem dedecet vt Homerus ait totã dormire noctẽ, ac ne dormiẽs palmã quã quærebat, amitteret. Bene consurgit diluculo qui quærit bona ait Salomon Prouerbiorum capite 11. num. 27 Qui tamen idcirco sapientiam diuinitus acceptam amisit, quia illã accepit in somnis 3. Regum cap.

Margin notes: 1 · *Matth. 2.* · *Euseb.* · *Hugo.* · Obedientia festina sit. · *Ambros.* · 2 · Somnus parcus sit · *Gen. 20* · Peccandi occasio vitanda quãprimum. · *Prou. 11.*

Greg. Sapientia diuturna labore cō paratur.

cap. 3. num. 5. Diuus Gregorius 2. moralium cap. 2. *Hinc est ait quod Salomon, qui sapientiam non perseueraturus accepit in somnis hāc, & nocte accepisse describitur &c.* Ita Rupertus & Eucher. Et anima illa quæ in lectulo suo quæsiuit, quem diligeret non inuenit Canticorum cap. 3 n. 1. Ambrosius. *Quia fortasse in cubili quæsiuit, sed postquam surrexit, & abijt &c.* Surgit ergo Gedeon, ne victoriam à Deo promissam per somnū amittat. Deinde, quia somnus dedecet milites, maxime Christianos, quos Diuus Paulus vocat filios lucis, & filios diei: non noctis, ac tenebrarum 1. ad Tessal cap. 5. numero 5. de quibus Christus Dominus. *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes* Lucæ cap. 12. Clemens Alexandrinus 2. Pedag. cap. 9 *Beati enim, qui in ipsum vigilarunt se ipsos assimulantes Angelis, quos nos egrigorotes, vocamus, idest vigilantes &c.* Sumptum ex Daniele capi. 4. n. 14. vbi Angeli dicuntur vigiles: *Quia semper,* inquit Hieronymus. *Vigilant, & ad Dei imperium sunt parati; vnde & nos crebris pernoctationibus imitamur. Angelorū officia &c* & ideo concludit idem Clemens, *Deum mente semper versans per continuam cōsuetudinem corpori vigiliam inferens exæquat hominem Angelicæ gratiæ vitæ æternitatem ex meditatione vigiliæ suscipiens &c.* Ideo etiam Iacob vt ait Chrisostomus homilia 22 ad populum, *lapidem ad caput sibi posuit dormiens, vt facilius vigilaret: vnde scalam vidit ad cælos vsque pertingentem &c.* vt vigil vigiles Angelorum imitaretur excubias.

Rupert. Eucher.

Ambros. Deus in molli non inuenitur.

Somnus prolixus dedecet Christianos.

Luc. 12. Clem Ale. Vigilantes Angelis similes.

Hieron. Angelorū obediētia

Clem.

Vigilantes velut immortales.

Chrysost.

3

Idem tamen est de nocte, quod diluculo seu de mane consurgere vt legunt Septuaginta, & frequentissimum est in scriptura pro eo quod est mature, & summa cum dil gentia quidpiā facere, vt videri potest apud Riberam ad illa verba: *In tribulatione sua mane consurgent ad me* Oseæ cap 6. num, 1. Addit Deus ad Gedeonē num. 2.

Ose. 6. 1.

Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius.

Versus 2.

1

Gedeoni se se adiunxerant 32. millia hominū qui tamen si cum Madiani

tarum

parum exercitu, in quo 135 millia comparentur, paucissimi erant. Cur ergo Deus Gedeonis populum multum vocat? An quia multi in eo impij, paucissimi vero boni? Ita aliqui infra citandi. Plerumque enim multitudo malorum est, bonorũ paucitas. Inde pauci pro iustis sæpe ponuntur. *Habes pauca nomina in Sardis, quæ non inquinauerunt vestimenta sua.* Apocalypsis cap. 3. num 4 nomina, idest nominales, quia bonos, vt explicat Hugo: nam mali sine nomine, sine honore sunt, atque indigni, qui nominentur. Vel nomina dixit primarios quosdã, ac principes, quibus pauci reperiuntur boni; *Quia* vt ait idem Hugo, *pauci in principatu constituti sunt in statu salutis &c*, Eodem sensu explicandum illud. *Domine à paucis de terra diuide eos*, Psalmo 16 n. 14. idest *à iustis*, vt interpretatur Chaldæus siue vt est in Hebræo. *A mortuis mundo: quia vere mortui mũdo pauci sunt respectu a maiorũ mundi* vt ait Bellarminus, siue quia pauci Dei nomine potiuntur, vel vt loquitur Chaldæus, *deuouent animas in mortem &c*. Vnde in Apocalipsi 7. e singulis tribubus 12. tantum millia, idest ci præ reliqua multitudine signãtur in frontibus, *Qui nimirum* vt explicat Ribera *inter minas, & cædes Antichristi, & ministrorum eius non erubescent crucem, & Christum confiteri &c*. Ita etiam accipiendum illud. *De negligentia tua purga te cum paucis* Ecclesiastici ca 7. nu. 34. idest, vt explicat Carthusianus. *De peccatis per orationes, & oblationes te munda, quod faciunt pauci &c*. Et apud Poetam Æneidos lib. 6

Pauci quos æquus amauit Iupiter.

E contra *stultorum infinitus est numerus* Ecclesiastici cap 1. num. 15. *Multigena impiorum multitudo* Sapientiæ c. 4 n. 3. *Congeries mortuorũ* Iob. 21 idest malorum, vt explicat Diuus Gregorius. Qui ideo multiplicati dicuntur super arenam. *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur* Psalmo 18. Albinus, illud, dinumerabo, exponit de iustis, quorum sit numerabilis, idest, numero digna multitudo, seu quia numerabiles quemadmodũ poeta populum exiguum numeralem dixit. Per illud vero, super arenam multiplicabuntur, intelligit malos, quorum congeries instar arenæ sine numero sit, idest indigna, quæ numeretur. Affert

Iusti præ malis pauci. Apoc. 3. Peccatores sine nomine. Hugo. Dignitates periculosæ. Psalm. 16 Mortificati paucissimi. Cardin. Bellarm. Riber. Eccles. 7. Carth. Iusti rarissimi, Virg. 2 Eccles. 1. Impij pro pe infiniti Sap. 4. Gregor. Albinus. Mali numerati indigni, iusti Deo innumerato sunt.

Gen. 15.

Affertque illud Dei ad Abraham. *Numera stellas, si potes; sic erit semen tuum.* Geneseos cap. 15. n. 5. *Et faciam semen tuum sicut puluerem terræ.* Geneseos cap. 13. n. 16. Vbi Sancti comparantur stellis, quas Deus innumerato habet: *Numerat* enim *multitudinem stellarum* Psalm. 146. nu. 4 pulueri vero peccatores numero, & honore caretes: id, quod etiam Rupertus docuit lib. 5. in Genesi c. 10 *Bene,* inquit, *pulueri terræ comparati sunt, quem dinumerare nobis quidem impossibile, Deo autẽ iudicetur superfluum, apud quem soli electi noti sũt &c.* Hinc est illud Diui Bernardi conquerentis de Ecclesiastico ordine, in quo plus numeri, quam meriti, afferentis verba illa Isaiæ cap. 9 n. 3. *Dum nihil minus apparet decessisse meriti, quam numeri accessisse &c.* Dices etiam Deus respicit multitudinem, *Et ego,* inquit *non parcam Niniui ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam 120. millia* Ion c. 4. n. 11. Respõdet Chrys. in 2. ad Cor ho. 2. *Nẽpe quia nõ multitudo solũ erat, sed multitudo virtute prædita: nã tũ deniq; viribus pollet multitudo, cũ virtus etiã accedit &c*

Psal. 146

Rupert.

Bern. Ecclesiastici plures numero quam meritis.

Ion. 4. Chris.

Turba iustorum gratior Deo.

3 Gloriam sibi tribui vult Deus

Sed germanam causam, cur Deo displicuerit multitudo ista, reddit ipse verbis sequentibus. *Ne glorietur contra me Israel, & dicat viribus meis liberatus sum.* Saluianus lib. de prouidentia Dei l. 7. *Gedeon,* inquit, *vetatur multos ad bellum ducere, ne multitudo sibi possit aliquid de victoria vendicare &c.* Affertque exemplum Benadad regis Syriæ cui cũ essent innumera populi sui millia & 32 reges, tamen a paucis pedissequis principum prouinciarum superatus est 3. Regum cap 20. n. 14. *Ita si quando euidenter intelligi Deus voluit magna opera a se patrari, aut per paucos aut per infimos acta res est, ne opus Cælestis dexteræ virtuti assignaretur humanæ &c.* Nulla quidem ratione gloriari poterant Israelitæ, etsi triginta illa duo millia pugnãdo vicissent Deus tamen omnem arrogantiæ accusationem præcidit. Adeo homines gloriæ appetentes, vt vel id, quod diuinis tantũ viribus fieri potest, suis attribuant. Adeo superbiam omnem Deus detestatur, vt ne minimam quidem inaniter gloriandi ansam superesse velit. Idcirco Salomoni per somnium postulanti sapientiam dedit 3. Reg. c. 3. non vero vigilanti, vt nihil sibi tribuendũ, quippe somnianti, existimaret, sed totũ

Saluian.

Saluian.

Infirma eligit Deus vt confundat fortia

Superbia Deo odibilis.

Superbia occasionẽ adimit Deus.

Deo

Deo per somnium loquenti atque erudienti, vt videre licet apud Abulensem 2. Paralip. cap 1 q. 18. ex quo Pineda lib 3. cap 8. n. 8. *Ideo permisit Deus vt praepositus pincernarum obliuisceretur Ioseph, qui somnium illius interpretans orauerat tantum, vt sui apud Pharaonem meminisset* Geneseos cap 40. ne felicitas, & gloria, quae Iosephũ consequuta est, ipsius industriae, aut viribus adscriberetur humanis. *Ea de causa*, inquit Philo, *Deo visum est iuuenem non humana, sed diuina ope ad felicitatem provehi &c.* Ideo Eliseus Iordanis aquas prima vice nõ diuisit 4. Regum ca. 2. n. 14. Ne superbiendi, aut gloriãdi nasceretur occasio, vt videri potest apud Abulensem q. 28. Alia exempla supra attulimus.

Abul. 2. Paral. Pined. l. 3

Gloria Deo adscribenda. Phil.

4. Reg. 2.

4 Ille vero hebraismus (*Ne glorietur contra me Israel*) indicare videtur eum, qui superbit, ac inaniter gloriatur vim quãdam inferre, & eũ Deo quodammodo belligerari Idem Saluianus. *Audiãt hac spem suam in homine ponentes: loqui vniuersos aduersus se Deus dicit, qui liberari viribus suis posse praesumunt &c. Caeteri peccatores quasi latent, & fugiunt*, inquit Hugo, *solus superbus se ipsum eleuat contra Deum &c.*

Saluian.

Superbi in Deum rebelles.

Hugo.

Merito, vt dicat Iacobus, *Deus superbis resistit* quae sumpsit ex Prouerbio c. 3. n. 34. iuxta septuaginta idest, vt aliqui explicant, procul a se facit assistere iuxta Psal. m. 137. n. 6. *Alta a longe cognoscit.* Vbi Augustinus. *Hoc sibi praestat superbus. vt a longe videatur, non vt nõ videatur &c.* Vt enim quae a longe videtur, quantumuis magna, & alta, tamen minima apparet ita superbi quo magis intumescunt & extolluntur, eo minores sunt in oculis Dei qui alta a longe cognoscit. Sed obstat significatio verbi (*Resisto*) quod vim vi propulsãtis est, vt explicat Chaldaeus. *Superbos de caelo longe propellit.* Quod proprium est diuini brachij, eos qui superbiunt vmbone, seu clypeo repellentis, ac dispergentis Vnde Deus ad Iob. *Si habes brachium sicut Deus, disperge superbos* cap. 40. n. 6. Vbi dispergendi verbum bellicum est, significans Deum pugnantem aduersus superbũ, *qui*, vt loquitur ipse Iob *tetẽdit aduersus Deũ manum suam, & contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est*, cap. 15. n. 15. quia videlicet gloria sua Deum spoliare contendit.

Psal. 137

August.

Superbi minimi in oculis Dei

Iob.

Iob. 15.

Superbi. Deum sua gloria spoliare contendunt.

Loquere

Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: qui formidolosus & timidus est, reuertatur.

Versus 3.

1 VT populi multitudo minueretur, seruari iussit Deus solemnem illam timidos ante prælium demittendi formulam, quæ habetur Deuteronomio ca. 20. Vbi quatuor hominum generibus libera datur domum e bello reuertendi facultas: primo ei, *Qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam.* In Hebræo. *Non initiauit*, seu, *habitare incepit.* Hic Deo non probatur, quia figuram gerit illius, qui domum in terris ædificat Cælestis illius, atque æternum mansuræ immemor, seu vt ait Cyrillus, *qui præsentem vitam incolatum putare non sustinet &c.* secundo ei, qui plantauit vineam ne dum fecit eam esse communem anno videlicet a plantatione 5. nam, vt constat ex Leuitico cap. 19. tribus primis annis comedere non licebat fructus, & poma, quantumuis tunc grandiora plerumque sint, & suauiora Deo per ista docente superfluitatem homini resecandam, & salubriora, non suauiora quærenda. Quarto anno offerebatur Deo, Leuitis, & pauperibus, vt Hugo notat: Deo volente, vt sacerdotū, & pauperum essent primi fructus quo feliciores in posterum reliqui prouenirent. Quinto demum anno ijs communiter vti ac vesci fas erat, id que vocabant arborem, seu vineam cōmunem facere. Tertio ei qui vxorem desponderat, nec dū acceperat. Hi omnes recedere iubentur ex bello, ne forte ibi moriantur, & alij eorum domos, vineas, vxoresque accipiant. Ita Deus clementissimus, & bono victoriæ, & infirmitati, atque affectibus consulebat humanis, *Quia*, vt ait Abulensis, *populus ille rudis a maximis & licitis delectationibus arcendus non erat &c.*

Deut. 2.

Terrenos Deus reprobat.

Cyril.

Leuit. 19.

Odit Dominus in homine superfluitatem.

Eleemosina fruges fæcundat.

Quo anno fructus vesci liceret.

Abul. A licitis recreationibus Deus homines non prohibet.

2 Huius missionis causæ plures afferuntur. Prima est quia in dictis operibus, ædificandi scilicet, & plantandi magnus ponitur labor, & per consequens, ait Lyranus, *ad talia homo qui laborauit multum afficitur, & ideo magis timet mori antequam aliquē fructum tanti laboris consecutus fuerit*

Lyran. Sui fructus laboris quisque diligit.

rit &c. Itaque volebat Deus vt nec labore suo fraudaretur, nec acerbius moreretur, frustrato desiderij sui euentu: nam rerum temporalium affectus mortem magis acerbat: qui vero nullo earum desiderio, vel amore captus est iucundius moritur. Secunda vt otij, atque ignauiæ occasio tolleretur, præcisa spe otiosis, atque inertibus in morientiũ bona inuadendi, seu succedendi Ita Philo 1. de Fortitudine. *Ne quis otiosus fruatur alienis laboribus: iniquum enim visum est non permitti e proprijs fructum percipere, & ex consitis ab alio vitibus alium vindemiã facere &c.* Præbet etiam aliã causam Ne, inquit, *præsentes corpore in exercitu absint animo necesse est enim mentem illo tendere, quo desiderio trahitur &c.* & infra. *Vt quamuis versentur inter socios, meliori tamen sui parte adsint animo, quo solo res fortiter haud secus geritur &c.* Tertia quia magni infortunij loco habebatur, si quis laboraret & alius in labores eius introiret, quæ ratio a Deo exprimitur. Tandem quia qui ad huiusmodi res afficiuntur imbelles sunt, atque effeminati, neq. bello, neque rebus magnis aggrediendis idonei: quod de auaris supra vidimus. Aliæ rationes tropolog. videri possunt apud Cyrillum l. de fortitudine, quæ in Christo est.

Iucũde decedit, qui humanarũ rer. desiderio nõ tenetur.

Otiositatis causas adimit Deus.

Philo.

Iniquum est alienis laboribus ali.

Diuites imbelles. & efxmi-nati.

Cyril. l. de fortitud.

Tertio loco recedere permittuntur ex bello, qui desponderant vxores. *Hi enim*, vt ait Cyrillus *magis timent mori, ideoque magis imbelles sũt ac minus possunt maxime in militia spirituali in qua is, qui vxorem duxit tanquam infirmior, & ignauior ait Non possum venire* Lucæ cap. 14. n. 20. Immo & in militia temporali cum castitas, & virginitas vires, & robur augeant vt videre licet in Iacob adolescente, qui solus amouit ex ore putei Genesecos cap. 19. n. 3. pergrandem lapidem, quem plures amouere vix poterant: nam vt ibi loquitur Author cathenæ, *lapidis reuolutio multorum opus erat, quod nunc vnus Iacob solus exequitur auxilio diuino suffultus, & robore naturali, ob castitatis vigorem donatus &c.* Quemadmodum, & Asael qui præter inclytam fortitudinem dicitur etiam fuisse cursor velocissimus 2. Regum cap. 2. n. 18. de quo Bachiarius in Epistola ad Ianuarium. Velox sicut Ceruus a scriptura esse perhibetur, *ob hoc credo, quod in coinquinati corporis*

3 Vir vxoratus bello non est idoneus.

Cyril.

Luc. 14. n. 2.

Castitas Domini vires sufficit.

Author Catenæ.

Asael velocissimus cursor.

2. Regum. Ba. hiar.

Caſtitas velocitatis cauſſa.

ris puritas donum ei velocitatis indulſerat &c. Proptereaque Abraham in celebri illa victoria de quatuor regibus reportanda tantum eduxit in aciem expeditos vernaculos ſuos 316. Geneſeos 14. vbi Rabba. *Expeditos dixit iuuenes ad bellum promptos, & qui non fuerant vxorati &c.* Quaſi non potuerit Abraham tantam comparare victoriam, niſi ope caſtitatis adiutus, vt ibi impuri reges ſodomorũ, & Gomorræ tãquã ignauiſſimi terga verterũt, ac ceciderũt: vbi caſta paucorũ caſtra de quinque Regibus triũpharent. Hinc veniet in mentẽ conjectare tercentos illos qui cum Gedeone vt mox videbimus Madianitarũ aciem profligarunt, ſimiles fuiſſe militibus Abraham, ideſt expeditos, nõ vxoratos, vel ſaltem non vxorios. Nam cum Gedeon demitti iuſſerit omnes illos, qui rei domeſticæ, ſiue vxorum, quas acceperãt amore, ac deſiderio tenebantur, ſatis datur intelligi tercẽtos iſtos, qui remanſerunt, aut vxores nõ dũ accepiſſe, aut nullo earũ deſiderio retardatos quominus expediti ad bellũ atq; victoriam redderentur; vt hic etiam de infinita barbarorum multitudine animosa caſtitas triumpharet. Qua Iudith. obarmata Aſſiriorum exercitũ, truncato illius duce, diſsipauit, quæ vt loquitur Peluſ. Epiſ. 81. *Pro caſtitatis præmio hoc a Deo accepit, vt tyranno necem afferret &c.* Impuri e contra timidi, atq; fugaces, vt videre eſt in Dauid poſt peccatũ de quo Chryſoſt. in Pſ. 3 *Fugiebat filiũ ſuũ Dauid, quoniã caſtitatem fugerat*, vt alibi adnotauimus.

Abraham ſibi victoriam parit caſtitatis ope.

Qui Gedeoni militabãt, coacti vxores demittere, quomodo victoriam præſumerent.

Peluſ. Epiſt. 81.

Caſtitate armatus hoſtes occidit.

Chryſoſt. in pſ. 3.

Deficitur animo qui a caſtitate deficit.

4

Quarto tãdẽ loco miſsio datur formidoloſo cuiq; ac timido, ne pauere faciat corda fratrũ ſuorũ, ſicut *ipſe timore perterritus eſt*, vt dicitur Deut. c. 20. n 8. nã vt ait Cyril. citat. *Qui metu facile vincitur is etiã fortem interdũ ac magni animi virũ ad ignauiam pertrahit &c.* Seu vt Lyran, *quia pauci pauidi faciunt alios timere &c.* Id quod Cyril. cõfirmat exẽplo filiorũ Iſrael qui paucorũ, qui terram promiſsionis exploratum ierãt, metu ſũt exanimati. Num. ca. 14. n. 1. *Num igitur* cõcludit Cyril. *eſt ambiguũ, quin homo timidus, & laboris impatiens, & modicæ fidei ſecũ etiam cæteros perdat, quos corrũpit malis colloquijs &c.* Hos igitur vltimo loco poſuit legislator, quia maioris id criminis erat, atque

Deut. ca. 20.

Cyril.

Lyran.

Vnius ignauia, plures reddit imbelles.

Cyril.

Orig.hom 9.

q; dedecoris: vnde Origin: hic hom. 9. ad ſpirituale mi litiā trahēs· *Vis*, inquit, *videre quanti criminis ſit timidus, & formidoloſus. In Apoc. c. 19. vbi numerantur ij, qui in ſtagnum ignis mittendi ſunt, ibi ante omnes timidos, & formidoloſos ponit, cū quibus infideles, & fornicatores deputat: ſic inter ingentia, & neſāda crimina timoris, & formidinis crimen ponitur &c.*

Timidus cum infido, & impuro reputatur.

5 Horum igitur tātū meminit Deus, ſeu interpres in hoc loco, vel breuitatis cauſa, vel quia formidoloſorū nomine cōprehēdūtur omnes illi, qui Deut. ca. 20. exprimūtur. *Nam*, vt ait Cyril. citat. *qui in terrenis rebus hæret, & domos ædificat, & plantat vineas, & carnis voluptatibus vincitur, omnino formidoloſus erit, & imbellis &c.* Hæc eadem hominū genera, vt ait Hugo, & Cyril; arcentur a Chriſtiana militia, quā Chriſtus alio nomine cænā vocat, ad quā inuitati eadem iſta prætexūt. *Villam emi &c.* Luc. ca. 14. vbi Salm. tom. 7. tractatu 13 aduertit in his omnibus excuſationibus nihil adduci, quod ſit per ſe malum ſed honeſta tantum, & licita exercitia; *Quia homines immoderato affectu ea diligēdo, & Cæleſtibus bonis præferendo impedimenta ad vitam æternam ſibi conſtituunt &c.* Ita nō tā effectus quā affectus damnātur in vtraq; militia vt docet Auguſt. in Deut. q. 31. & Procop. Quæres tādē, cur Deus ad bellū proficiſci voluerit eos, quos domum ex itinere remiſſuros ſtatim erat. Nō diſplicet reſpōſio Oleaſt. *Vult Dominus, vt quantūcumq; debilis, & pauidus ſis, opera tamen virtutis aggrediaris: alij te reducent: tu vero ad magna te accinge &c.* Tui ſit ad prælium conari: Dei ducis erit trepidātē a prælio reuocare id quod Dei nomine præſtat hic Gedeon, fecitq; Iudas. 1. Machabeorum ca. 3.

Cyril.

Diuitiarū cupidus imbellis eſt.

Hugo. Cyril.

Luc. c. 14: Salm.

Auguſt. Proc.

Oleaſt:

Omnes quantunuis debiles ad opera virtutis conentur.

1. Macha. c. 3.

Et reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum, & tātum decem millia remanſerunt.

Verſus 3.

6

ILli 1. impetu alacres in medio curſu defecerunt hos neque rei domeſticæ deſiderium, neq; multitudinis reuertentis exemplum a pugna deterruit: poterāt quidē honeſtā formidinis ſuæ cauſam obtendere, qui maioris

1

maioris partis vestigia sequerentur; sed vera virtus, relicta plurimorum via paucorum semita init. Id, quod Chrysostomus homilia 4. ad populum confirmat exẽplo trium puerorum, qui noluerunt adorare statuam auream, quam tamen cadẽtes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt Daniel cap 3. *Mirabile est*, inquit, *quod cadentium multitudo ipsos non terruit, non intrase aliquid dixerunt, quod multi dicere consueuerunt: si primi nos imaginem adorassemus, id peccatum fuisset, si vero cum tot millibus hoc facimus, quis veniam non dabit &c.* Idem homilia 27. in Epistola ad Hebræos ostendit exẽplo Rahab, quæ cũ omnes perijssent, sola fuit salua Iosue cap. 6. n. 17 *Non dixit*, inquit *apud se, ero cum multis qui sunt mei; non dixit; Ego non possũ esse prudentior his viris intelligentibus, qui non credunt, & ego credo, nihil huiusmodi &c.* Alibi eandem in sententiam adducit exemplum Samaritani curantis hominem semiuiuum, quem sacerdos, Leuita, & alij præterierant. Lucæ cap. 10. *Neque enim dixit. Cur ego solus faciam id, quod nec sacerdotes quidem, ac leuita faciunt. &c* Itaque semper virtus pluribus relictis, paucioribus hæret, vt Abraham, qui cum diuisus esset a Loth. & socijs eius inquit Rupertus lib. 5. in Genesi cap. 9. *In paucis eorum fuit Abraham habitans inter Bethel, & Hai: in plerisque autem fuit Loth. habitans in Sodomis, quia scilicet pauci perseueranter coluerunt Deum &c.* Ideoq; Isaac Geneseos cap. 35. appositus dicitur ad genus suum iuxta Septuaginta, non vero ad populũ suum: vt de alijs cum moriuntur frequenter loquitur scriptura. quia vt ait Ambrosius citatus cap. 2. de Paradiso; *Iste non tam præstantes præstantior autem qui paucorum similis fuerit, & non plurimorum &c*

Virtutis semita paucorum est.

Chrysost. hom. 4.

Dan. c. 3.

Non minuitur peccatum societate multorũ.

Chrysost hom. 27.

Iosue c. 6.

Luc. c. 10

Rupert l. 5.

Genes. 35.

Ambr.

Optimus est qui paucorum similis est.

Qui lingua lambeuint aquas sicut solent canes lambere, separabis seorsum.

Versus 5. & 6.

1 PRæcepit Dei nomine Gedeon militibus qui supererant decem millibus vt omnes e fonte biberint, addens velle Deum huiusmodi signo discernere pugnaturos. igitur alij flexis genibus ad fontem procumbere, & longo haustu auidissime

Ioſeph. ſime irrigari: erat enim meridies Authore Ioſepho, & ſolis ardor ſitim accẽderat: alij ſtantes cauis manibus aquam ſumere, & more canum carptim lambere, ſicut trecenti, quos tantum probauit Deus, cæteris demitti iuſsis. Quænam tanti diſcriminis cauſa, an vt cõmendaretur obedientia. Aug. Ita ſignificat Auguſtinus q. 37. (*Præceptũ*) inquit (*fuerat, vt hoc facerent &c*) nimirum, vt non, niſi ſtando biberẽt, qui vero contra præceptũ procubuerant, ideo reprobati, vt palã fieret eos victoriã cõparare nõ poſſe, qui obedire neſcirẽt: cũ obediẽs loquetur victorias vt dicitur Prou 21. Prou. 21. Hæc ſententia ideo minus probatur, quia non ſatis exprimitur ab Auguſtino, licet eam Serarius ipſi tribuat.

Qui non ſcit obedire victorias nõ loquitur.

2 Hebræi apud Lyranum tradunt eos qui curuatis genibus biberant, ideo exautoratos qui aſſueti curuare genua coram idolis. Vnde Brixianus. Brixian. *Voluit inquit Dominus ſolos iuſtos viros habere in hoc prælio &c*. Quomodo enim vincerẽt ij, a quibus Dominus exercituum non ſtabat addit Orig. hom. 7. Orig. hom 7. *Ideo hos trecentos more canum dictos bibere, quia hoc animal ſuper cætera animalia mortem dicitur proprij Domini ſeruare, nec tempore, nec iniurijs obliterari in eo ſeruitur affectus &c*. Quaſi vero ideo electi, quia maiori erga Deum, ac Dominum amore fuerint: quemadmodum Abrahamum dixit Chryſoſtomus Chryſoſt. *trecentos illos vernaculos elegiſſe vt vltionem ſponte, & bene uole facerent, vtpote ſerui pro Domino certantes &c*. Neq; enim poterat periclitari victoria, vbi charitatis viribus pugnabatur.

Inimicus Dei ſuos vincere nõ poteſt.

Vbi eſt charitas, non periclitatur victoria.

3 Alij exiſtimant Deum id egiſſe, ne Iſraelitæ poſſẽt cõtra ipſum gloriari, vt ſupra ait, victoriãq; ſibi tribuere, atq; adeo ad fõtẽ adduxiſſe, vt *Gedeon eos qui inclinati biberent*, vt loquitur Ioſephus, Ioſeph. *magnanimos exiſtimaret: qui vero cũ feſtinatione turbate biberẽt eos crederet hoſtiũ formidine detineri &c*. vnde Theod. q. 15 Theod. q. 15. *Eos ſolos vt ignauos & ſocordes iuſsit in hoſtes irruere, vt omnibus proſpectũ eſſet auxiliũ diuinũ &c*. Ita etiã alij apud Proc. qui addũt *Hac ratione deuinctũ dæmonum exercitum opera inermium Apoſtolorum, quapropter dicuntur ancillæ* Prouerbiorum cap. 9. numero. 3. Prou. 9. 3 vbi Caiet. *Deſcribuntur ſapientiæ diuinæ nuntij ſub ſpecie puellarum, eo quod per inermes inuitat, & non per arma, cogit &c*.

Vult Deus vt ſibi tribuatur victoria.

Deus cum ignauis vincit.

4

Lyra.

Alij è contra in quibus Lyranus totum id forti tu dini tribuunt, ac temperan tiæ, quasi tercenti isti stata rio illo bibendi modo, non molles, ac delicatulos, sed fortes, atque magnanimos sese ostēderint, quippe qui in tanto labore, ac siti ne paululum quidem quietis aut voluptatis sibi indulgere voluerint cum biberent non prono, ac resoluto hu mi corpore, quod facilius, & minore labore fieret, vt loquitur Augustinus, sed in tegro, & erecto; non quasi ad satiandum ventrem, vt ait Abulensis q. 10. sed ad irrorandum &c. Vt qui pau ciore egerent cibo ac potu vt ipse loquitur, vt qui necessitati obiter satisfacerēt, non voluptati. Blesensis Epistol. 9; *Intercentis* inquit *facta est liberatio populi, quos non crediderim inter delicatiores epulas, & exquisita conuiuia didicisse aquam bibere; quos ideo prælegit Dominus, quia necessitati satisfecerunt in humilitate natu ræ &c.* Sic etiam Origenes, & alij. Itaque signum erat, illos, qui voluptatem superarent facilius hostes superaturos: neque enim maior de hoste, quam de suo voluptate victoria: sit exemplo David cū tribus illis fortibus viris, qui aquam desideratā per medios hostes contempta morte attulerant, non bibendo fortiorem se præbuit: illi enim hostes, & extremum vitæ periculum, ipse oblatam vicit voluptatē; & vt ait Ambrosius 1. Apol cap. 7. & Angelhomus citatus in ordinaria. *Exemplum præbuit militibus suis fortitudi nis, & constantiæ, vicit naturam vt sitiens non biberet, vt suo exēplo omnis exercitus tolerare sitim disceret &c.*

Eligit Deus qui necessitati non voluptati satis faciunt.

Blesens.

Orig.

Maior est de voluptatē propria, quam de hoste victoria.

Ambros.

Necessarium principis exemplum.

5

Huc allusisse videtur idē David, cum ait. *De torrente in via bibet* Psalmo 109. non quo sensu Caluinus apud Maldonatum, qui hæc de David interpretans, ait, idem esse de torrente in via bibere, atque strenuum militem esse, vt milites Gedeonis, sed quo sensu Patres cōmuniter interpretantur de Christo Domino, qui in torrentem huius vitæ descendit vt biberet, non ad refrigerationem, & delectationem, vt explicat Bellarminus. Ita enim parce, ac duriter vixit, vt de rebus etiam ad vitam necessarijs tenuē tantum vsum libauerit, non voluptatem, aut delicias vnde inquit Clemens Alexandrinus 2. Pædag. capite 3. *Et a Samaritana potum petijt.*

Ps. 109.

Belarm.

Non quærendæ deliciæ in cibo, vel potu.

Clemens Alex.

petit quæ aquã vase fictili hauriebat de puteo aurum regale non requirens, sitim autem docens facile extinguere; scopum enim constituebat vsum non nimium, & inutilem magnificentiam &c. Contra eos, qui, vt ipse ait. capite primo. *Nondum didicerunt Deum parasse suo opificio, homini inquam cibum, & potum, vt conseruetur, non vt voluptate afficiatur &c.*

6 Idem igitur Christo Domino fuit in via bibere, atque militibus Gedeonis in transcursu fontem attingere: vt appareat diuini, ac generosi animi esse in rebus humanis, & aquarum more fluentibus non immorari, sed pertransire instar Moysis qui per nuncios ad regem Edom: *Obsecramus*, inquit, *vt nobis transire liceat per terram tuam, non ibimus per agros &c.* Numerorum capite 20. numero 17. Philo in libro. Quod Deus sit immutabilis. *ò promissionem generosam, & magnificam. Itane obsecro superare, transcurrere quidquid in terra bonum censetur, posteritis? nihil ne vestram properationem remorari poterit? &c.* Et infra. *Olympicæ, cælestisque animæ sunt hæc tam ingentia facinora, quæ regione terrestri iam relicta ad diuinarum naturarũ sub ducta est consuetudinem &c.*

Generosi hominis est in humanis rebus nõ immorari.

Num. 20. 17. Phil.

Propterea Deus voluit, vt anno iubilæi omnes agri, & prædia coempta ad priorem Dominum qui ea vendiderat sine pretio redirent Leuitici capite 25. ne humanis rebus homines tanquã proprijs atque perpetuis, sed tanquam alienis, tanquam fugacibus, ac mutabilibus vterentur. Idem Philo de Cherubim. *Per quæ omnia liquere satis puto, nos alienis vti possessionibus nec gloriam possidendo, nec diuitias, nec honores, nec imperia nec aliud quidquam vel corpori, vel animæ proprium, immo nec vitam quidem: vsum fructum habemus solum &c.* Inde Diuus Paulus monet vt *qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur* prima ad Corinthios capite 7. numero 31. In Græco: *Tanquam non abutentes*: Mundo enim vti, illius vsui tenaciter, ac firmiter adhærere, abuti est. nam mundo fluxo atque fugienti solum fluxe, & quasi obiter vtendum est. Propterea addit Diuus Paulus, *Præterit enim figura huius mundi.* vbi Diuus Anselmus *In cassum cor quasi manantem figitur, dum fugit ipse quem amatis &c.* vide Cornelium.

Leuit. 25. Diuitijs vtantur homines tanquam alienis.

philo de Cher.

Idem institutum.

i. Corint. 7. 31.

Res humanæ instar figuræ sunt.

D. Ansel.

Quæres tãdẽ, cur Deus huiusmodi signo vti voluerit,

 non

non vero iusserit Gedeoni, Vt suo ipse arbitratu tercentos qui aptiores bello viderentur eligeret? Respondet Abulensis q. 11. *Deum id egisse ad tollendas contentiones, atque desidias, nam si alij alijs præferrentur, quæ turbæ, qui tumultus excitarentur. Maius sane esset Gedeoni cum suo milite, quã cum hoste dissidium. Ideo ergo Deus causam illorum, qui præferendi erant suo, non vero Gedeonis iuditio seruat, indicans non esse humani iuditij alterum alteri anteponere: vt vidimus in electione* Matthiæ Actorum capite 1. vbi Apostoli statuerunt duos ex quibus alterum Deus eligeret: nam vt ibi ait Interlinealis. *Alterum præferre alteri non hominis erat, sed Dei &c.* Vbi igitur biberunt omnes, ait Dominus ad Gedeonem.

Abul. q. 11. Discordiæ occasio tollenda.

Humani iudicij nõ est alterũ alteri præponere, sed diuini. Actor.

Interl.

In tercentis viris, qui biberunt aquas liberaliter cos.

Versus 7.

1 Pauci obedientes, ac sobrij plures sunt apud Deũ.

ITaque tercentos istos, siue quia fideles iusti, siue quia obedientes ac prompti, siue quia temperantes ac sobrij erant iuxta sententias supra adductas elegit Deus significans plures, ac plures apud se esse paucos iustos obedientes, ac sobrios, quam infinitam aliorum multitudinem *Ignoras,* inquit, Nazianzenus oratione 32. *tres in nomine Domini congregatos multis diuinitatem abiurantibus plures apud Deum censeri. An tercentos illos qui cum Gedeone forti animo lamberunt tot hominum millibus pedem referentibus inferiores esse contendes &c.* Vide cætera exempla quæ eleganter prosequitur.

Nazian. orat. 32.

Pauci in Dei nomine congregati, vt plures a Deo censentur.

2 Attingitur hic obiter allegoria non infrequens Sanctis Patribus mysterium crucis agnoscentibus in hoc tercentorum numero, qui per literam, Tau, T, significari solet, vt videri potest apud Chrysostomum homilia 13. in Marc. Ambrosius in proœmio de spiritu Sancto. *Tercentos,* inquit *elegit ad prælium vt ostenderet, non in numero multitudinis sed in sacramento crucis mundum hunc ab incursu grauiorum hostium liberandum &c.* Ita etiam Augustin serm. 108. de tempore, & hic q. 37. Paulinus Epistola. 1. Primasius ad Hebræos c. 11. Greg. c. 30. Moral. c. 17. *In ijs tercentis,* inquit qui

Tau, literale crucis figura.

Chrysost. Ambros.

Crux Christi mũdum tutatur.

Aug. serm 108.

Primas. Greg.

Hoſtilia arma ad verſus Dominicrucem non valent.

Rup.
Iſidor.
Petr. Da.
Gretſ.

qui in T. litera continentur expri mitur, quod ferrum hoſt um cru cis ſigno ſuperetur &c. Eadem verba mutuatus eſt Rupertus hic cap. 11, Iſidorus ca. 5. Petrus Damianus ſermone 49. de exaltatione Sanctæ Crucis, vide Leonem à Caſtro Iſaiæ cap. 9. Gretſerum de cruce cap. 1. Roſeũ de triumphante cruce cap. 4 Itaque tercentos, quos in dicat litera T. tradidit Deus Gedeoni, vt iam tũc ſub vmbra victorioſiſſimi vexilli vt appellat Chryſologus ſermone 105, militans palmam obtineret: ita pauor, qui antea plures fugauerat, poſt crucem, ſeu crucis vmbram, aufugit. Quod de Apoſtolis, & eorum anteſignano dixit Chryſoſtomus ſermone quod Chriſtus ſit Deus. *Ante crucem*, inquit, *præcipuus Apoſtolorum, neque hoſtiariæ minas tulit: at poſt crucem, orbis ad fidem acceſſit, & infiniti Martyrum populi occiſi. Malentes mori, quam dicere quod præcipuus ille Apoſtolorum formidans vnius hoſtiariæ minas &c.*

Crux pauorem excutit.

Chryſoſt.

Petrus ante crucem timidus poſt crucẽ impauidus

3

Numero 9. iubet Deus Gedeonem ad hoſtium caſtra nocte deſcendere, vt in tellecto illorum metu, maiorem alacritatem, atque animos ſumat. Quod ſi ſolus ire formidat Pharã puerũ ſuum adducat. Puerum vocat non tam quia ætate, quam quia miniſterio talis erat. Quo ſenſu Abraham dicitur puer cum 99. eſſet annorum: de quo Ambroſius 1. de Abraham cap. 1. *Officijs merito puer dicitur, qui ſenile neſciebat faſtidium; pueritiæ innocẽtia innocẽtiam, & obſequium deſerebat &c.* Seu quia Phara, aliter Pura, re ipſa puer erat: at valentiſſimum eſſe hunc puerum oportebat cuius præſidio, ac ſocietate aduerſus tot millia tutus eſſet Gedeon. Quis ergo hic puer Pura. Leo a Caſtro c. 1 in Iſaiã. *Suſpicor*, inquit, *puerum hunc eſſe, qui datus, & natus eſt nobis, cuius præſidio imperterritus deſcendit aduerſus frementes nationes &c.* Itaque Gedeon non tam Puræ, quã pueri IESV ſocietate munitus hoſtiles non timet exercitus, ſed de hac re infra.

Ambr. 2. de Abr.

Obedientes repueraſcunt.

Leo a Caſtra.

Gedeon in Ieſu ſocietate hoſtem non horruit.

Vidi ſomnium, & videbatur mihi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere &c.

Verſus 13. & 14.

GEdeone propius accedente

dente ad castra Madianitarum vnus aliquis ex vigilū numero huiusmodi somnium alteri referebat: *Videbatur mihi subcinericius panis*, in Hebræo vnicum nomen est (*Pfilit*) idest torta panis vt vertit Pagninus; siue *maßa*, vt Iosephus, siue *mēſa*, vt Septuaginta, & Augustinus q. 39 siue *strepitus panis* vt Vatablus, siue *tremor panis*, vt Caietanus: siue *canistrum panis*, vt quidam apud Abulensem q. 16. allusione fortasse ad illud capitis superioris, vbi Gedeon panes aliquos in canistro inclusos Angelo quem peregrinum ac pauperem credidit, beneuole offerebat, quasi vero tam grata Deo fuerit beneficēcia illa, siue eleemosina, vt illius merito victor Gedeō hostium castra, seu tabernacula vt infra dicitur, expugnauerit. Eleemosina enim hostium, ac dæmoniorū tabernacula expugnat & fugat. Cum tamē diuinorum tabernaculorum artifex sit & propugnatrix vt vocat Diuus Chrysostomus homilia 7 de pœnitentia. Vnicum tamen fuisse panem aptius est ad interpretationē somnij vt aduertit Abulensis. Hunc igitur panem videbat somniator voluentem sese, atque rotantem in hostium castra descendere tentoriaque subuertere, tum is qui somnium audiebat illud interpretans, ait.

Ioseph. August. q 39.

Quanti Deus faciat eleemosinam.

Eleemosina hostes expugnat infernos & diuini tabernaculi est propugnatrix.

Chrysost. hom. 7. Abul.

Non est hic aliud, nisi gladius Gedeonis. Quærūt hic lentius interpretes fuerit ne somnium illud humanum, atque fortuitum, an vero Diuinū fuisse, quis dubitet? cum Deus ipse Gedeonem quo magis confirmaretur ad audiendum illud impulerit. Neque enim nouum, & insolens est homines impios diuina somnia somniasse, vt patet in Pharaone, & alijs, quibus Deus impertijt spiritū propheticum, ingenium & naturalium rerum scientias, quas Deus sæpe malis communicat, ne quispiam suorum, aut ingenij, aut scientiæ nomine nimirum glorietur, aut pluris faciat ea, quæ deterioribus sunt communia. Nam vt hic loquitur Abulensis quæst. 17. *Ingenia maiora fuerunt inter incircumcisos, quam inter Iudæos, vt patet in inuentione totius sapientiæ, quæ pene a gentilibus exorta est in Iudæis quoque quibusdam pessimis sapientia data maxima est sicut Salomoni, qui turpissimus postea fuit &c.* Quāuis crediderim ideo Iudæ-

Impij homines aliquando diuina somniant.

Naturaliū rerum sciētiam Deus sæpe malis communicat.

Abulen. q. 17.

os aliarum, ſcientiarum laude non floruiſſe, quemadmodum Ægyptij, & Chaldæi, humanarumque artium inuentores, vt vni tantum Dei legi addiſcendæ incũberent, vtque ſibi perſuaderent veram, germanamque ſapientiam in ſeruandis legibus præceptis quediuinis ſitam eſſe. *Hæc enim* inquit Moyſes ad populum *veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc dicant; en populus ſapiens, & intelligens &c.* Deuteronomij cap 4 n.6.

Vera ſapiẽtia obſeruatio eſt diuinæ legis.

Deut.4. 6.

3 Igitur per panem hordeaceum vt interpretes ſõnij explicant ſignificabatur Gedeon ipſe, vel quia vilis, & contemptibilis ab hoſtibus habebatur, nam hordeum, vt loquitur Ioſephus vile quid, & contemptibile eſt, vnde Auguſtinus citatus ad allegoriam trahit, quia per contemptibilia mundi, quæ ſignificat maſſa panis hordeacei Saluator ſuperbos fuerat cõfuſurus. Hoc de literali ſenſu ad myſterium accedamus.

Auguſt.

Superbos per contẽptibilia punit Deus.

(?) (?) (?)
(?) (?)
(?)

Per Gedeonicũ panẽ Euchariſticũ adumbrari.

4 Nihil hac de re veteres quos legerim Patres: hordeacei credo panis, cui nihil cũ frumento electorũ affine eſt, humilitate deterriti. Recentiores tamen nõ tenuem, aut obſcuram Euchariſtiæ vmbram hic agnoſcunt. Vide Leon a Caſtro Iſai. cap 9. Barrad. tom. 4 lib. 3. cap. 11. Lorinus in Pſalmo 103. Oſor. um apud Serar. q. 22. In primis vero nõ prætermittenda ſimilitudo illa quæ inter vtriuſq; panis figurã intercedit, nã panis Euchariſticus orbicularis eſt figuræ, ita panis ille Gedeonis orbis, ſeu rotulæ ex alto ſeſe voluẽtis ſpẽm referebat *Ex eo*, inquit Caiet. *quod deſcribitur voluentis ſeſe, inſinuatur quod huiuſmodi panis erat orbicularis figuræ &c.* Quẽ propterea Chaldæus placẽtã vocat vt & Poeta fatalẽ illum panem dixit orbẽ fatalis cruſti: de Euchariſtia vero regius vates: *erit firmamẽtũ in terra in ſũmis mõtiũ.* pſ. 71. n. 16. Quẽ locũ nõ ſolũ Patres communiter, ſed etiam veteres Rabbini de Euchariſtia interpretantur, vt videre eſt apud Titelon in adnot. Viegas, in Apocalipſi c. 2. com. 3. ſec. 4. Barra. tom.

Panis Gedeonis Euchariſtiei figura.

Barrad.

Lorin.

Oſori.

Caietan.

5

Vieg.

Barr.

Pine. tomo 4. lib. 3 cap. 15. Pineda in Salomone lib. 6. cap. 2 a n. o Lorinus in eundē psalmum, qui omnes eruditissime locum illustrant ex Galat lib. 10 cap. 4. & alijs, apud quos celebris illa versio. *Erit placenta frumenti in sūmis montium*, idest vt Burgensis ex Chaldæo refert in capitibus sacerdotum, de quibus vltimis verbis, licet nō nulli ambigant, nemo tamen de primis illis: *Erit placēta tritici*, idest vt explicat idē Galat. *Placentula rotunda, instar molæ manus*, vt alij vertūt propter figuram orbiculatem; Vnde alij, si recte memini, legunt: *Erit orbiculus panis*, seu, *panis orbicularis*, quo quid expressius dici potest de eucharistico pane.

Lorin.

Burg.

Galat.

5

Nec vero sine mysterio ecclesia nobis Eucharisticū panem orbiculari figura comedendum apponit, nam hæc figura omnium perfectissima est, Deumque ipsū qui sphærica illa panis specie continetur, maxime repræsentat: est enim, vt ille ait: sphæra Deus viuēs, quæ nullo includitur arcu. Notaque definitio Trismegisti *Deus est intellectibilis sphera &c*. Secundo quia panis hic cælestis est. Siue cælorum compendium, quapropter formari debuit ea figura, quæ propria cælorum est, seu firmamēti: quo sensu Hugo accepit illa verba psalmi citati. *Erit firmamentum, idest cælum, seu vita cælestis &c*. Vel quia hoc Sacramentum cælum ipsū, & quidquid cæli ambitu continetur repræsētat in terris, vel quia necesse est, vt qui ad cælestem panem accedunt, cælestibus viuant moribus. Vel quia virtute huius Sacramenti cælestē vitam viuunt, qui ātea brutorum more viuebant. Idcirco enim panis Gedeonis hordeaceus erat, hic vero triticeus, quia Iudæi cibo & more brutorū, Christiani vero cibo hominum, & Angelorum more pascūtur tertio quia hæc figura vnionis, & charitatis symbolum est, ac proinde Sacramento sūmi amoris, & charitatis exprimēdo accōmodatior. In Apocalipsi cap. 2. calculo candido seu vnioni confertur, nam vt notū est ex Plinio. Vnionum præstantia in orbe, ac læuore. Huiusmodi vero Sacramentum ad vnionē inter fideles cōciliandam maxime institutum est, vt ibi videri potest apud Viegas, scitumque illud Chrysostomi homilia

Eucharistici panis rotunditas Deum magis repræsentat.

Deus sphæra viuens.

Trismeg.

Eucharistia cælorū compendium.

Hugo. Psal. cit.

Eucharistiam sumētibus cælestes sint mores.

Iudæi brutorū more pascuntur.

Cur Eucharisticus panis orbicularis.

Plin.

Eucharistia charitatem & vnionē inter fideles gignit.

61. ad populum. *Propterea se ipsum nobis immiscuit, & corpus suum in nos contemperauit; vt vnum quid efficiamur &c.*

6 Altera similitudo est, quia vt panis Gedeonicus Madianitarum castra subuertit, ita panis Eucharisticus humani generis, atque animi hostes debellat, ac vincit. Hæc sunt præcipua illa bella de quibus Isaias cap. 30. n. 32. *In bellis præcipuis expugnabit eos* in Hæbreo, *In bellis oblationũ, seu eleuationis, id est hostiæ, quæ eleuatur*: ita vt bella eleuationis sint illa, quæ sacrificijs fiunt, non armis, vt explicat Forerius. Quemadmodum Iudæi non armis non instrumentis bellicis, sed occisione victimarum, quas sursum leuabant, victoriam adepti sunt: ita populus Dei, & Christiani hostes suos nõ armis, sed sacrificijs Eucharisticis deleuerũt &c. Inde Cyprianus eleganter dixit, ad bellum dari Eucharistiam, quam ille pacẽ bellatricem appellat *Pacem*, inquit, *non delitijs sed armis damus: pacem non ad quietem, sed ad aciem damus &c.* & Epistola 54. *Viuentibus cõmunicatio danda est, vt quos excitamus, & exhortamur ad prælium non inermes, & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis, & corporis Christi muniamus &c.* Id quod præstitit in figura Moyses Israelitas armans ac muniens esu, & sãguine agni, quẽ immolauit ante noctem illam, qua exterminator in primogenitos Ægyptiorũ desæuijt Exodi c. 12. Diuus Ambrosius in psalmo 118. *Ideo Sanctus Moyses vt hoc præueniret tempus, ac sine Hebræorũ fraude transiret, agnum ãte immolauit, hoc est vesperi; vt manducantes eum non occuparentur exterminatoris insidijs, ne inermes, & vacuos spiritualis alimenti nocturna spicula tenebrosi hostis opprimerent &c.* Et infra. *Præueni & tu insidias tentatoris, instaura prius cæleste conuiuiũ &c.* Monens sumendam Eucharistiam, qua aduersus ictus tentatoris armamur; vt anima illa, quæ ait *Osculetur me osculo oris sui* Canticorum c. 1 quæ verba ad Eucharistiam refert idem Ambrosius lib. 5. de Sacramentis cap. 1 Te, inquit, *Sacramẽtis cælestibus dignum iudicat, & ideo inuitat ad cæleste conuiuiũ inquiens: osculetur me ab osculis oris sui &c.* Ex Hebræo possumus legere: *Armet me osculo oris sui*: vt in psalm 2. ad illa verba. *Aprehendite disciplinam*, quæ nonnulli Patres apud Lorinum de Eucharistia intelligunt vertẽtes iuxta

Eucharistia animarũ hostes debellat.

Isai. 30. 32.

Forer.

Cyprian.

Eucharistia pax est bellatrix.

Corpus Christi & sãguis formissimum munimen.

Exod. 12.

Ambros.

Eucharistia remediũ contra insidias, & tẽtationes

Cant 1.

Ambr. l. 5 de sacram

Psalm. 2.

ta Hebraicum *Adorate, seu osculamini frumentum*; seu *armamini frumento*. Est enim idē verbum quod est in cātico. Ita dum anima Christum in Eucharistia sumens osculatur, obarmatur: vnde citatus Cyprianus, cum inquit, *ad hoc fiat Eucharistia vt possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium volumus munimento diuinæ saturitatis armemur &c.* Et idē Ambrosius. *Tunc vtique paratus assiste, vt accipias tibi munimentum, vt corpus adeas Domini IESV &c.* & Cyprianus *Idoneus esse non potest ad martyriū, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit, & accendit &c.* & Chrysostomus ad Hebræos ca. 11. homilia 17 *Si ergo sanguis agni in medio Ægyptiorum illæsos custodiebat Iudæos, multo magis nos conseruabit sanguis Christi illitus non postibus, sed animis nostris. Etenim nunc quoque qui vastat, & perdit, in hac media nocte circuit; sed armemur illo sacrificio &c.* Eucharistiæ scilicet, de qua loquitur. Itaque Eucharistia diuinū quoddam armamentarium est, vnde arma omnia deponuntur, seu induūtur: nempe Christus quem Diuus Paulus *armaturam Dei* vocat ad Ephesios ca. 6. siue omnia arma Dei, vt explicat Diuus Hieronymus.

Osculari Eucharistiam obarmari est.

Cyprian.

Ambros.

Cyprian.

Eucharistia ad martyriū munimentū.

Chrysost.

Custodiebat Iudæos illæsos ab Ægyptijs agni cruor.

Eucharistia integrū armamentariū.

Ephes. 6.

7 Arcem appellat diuina sapientia, *Proposuit mensam suam: misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem* Prouerbiorum capite 9. numero 3. Quam enim dixerat mensam, mox arcem apellat: allusione ad militare conuiuium, quo solebat imperator in ipsis castris, vel in arce ante præliū duces excipere, quo magis vnanimes, & magnanimi hostes adorirentur. Vide Salazar ad eum locū. Quo spectat illud Isaiæ, vbi conuiuij huius faciens mentionem Deum, qui illud exhibet, dominum dicit exercituum. *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium* cap. 25 num. 6. quem locū de mysterio Eucharistiæ luculenter exponit Salmeron tom. 9 tract. 2. *Dicitur*, inquit, *hoc conuiuium instructum a Domino exercituum, quia pro exercitibus ecclesiæ militantis corroborandis, & contra malignorum spirituum exercitus confirmandis institutum est: nam ante Eucharistiam facile vincebamur post illam terrori sumus &c.* Sicut ante manna tacentibus Israelitis, seu quiescentibus Exodi cap. 14. Angeli præliabātur

Eucharistia arx dicitur.

Prouer. 9. 3.

Salazar.

Isai. 25. 6.

Salmer. 9

Eucharistia instituta ad armādos militantes Ecclesiæ propugnatores.

Post Eucharistiam Christiani terrori sūt

Exod. 14.

tur; poſt illud vero ipſi audaciores facti tacētibus Angelis præliantur Exodi cap. 17. quo alludens Origenes homilia 6. in iudices. *Antequam, inquit, panis cæleſtis conſequamur annonam, & carnibus agni immaculati ſatiemur tanquam paruuli ſub procuratoribus agimus, & actoribus Angelis: vbi iam militiæ cæleſtis Sacramenta guſtauimus, & pane vitæ refecti ſumus, audi, quomodo per apoſtolicam tubam ſuſcitamur ad prælium &c.* vnde Diuus Auguſt. in Pſal. 143 de Euchariſtia loquens; *Hæc eſt*, inquit, *annona præliantiū de horreis inuecta dominicis, vnde paſcuntur Angeli, quia panem Angelorum manducauit homo &c.* Pſalmo 77. numero 25. in Hebræo. *Panem fortium.* Neque enim ignauis, & imbellibus datur. Inde Ioannes Euangeliſta deſcribens multitudinem illam quā Chriſtus Dominus quinque panibus ſatiauit, neq; puerorum meminit, neque mulierum, ſed virorum tantum cap 6. n. 10 ænigmatice monens, inquit Cyrillus lib. 3. cap. 16. in Ioannem. *Omnibus qui viriliter probitatem, ac fidem ampleᶜtuntur, non imbellibus aut mollibus cæleſtem à ſaluatore cibum praberi &c.*

Orig.

Ante Euchariſtiam Angeli pro nobis decertabāt

Auguſt. in pſ. 143.

Pſal. 77. 25.

Euchariſtia panis fortium.

Ioan. 6, 10

Huius menſæ vmbra fuit illa cum Ietro holocauſta & hoſtias offerente *venerunt Aaron, & omnes ſeniores, vt comederent panem cum eo coram Domino.* Exodi capite 28. numero 12. Idem Cyrillus de Iuſtificatione in Chriſto *Quid* inquit, *adeo ſub Dei oculis, atque in conſpectu, quam myſtica menſa, & hoſtia. quique eius participes fiunt &c.* Et infra. *Eius ſacramentorum virtus tum ſapientes nos efficit, tum vero morte fortiores oſtendit, occultum illum, atque ſpiritalem Amalech ſatanam expurgans &c.* Eaque de cauſa Chriſtus Dominus ante mortem ac paſſionem ſuam, dominicam inſtituit cænam. Paſchaſius libro de corpore, & ſanguine Domini capite 14 *Ad quippe immortalitatis præſtuit alimoniam vt mortem non timeamus &c.* Sed hoſtem vt terreamus: nam vt ait Damianus libro 2 Epiſtola 11 *Sacrificij ſalutaris hoſtiam ſatage frequenter offerre, vt dum ora tua Chriſti pro pexerit cruore rubentia, ter ritus cōtremiſcat, præſto defugiat Tartari coluber. &c.* & Ambroſius citatus. *Cum hoſpitiū tuum aduerſarius viderit occupatum cæleſtis fulgore præſentiæ, fugiet, ac recedet &c.* Inde eſt, quod Iudas *cum accepiſſet huc cellā continuo exiuit.* Ioan. ca. 13.

Exod. 18. 12.

Cyril.

Euchariſtia ſapientes reddit

Paſch. lib. de Corp. & Sang.

Euchariſ. tia facit ne mortē timeamus

Ambr.

Fugit Diabolus ad præſentiā Euchariſtiæ.

13. num. 30. moras omnes præcipitante humani generis hoste qui sibi timebat á virtute buccellæ illius, vt autor est Cyrillus lib 9 cap 19. *Nam & Iudam, inquit, cum post panem separauerit, tum moram, tum benedictionis virtutem timens ne scintillam in animo eius accenderet, & ad meliora pertraheret, magna præcipitẽ agit celeritate &c.* Ita vt ait Cyprianus de natiuitate: *Sacramentorum cõmunicatio, per quam Christi corporis sinceritati vnimur, in tantum nos corroborat, vt de mundo, & diabolo, & de nobis metipsis victoriã patiamur &c.*

Cyril. l. 9.

Eucharistia peccatores reducit.

Cyprian.

9 Nempe Eucharistia palma est, qua de vitijs triumphamus. *Erit firmamentum in terra* psalm. 71. vbi aliqui Rabbini *apud citatum Galatinum. Ita explicant futurum est, vt triticum palmescat, & ascendat sicut palma. & hoc in diebus Messiæ. &c.* Quæ verba alij alio referunt: ego ad ritum sacrificandi, quemadmodũ supra dixi incensum thymiamatis ita offerri solitum vt palmæ instar ascenderit in sublime: Quo allusum in Cantico 3 *Quæ est ista quæ ascendit sicut virga fumi:* in Hebræo. *Sicut palma fumi.* Cuiusmodi sacrificio adumbratã fuisse Eucharistiam demóstrat Eusebius Cæsar li. 1. c. 10. Vt ergo palma fumi ita nunc palma tritici supra capita sacerdotum ascendit, vt illius aspectu ad præliũ, atque victoriam accendamur. *Vincenti, inquit* Christus, *dabitur edere de ligno vitæ.* Apocalipsis cap 2. *Vincenti,* inquit Diuus Thomas, *datur ijs scilicet, qui triumphant de vitijs. &c.* De quibus trophæa, & plusquam opima spolia diuina eriguntur in mensa. Huc enim maiori iure accomodari potest illud Chrysostomi ad verba psal mi 22. *Parasti in conspectu meo mensam &c. Quis est iste inimicos tam facile vincens, vt prandens trophæum erigat? &c.* Vel quia in hac mensa trophæa de vitijs, vt dictum est, suspenduntur, vel quia ibi repræsentatur mortis Christi victoria, quam Procopius palmatam Domini I E S V passionem, siue triumphalem appellat. Quia vero in triumpho, & victoria, prædæ, atque spolia diuiduntur Eucharistia, & victorũ prædã opima, atq3 optima est. Idcirco Abraham post suã illam victoriam, offerente Rege Sodomorum spolia omnia, accipere nihil voluit opulentior sibi visus pane, ac vino, quod Melchisedec melioris

Eucharistia palma, & triumphus de vitijs.

Rabbini.

Cant. 3.

Eucharistia palma est, cuius aspectu ad præliũ inflãmamur.

Apocal. 2.

D. Thom.

Chrysost. Psalm. 22

Qui Eucharistiam sumit, prãdens hostẽ vincit,

Christi passio palmata est.

Eucharistia victorũ opima est præda.

melioris prædæ loco obtulerat. Geneſeos cap. 14. iuxta illud; *Eſcam dedit timentibus ſe* Pſalmo 110. in Hebræo. *Prædam dedit*. Qui locus de Euchariſtia cōmuniter intelligitur.

Pſalm. 110

10 Neque vero deſunt in hac menſa coronæ triumphales ex auro coronario, quales viſebantur in menſa illa propoſitionis. *Facies illi labrum aureum per circuitum, & ipſi labro coronā in terra ſimilem.* Exodi cap. 25. n. 25. Septuaginta. *Coronam pugilis*: vt ſignificaretur eos, qui ad diuinam menſam accedūt cum animi hoſtibus pugnaturi, aurea donari corona, quæ pugilum, ſeu pugnatorum propria eſt, & fortaſſis eam ob cauſam corona olim e templo ſuſpendi ſolebat, vt videre eſt in Auctuario Bibliothecæ tom. 1. tractatu, qui inſcribitur gemma animæ lib. 1. c. 141. Scutum alij Euchariſtiam vocant, Quid enim aliud panis iſte niſi cæleſte ſcutum, aut ancile, cui ſe non æquiparant illa, de quibus poeta *& lapſa ancilia cælo* Hic enim eſt panis, qui de Cælo deſcendit (in ſimilitudinem rotulæ, ſeu rotelæ Luſitane loquendo, quemadmodum panis Gedeoni, ex alto rotando deſcendit) vt nos muniret, atque protegeret. Eo nimirum protegi in ſpiritu poſtulabat Dauid. *Vt videā voluntatem Domini, & viſitem templum eius* Pſalmo 26. n. 4. Auguſtinus ex Septuaginta *& protegar à templo eius.* Per Eccleſiæ Sacramenta, explicat Chryſopolitanus Archiepiſcopus. Præſertim corporis Chriſti vt explicat Caſſiodorus. *Propheta*, inquit, *poſtulabat protegi a Chriſti corporis templo, vnde & firmitatem fidei, & invictum robur defēſionis accipiat &c.* Quia vero milites olim non modo in bello ſcutū geſtabant, ſed etiam in triumpho; nam ſcuto etiam ante vſum coronarum coronari ſolebant vt autor eſt Diuus Thomas & alij apud Lorinum ad illud Pſalmi 5. *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.* fit vt Euchariſtia ſcutum ſit nobis pariter, & corona: ſcutū vt protegat: corona vt ornet; ſcutum quo pugnemus corona qua triumphemus.

Exod. 25.

Qui ad Euchariſtiam accedunt, corona aurea donantur.

Coronæ e templo olim ſuſpendebantur.

Euchariſtia lapſum eſt e cælo ancile.

Pſal. 26.

Auguſt.

Caſſiod.

Euchariſtia fidem corroborat.

Pro corona olim ſcutu a e... tar.

Euchariſtia ſcutu eſt, & corona.

11 Tandem in hac mēſa ſua victoribus præmia perſoluuntur. Eius vmbra fuit altare illud æneū, iuxta quod ſtetiſſe vidit Ezechiel viros ſex habitu militari vna cū ſacerdote in medio eorum *Ingreſſi ſunt*, inquit, *& ſteterūt iuxta*

Euchariſtia al are æneum.

iuxta altare areum capite. 9. numero. 2[E]. Paschasius lib. de corpore, & sanguine Christi cap. 9. *Per quod nimirum præsens altare, quo librum vitæ, & stipendium militiæ nostræ sumimus, manifestissime designatur &c.* Et infra, *ideo bene iuxta illud altare perhibetur vt milites ad stipendia vitæ accedẽtes diuinitus discernat &c.* vbi pulchrè Eucharistiam vocat stipendium vitæ, quæ præcipue soluuntur ijs qui Angelicis militant moribus vnde Algerus lib. 1. de Sacramento capite 22. *Simus,* inquit *spe, & conuersatione cælestes, quia panis Angelorum, non nisi Angelicæ vitæ est stipendium.*

Paschas.

Eucharistia Christianæ militiæ stipendium.

Eucharistia Angelicæ vitæ stipendium.

Alger.

12 Itaq; tota hæc mensa triumphalis est, seu militaris, vel etiam martialis potiori iure, quam illa, quam Ægyptij & eorum imitatores Israelitæ, vt Author est Hieronymus, vltimo die anni ponere solebant refertam varij generis epulis, vel præteriti anni, vel futuri felicitatem auspicantes, de qua Isaias cap. 65. *Qui ponitis fortunæ mensam.* Septuaginta. *Dæmonio.* In Hebræo *Gat.* idest. *Marti.* Sic enim vocabit sydus a quo putabãt gentes pendere rei bellicæ fortunam, vt Forerius explicat. Quod quis non videt, quanto aptius quadret in mysticam illam, & spiritualem mẽsam, vt loquitur Cyrill. Cathechesi 4 mystagogica. *Quam Deus nobis proposuit aduersariam illi quæ nobis antea parabatur à dæmonibus &c.* Feliciori marte debellandis, quam panis ille, seu mensa Gedeonis (vt vertebant Septuaginta) *Madianitarum castra subuertit.*

Eucharistia mensa est martialis triũphalis.

Hieron.

Isai. 65. Fortuna hic idem, ac dæmonium.

Forerius.

Cyril.

Septuag.

Tertia similitudo est quia vt panis Gedeonicus simul erat panis, & gladius, iuxta mentem interpretantis: *Nõ est hic aliud, nisi gladius Gedeonis:* ita panis Eucharisticus cibus est simul, & gladius. Quo sensu Dei verbũ dicitur a Diuo Bern. serm. 5. de Assumptione. *Cibus ad sustẽtandum, munimen ad protegẽdũ, arma ad repugnandum.* additq; *Ne quemquam moueat, quod idẽ verbum dixerim esse cibum, & gladium &c.* Ita ergo Eucharistia cibus est digne, gladius indigne sumẽtibus. Vnde illud Chrys. homil. 83. in Mat. *Cauendum tibi est, qui hæc mysteria ministras ne Dominum irrites, ne acutum gladium pro cibo præbeas &c* *Notum que exemplum de fæmina* illa, quæ vt scribit D. Cyprianus lib. de Lap. *Non cibum, sed gladium sibi sumens, & velut quædam venena lethalia inter fauces, & pectus*

Bern. Verbum Dei cibus & gladius.

Eucharistia cibus digno, indigno gladius.

Chrysost.

Cypriani.

sangui-

ſanguinem admittens angi, & animo excœſtuante concludi poſt modum cæpit &c. Tantum aberat vt locum etiam expugnaret: quemadmodum loquitur Chryſoſtomus oratione aduerſus Iudæos, agens de arca, quandiu fuit in templo Dagon.

Chryſoſt.

13 Dicitur & gladius Euchariſtia, quia eo Chriſtus Dominus mundum veluti expugnauit, ac ſuæ fecit ditionis: ita aliqui explicant illa verba: *Conſlabunt gladios ſuos in vomeres* Iſaiæ cap. 2. Non quia futura non eſſent amplius, arma bellica, vel gladij: ſed quia per alios fortiores acquirendus, & propagandus erat populus Chriſtianus, nimirum per ſacramenta potiſſimũ Euchariſtiæ, Caietanus. *Ad acquirendum, propagandum, ac conſeruandum Chriſtianum populum inſtituit Sacramenta cum ſua perpetua præſẽtia Ecce ego vobiſcũ ſũ vſq; ad cõſũmationem ſæculi &c.* vnde dixit Auguſtinus l. 1. ad Ianuar *Sacramento corporis Domini ſubiugatus eſt mundus &c.*

Euchariſtia Chriſtus mũdũ expugnauit.

Iſai 2.

Chriſtiani per Sacramenta, & pæcipue Euchariſtiam propagati.

Auguſt. Chriſtus in Euchariſtia orbẽ ſubegit.

Quæ inter vtrumque panem diſſimilitudo.

14 NEque ijs obſtat illa, quæ cernitur inter Gedeonicum panem, atque Euchariſticum; ille enim hordeaceus erat, hic triticeus Nam inde Euchariſtici panis dignitas magis elucet; cum & panis Gedeonis, & omnia veteris legis ſacrificia ſiue Sacramenta, præ Euchariſtico hordeacea fuerint, vt videre eſt apud Abbatem Cellens. cap. 11. de pane hordeaceo. Igitur panis ille hordeaceus erat, quia ſeruorum, atque humiliorum: hic vero triticeus, quia filiorum atque nobiliorum. *Filios enutriui, & exaltaui.* Iſaiæ cap. 1. ſeu vt eſt in Hebræo, *Grandes feci.* Caſtro. *Alens eos pane Cæleſti &c.* vnde Chriſtus Auguſtinum 7. conf. cap 10. *Cibus,* inquit, *ſum grandiũ &c.* Quo ſenſu grandes vulgo dicuntur, qui nobilitate clarent, vel dignitate: vnde Dauid eo reſpiciens vt aliqui volunt dixit. *Calix meus inebrians quam præclarus eſt* pſ 22. n. 5: vbi Diuus Chryſoſt *Calix iſte facit claros, & præclaros &c.* ideſt principes aut regios. Quo ſpectabat illud Dei ad Iſai. c. 21. n. 5. *Pone mẽſam, contemplare in ſpecula, comedentes, & bibentes, ſurgite principes, arripite clypeum,* vbi D. Hieron. *Vt comedẽtes, & bibentes corpus, & ſanguinem Domini*

Panis Gedeonis hordeaceus.

Euchariſtia panis filiorum.

Iſai. 1.

Caſtro.

Aug.

Euchariſtia cibus, & potus nobilium, & Principum.

Pſalm. 22 Chryſoſt.

Iſai. 22 Euchariſtia principes facit, & Apoſtolos.

vertantur in principes Ecclesiæ &c. Apostolos intelligens post sumptam Eucharistiā. Eadem dignitas regia signi ficatur illis verbis, *Vbicumq; fuerit corpus illuc congregabuntur, & aquilæ* Matthæi cap. 24. Chrysostomus in 1. ad Corinthios homilia 24. *Ibi congregabuntur & aquilæ ait Dominus ostendens, quod oportet eam qui ad hoc corpus accedit, esse sublimem, & cum terra nihil habere commune &c.* Sed regium quiddā ac generosū, nam vt explicat Euthymius. *Aquilas nominauit iustos tan quam virtutibus sublimes, & regios &c.* & ipse Chrysostomus. *Vt in aquilis regalibus regalis Sanctorum dignitas ostendatur &c.* Lapides diadematos alia similitudine dixit Zacharias eos, qui ad Eucharistiam digne accederent. *Lapides Sancti eleuabuntur super terram eius: quid enim bonum eius, aut quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines* cap. 9. *Idest* vt explicat Ribera. *Non mirum est tunc eleuandos esse lapides Sanctos, quoniā donauit eis Deus bonum omnium maximū; quod habet, frumentum scilicet electorum, idest panem cælestem, qui eos nutriat, & confirmet, & quasi Lapides faciat ad tentationes, & persecutiones ferendas &c.* In Hebræo est. *Lapides diadematis* Vel quia illi qui frumento electorum pascūtur pretiosi fiunt lapides diadematis Christi, vel quia ab illo in Eucharistia sumunt robur, pretium, & coronā regni. Nam vt Paulinus Epistola 9. *Regnum, & panis est, quo nos saginamur &c.* Atq; ideo Christus Dominus Eucharistiam celebraturus apparari iussit cænaculum magnū stratum Lucæ ca. 22. & qui natiuitati præsepium, transfigurationi montem; miraculo quinque panum desertum, Eucharistiæ palatium elegit, vt eius dignitas, atq; excellentia cōmendaretur. Proptereaque principes Apostolorum Petrum, & Ioannem præmisit, qui cænam pararent, *Tanti siquidem est vt Apostolorum præcipui illi administrare nō dedignentur* ait Laurentius Iustinianus c.i de Agone Christi. Mannà quidē in deserto dabatur, idest in loco aspero, & inculto iuxta illud Domini: *Patres vestri manducauerunt Mannà in deserto.* Ioannes cap. 6. *vt significet*, inquit Maldonatus. *eiusmodi fuisse panem, vt non alibi, quam in deserto, vbi omnis cibi erat inopia, fuerit appetendus &c* Hic vero in ampla domo, seu palatio datur, quia pa-

Mat. 24. Chrysost. — Qui Eucharistia reficitur, terrena despiciat. — Euthym. Iusti aquilæ regiæ, & altiuolæ. — Chrysost. — Zach. 9. — Rib. — Eucharistia armat, & duros reddit ad uersus tētationes.

Qui Eucharistiam suscipiunt lapides pretiosi coronę Christi. — Paulin. — Eucharistia regnū. — Eucharistia in palatio instituitur. — Laurent. Iustinian. Eucharistiam illustriores ministrent Sacerdotes. — Ioan 6. Maldon. Mannà in deserto Eucharistia in ampla domo datur.

Eucharistia Angelorum panis, & esca nobilium

Gen. 49.

D.Thom.

nis angelicus est, & esca nobiliũ: ille in deserto, quia hordeaceus, ac seruorũ: hic in aula quia filiorũ, ac præbens delicias regibus Geneseos cap. 49. Vnde Diuus Thomas in opusculo de Sacramento cap. 10. causam reddens cur Eucharistia detur sub specie panis triticei, *Quia est*, inquit, *granum eius præcipuæ nobilitatis, & hac ratione congruum est, vt nobilissimum corpus quasi nobilissimus panis filiorum Dei detur filijs sub specie nobilissimi panis &c.*

Eucharistia datur sub specie triticei panis quia est panis filiorum.

15

Secundo quia panis hordeaceus brutorum est, atque ideo Iudæis aptior. Vnde Cyrillus, Leontius, & alij apud Maldonatum auctores sunt, Christum Dominum Iudæos tanquam bestias supra fænum accumbere iussisse Matthæi capite 14. *Quinque enim panes illos hordeaceos: quinque Mosaicæ legis libros significasse, quibus Iudæi tanquam hordeo, sine vllo delicato gustu sine sensu tanquam alia bruta vescerentur &c.* Hic vero panis rationalis hostia est, & rationabilium creaturarum. *Propterea seruator*, inquit Clemens Alexandrinus *Primo stromat*, *cum panem accepisset primum locutus est, & egit gratias, vt ex ratione comedamus &c.* Ne quis accedat, vt loquitur Diuus Paulus *non diiudicans corpus Domini*, idest, *non discernens, velut*; ait Chrysostomus *Non cogitans, non examinans, vt oportet magnitudinem eorum, quæ sunt apposita &c* Propterea etiam Christus duos illos sumpsit qui cænam parent Petrum, & Ioannem per illum, fidem, per hunc, intellectum significans, vt docet idem Laurentius Iustinianus, qui per hominem qui Apostolis ipsis occurrit lagenam aquæ portans scientiam vult intelligi, quasi diuinæ huic mensæ ministrantem. Vnde cum diuina sapientia mensam proposuisset, *misit ancillas quæ vocarent ad arcem*. Prouerbiorum capite 9. idest scientias, vt aliqui explicant, & earum principem Theologiam, cui reliquæ scientiæ ancillantur. Quæ enim aliæ nisi scientiæ ministrarent epulo illi, quod sapientia ipsa condiuit? Sane ab hac mensa dilectus ille discipulus, & aquilina mente Theologus tantum profecit, vt inde dicatur a Diuo Bernardo. *Sacro Sanctam intimæ sapientiæ eruisse medullam &c.* Hic enim sapientia Patris, cũ alibi magis tritiulũ recusasset libens

Cyril.

Iudæi supra fænũ accumbentes, quasi bestiæ.

Panis hordeaceus Iudæis tanquam brutis præbetur a Christo.

Clemens Alex.

Paulus.

Chrysost.

Nemo ad Eucharistiã accedat nisi prius illius magnitudinem meditans.

Fides, & intelligẽtia præire debet Eucharistiæ sumptionem.

Prou. 9.

Omnes scientiæ ministrãt epulo eucharistico

B. Ioannes Theologus magnus ab Eucharistia factus:

Bern.

Christus vult in Eucharistiæ institutione magister dici.

accepit: *Vocatis me magister, & Domine, & benedicitis sum etenim* Ioannis cap. 13. nunquam enim largius sapientiæ Thesauros aperuit. Vnde Ioel cap. 2 nu. 23. *Lætami ni in Domino Deo vestro, qui dedit vobis doctorem iustitiæ.* Septuaginta habent: *Qui dedit vobis escas iustitiæ.* Ideo psalmista monet. *Aprehendite disciplinam* Psalmo 2. seu vt est in Hebræo. *Frumentum.* Est enim panis vitæ, & intellectus vt dicitur Ecclesiastici cap 15. Euchariſtiam enim vocat Areopagita de Cælesti hierarchia ca. 5. *Consumātem diuinorum operum scientiā, & disciplinam &c.* Vnde Cyrillus 3 in Ioannem ca. 34. *Perspicuū esse arbitror non alium panem, neq; aliud alimentū præter filium Dei rationabilibus, intellectuabilibusque substātijs propositum esse &c Velut medicamenta tenebras ignorantiæ illustrans*, vt loquitur Diuus Thomas in opusculo de Sacramento cap. 1. Inde Dauid. *Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ* Psalmo 123. n. 13. Quia oliua, & diuturnioris est vitæ vt constat ex Plinio & prudentiæ, & sapientiæ symbolum. Erat enim Palladis arbor, & sapientum corona Filij ergo Ecclesiæ in circuitu Euchariſticæ mensæ, oliuarum instar esse dicuntur, quia ab illo pane vitæ, & intellectus vitam hauriunt, & sapientiā. vide Salazar in Prouerbi. cap. 9. vers. 5.

Ioel 2.

Septuag.

Psalm. 2.

Areop. Euchariſtia Diuinæ scientiæ pelagus.

Cyril.

D. Thom.

Ps 123.

Oliua sapientis erat corona.

Euchariſtia intellectū gignit, & sapientiam.

16

Tertio quia panis hordeaceus erat, & vt colligitur ex Num 5. & Ozeæ c. 3. impurorū, atq; adulterantium cibus: vt quibus fuerat cum brutis vita cōmunis, communis esset & victus, vt supra vidimus c. 5. n. 8. Hic vero panis mundissimus est, vt pote *frumentū electorum, & vinum germinans virgines* Zachariæ c. 9 vnde Pasch. cit *Exerce te in castitate, quoniam hic sāguis nihil magis diligit, quam in Christo Virgines &c.* Est etiā *aceruus tritici* (vt quidam explicant) *vallatus lilijs* Cant. c. 7. quod vt ait D. Thom. cit. ca. 4. *A nulla corruptione sed a Virginali flore sumpsit exordium &c.* Tantā & animi, & corporis munditatem exigit, quanta significabatur per vrnā illā auream in qua erat Mannâ ad Hebræos ca. Idem Diuus Thomas capite 5. *Decet enim cor, quasi aurum esse purissimum, per magnam munditiam, quod carpere debet Cælestem panē &c.* & Chrysostomus homilia 60. ad Populum carpens eos, qui vasa aurea altari offerunt, plū bea-

Zach. 9.

Pasch. Sanguis Christi Virgines diligit.

D. Thom.

D. Thom.

Consumēs Euchariſtiam sit instar auri purissimi.

bea vero corda. *Si vis*, inquit, *honorare sacrificium offer animam, hanc fac auream si vero plumbo maneat, & testa deterior, quid vtilitatis &c.* Si enim Dauid totus aureus, gemmeus, que subsiluit ante arcam. *Vide regem Dauid subsilientem* 2. Regum cap. 6. n. 16. In Hebræo *Topaziatum*, siue deauratum: quāto plus aureos, ac gēmeos esse oportet lapides illos pretiosos, vt supra diximus, qui frumento electorum pascuntur. Præsertim sacerdotes de quibus Malachias cap. 3 *Colabit eos, quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia.* Notum enim illud Bonifacij Martyris *Quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur; nunc sacerdotes lignei aureis vtuntur calicibus &c.* Reddebantur vero aurei per munditiam, & castitatem, quam auro, & argento comparat Sanctus Adhelmus in libello de Virginitate cap 9.

Dauid ante arcam Dei totus aureus exultat.

2 Reg 6. 16,

Puritas sacerdotum

Malac. 3.

Bonif. M.

Ligneis calicibus olim vtebātur sacerdotes.

17 Quarto quia panis hordeaceus, vt loquitur Cellensis, *Non pro delicijs apponitur, fauces enim delitiosorum excoriat, & speculata superficie occurrit comedentium dentibus &c.* Vnde quidam armatum panem dixere. Hic vero panis deliciarum est, & habens omne delectamentum significatum pectusculo illo, quo sacerdos edere videbatur in loco mundissimo, Leuitici capite 10. numero 14 Diuus Thomas citatus cap. 4. *Pectusculum, quod scilicet optimum est & dulcissimum animalis significat dulcedinem corporis Christi, in quantum comeditur in loco mundissimo &c.* Eoque spectat illud psalmi 147. *Et adipe frumenti satiat te.* Paschasius. *Notandum, quod hoc frumentum corpus videlicet Christi adipem habeat, & non solum adipem, sed & omnes delitias &c* Ideoque Diuus Thomas 3. parte quæstione 74 a. 3. rationem reddens, cur panis triticeus, non vero hordeaceus conueniens sit materia Eucharistiæ. *Quod*, inquit, *panis hordeaceus competit ad significandum duritiem veteris legis propter duritiam panis: hoc autē sacramentū pertinet ad suaue iugū Christi &c.* De qua suauitate infra dicetur.

Cellen.

Hordeaceus panis armatus panis.

Leuit. 10. 14.

Panis deliciarum Eucharisticus

Ps. 147. Pasch.

D. Thom. Cur hordeaceus panis non aptus Eucharistiæ.

Eucharistia duritiē respuit veteris legis

18 Adde, quod panis iste magis communis est, & quotidianus, atque adeo quotidianæ Dei erga nos beneficētiæ, ac beneuolētiæ significādæ accommodatior Id, quod expressit ipsum Manná quod per singulos dies colligebatur a filijs Israel Exodi. c. 16. vt queadmodū

Eucharistia panis quotidianus.

Isid. clar. loquitur Isid. Clarus. *Nullus transiret dies, in quo Dei circa se non sentirent beneficiũ &c.* Vel ut addit Chrysostomus homilia 6. ad Populum. *Iudæis quidem annuatim priorum monumenta, beneficiorum solemnitates Deus alligauit: tibi vero, vt ita dicam, per singulos dies, per hæc mysteria &c.* Vnde concludit Ambrosius lib. 5. de Sacramentis cap. 4. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Quomodo Iob pro filijs suis offerebat quotidie sacrificium, ne forte aliquid, vel in corde, vel in sermone peccassent &c.* Aliæ differentiæ adduci possent, sed hæ satis.

Chrysost. Crebrius nobis quam Iudæis, Deus Beneficia confert.

Ambros.

Eucharistia crebro sumenda.

Diuisitque tercentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas &c.

Versus 16.

1 Miro ac nouo armorũ genere, suos instruit Gedeõ, singulis singulas tubas tradit, & lagenas, quas Septuaginta vocant hydrias, Claud cados, alij amphoras, siue ollas, easque inanes tum, vt lampades, idest faces tædeue accensæ in ijs delitescerent: tum vt maiori cum strepitu, ac terrore hostium frangerentur. Quidã apud Abulensem q. 22. prælatas dicunt faces, ac tubas in memoriam legis a Deo latæ cum sonitu tubarum, ac fulgurum Exodi cap. 19. quasi voluerit Deus, vt milites sui hostes perterrefacerent, victoriamque aggrederentur, non bellicis armis, sed memoria, ac veluti monumento diuinæ legis armati. Non alio stratagemate Iosaphat hostes suos perterrefecit, nam cum misisset sacerdotes, qui docerent populum habentes librum legis Domini, & circumirent cunctas vrbes Iuda atque erudirent populum addit sacer textus. *Factus est pauor Domini super omnia regna terrarum quæ erant per gyrum Iuda, nec audebant bellare contra Iosaphat.* 2. Paralipom. capite 17. numero 10 quis enim aggredi auderet diuina lege munitos? Propterea vt loquitur Iosephus *habuit cooperatricem sibi diuinitatem &c.* Achab etiam luculentem de Assiriorũ rege victo-

Lege diuina armati vincunt milites.

Paral. 2. c. 17. n. 10.

Terret hostes diuina lege armatus.

victoriam retulit, vbi ſe Dei lege muniuit. 3. Regũ c.20. nam vt ait Bleſenſis Epiſtola 102. *Rex Achab cum Regi Syriæ eum grauiter opprimenti ſeruos, & ancillas, & filias, & vxorem, omnemque ſupellectilem obtuliſſet, poſtquam ventũ eſt ad violandam legem Dei, licet reprobus eſſet in alijs, tamen pro lege Dei pugnæ diſcrimen inire non timuit &c.* Eſt enim armorum genus inexpugnabile. Haſtam vocat Diuus Hieronymus in traditionibus Hebraicis interpretans illud Bananiæ. *Qui interfecit virum Ægyptiũ*, ideſt Simei, *habentem in manu ſua haſtam.* tertio Regum capite 23. numero 21. *ideſt*, inquit, *legem Dei, quam ſi meditatus fuiſſet in Hieruſalem non perimeretur &c.*

Bleſenſ.

Lex diuina haſta fortiſſima

Hieron.

2 Alij Dei legem ſignum appellant, ſeu vexillum, ſub quo militamus: quo ſenſu accipiunt illa verba, *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine, dediſti lætitiam in corde meo.* Pſalmo 4. numero 8. Quæ ita explicat noſter Prado in Ezechiel capite 16. *Certi ſumus, & bona omnia, & regni florentem faciem, & cordis lætitiam ex tuo vultu in nobis ſignato prouenire, ideſt, ex cuſtodia legis, quam vel ut ſigillum voluntatis tuæ impreſſum gerimus in tabulis cordis noſtri eſt* Nonnulli tamen apud Genebrardum ex Hebræo legunt. *Eleua vexillum lucem vultus tui &c.* ideſt legẽ tuam, ſicut vexillum in animis noſtris infige, ſub quo alacrius cũ aduerſarijs præliemur. Vnde alibi orat *Legem pone mihi, Domine, in via tua, & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.* Pſ. 26. n. 11. Quaſi dicat Inimicos nõ pertimeſcã lege tua charmatus: ijs reſiſtere non verebor militans ſub legis tuæ vexillo. Et ideo Saluator tẽtãti ſe Diabolo Mat. c 4. non aliter, quã exẽplis legis diuinæ reſtitit, vt videre eſt apud Aug. in qq. ex nouo teſtamẽto p. 2. q. 8. & vt loquitur Diuus Hieronymus. *Falſas de ſcripturis ſagittas veris frangit ſcripturarum clypeis &c.* Docuit enim Chriſtus Dominum in cõgreſſu cum diabolo robur ac vires a Diuina lege mutuari, & diuina ſapiẽtia, Prouerb. c. 3. n. 21. *Cuſtodi*, inquit, *legem, atq; conſiliũ.* Vbi pro lege in Hebræo eſt, *eſſentia*, ſiue, *ſubſiſtentia*: non ſolum quia bona temporalia ſine legis diuinæ obſeruatione caduca ſũt, & innania; & vt loquũtur Philoſophi, minime ſubſiſtentia. Sed etiam quia

Lex Dei vexillum.

Pſ. 4. n. 8

Prado.

Lex Dei ſigillum Chriſtiani cordis.

Pſ. 26.

Lex diuina ſtrata gemma ad reſiſtendũ diabolo.

Auguſt.

Hieron.

Scriptura ſacra clypeus eſt.

Diuitiæ ſine legis diuinæ obſeruatione caducæ

Dei lex robur, & subsistentiam, & constantiam addit, vt videri potest apud Salazar.

3 Per lampades, ignemq; significabatur lex eadem, quæ cum igne, fulgetrisque minantibus data est in mõte Sinai, Vnde Deuteronomio cap. 37. Ignea dicitur in dextera eius, ignea lex num. 2. siue vt Israelitas illius metu ad obseruantiam cogeret Deus, nam vt ait Theodoretus quæstio 36 in Exodo. *Terret illos, vt pueros vt non solum eum diligant propter immensa eius beneficia, sed illũ timeãt, ne supplicijs afficiantur &c.* & Caietanus. *Lex quidẽ ad docendum, ignis vero ad puniendum &c.* Vt enim ait Diuus Hieronymus ad Galatas cap. 4. *Iudæi metu præsentium cogebantur vt serui, nos vero præmijs inuitamur vt liberi &c.* Siue vt Deus amorem erga populum suum quasi filiũ lege data ostenderet: nam statim hæreditas appellatur *Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob* n. 4. Vbi Caietanus. *Appellatur lex Moysis hæreditas congregationis Iacob; tũ quia vt filio Dei vnigenito tanquam hæreditas data est, tum quia debet Israelitis sic chara esse vt hæreditas &c.* Vbi obiter aduertendum cum eodẽm Caietano. *Non dixisse Moysen: legem præcepit vobis sed præcepit nobis, supputando se ipsum inter subditos legis: talis enim debet esse legislator, vt seruet legem, quam fert &c.* Ignea tãdem dici potuit, quia vt ignis violantibus illam, sic lux seruantibus erat, iuxta illud Prouerbiorum cap. 6. n. 23. *Mandatum lucerna est, & lex lux.* Hæc tamen sententia mistyca est, vel incerta: nam ratio literalis ex euentu, de quo statim, alia fuisse colligitur.

Deut. 37. Dei lex Ignea.

Theodor. Timeri vul Deus ne puniat

Caiet.

Hieron. Iudæi serui, nos liberi sumus.

Caiet. Lex Dei nostra hæreditas.

Legislator seruet legem, quã fert.

Prou 6. Lex Dei violati Ignis, seruati lux.

Et dixit ad eos, quod me facere videritis, hoc facite.

4 NE tempus loquendo perderet, se ipsum videndum, non audiendum proposuit in exemplum. *Opus enim,* vt ille ait apud Nazianzenum, *sermone fortius est & validior operis, quam oris vox* vt notum ex Diuo Bernardo sermone 59. in Cantica Ideo Diuus Paulus Christũ iubet aspicere magis, quàm audire. *Aspicientes in authorem fidei, & consummatorẽ IESVM* Hebr. cap. 12. n. 2. & ipse Dominus ad discipulos. *Venite, & videte* Ioannes ca. 1. Quos alibi monet ita luceant coram

Operis vox validior, quã oris.

Christus magis adhuc videndus, quam audiẽdus. Ad Hebr. 12.

Ioan. 1.

ram hominibus, vt videant opera illorum bona: Quemadmodum ex Anselmo & Emisseno supra notauimus cap.3. num.24. & Paulus ad Titum cap.2. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum.* Diuus Anselmus. *Qui te viderint, legant, in operibus tuis velut in libro quid agere debeant &c.* Sic dictum a Tertuliano de Pallio. *Auditur Philosophus, dum videtur &c.* & a Seneca adductum. *Eum elige Doctorem, quem magis admireris, cum videris, quam cum audieris &c.* Hæc enim efficacior ad persuadendum eloquentia. *Sapientia misit ancillas, vt vocarent ad arcem, & ad mænia Ciuitatis.* Prouerbiorum cap.9 In Hebræo. *Vocabit super humeros excelsorum ciuitatis.* Vbi Caietanus virtutes intelligens per ancillas. *Significat* inquit, *quod virtutes missa à diuina sapientia officium vocandi exercerent; non prædicata, nec scripta sed portata super humeros. Virtutes itaque in factis consistentes excitant homines ad diuinum conuiuium; facta autem excelsorum præcipue vocant alios &c.* Ducûtque iuxta illud: *In intellectibus manuum suarum deduxit eos* Psalmo 77 num.72 Vbi Caietanus: *Facta exemplaria significat addendo manuum suarum, & vere hæc omnia ge-*

Ad Tit. 2.
Anselm. Opus bonum omnibus est instar libri.
Tertul.
Seneca.
Præceptorum, & magistri exemplo sint discipulis
Prou. 9.
Caiet.
Exempla principum vehementiora.
Ps 77.
Caiet.

quiruntur in principe ad regimē populi &c. & Nazianzenus. *Intellectus,* inquit ille Psalmo 110. *bonus omnibus facientibus eum, non item prædicantibus, &c* Nam vt ait Chrysostomus in 1 ad Corinthios homilia 30. *Hic syllogismus certißimus, qui per opera efficitur &c.* & ad Timotheum cap.1. homilia 10. *Nihil magistris opus eßet, si virtutis probos actus præferremus, &c.* Sapienter igitur Gedeon magistrum se non audiendum sed videndum operum ostendit exemplo: Quo alludens Sāctus Ephrē Epistola ad Ioannem monachum. *Recte,* inquit, *agis exemplum bonorū operum te ipsū præbens, secundum eum, qui dixit A me videbis, & sic facies &c.* Ita enim hic legunt Septuaginta.

Nazian.
Chrysost. Bonum opus syllogismus cō cludens.
Ephr.

Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent &c.

Versus 20.

TAntus tubarum clangor, lagenarumq; fragor, flammarum splendor, clamantium sonitus ita re-

pentino pauore consternauit Madianitas, vt mutuis se vulneribus cæderent, existimantes irrupisse in castra vim magnam Israelitarum, quos dispositi per gyrum tubicines ad pugnam accēderent: Ita fugati, cæsique hostes ad internetioné, id quod innuebat lagenarum confractio quasi significatur extrema pernicies vt apud Ieremiam cap. 19. num. 11. *Sic conteram*, inquit, Deus *populum istum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli*, quod non potest vltra instaurari, vt explicat Diuus Hieronymus, & psalmo 2. *Tanquam vas figuli confringes eos*. Vbi tamen, vt notat Chrysostomus homilia ad baptizandos *Non dixit Propheta; sicut vasa fictilia, sed sicut vas figuli: nam illa nulla emendatione corriguntur semel figuram per flāmas sortita: hoc vero facile ad figuram pristinam artificis reformatur industria &c.* Id, quod Iudæis accidit, dum enim per pænitentiā redibant ad Dominum, quasi argilla diuinis manibus tractabantur, & in pristinam gloriam, statumque refingebantur &c. Vbi vero a Deo, & Christo eius recesserunt, penitus confracti sunt, tanquam vasa inutilia, et sine honore quia ornamentum suum amiserunt iuxta illud. *Nunquid obliuiscetur Virgo ornamenti sui*. Ieremiæ capite 2. num. 32. Vbi Hieronymus. *Ornamentum ergo suum perdidit, qui recedit a Domino &c.* vide Castro in Ieremiam cap. 13. num. 12. ad illa verba. *Omnis lagūcula implebitur vino.*

Ierem. 19

Iudæi nūquam instaurandi.

Psal. 20.

Chrysost.

Iudæi vbi a Christo defecerūt, defecerūt ipsi.

Ierem 2.

Hieron.

Qui a Domino recedit ornamenta omnia perdidit.

2 Alij recentiores moraliter hunc locum accomodāt ad memoriam mortis, ac cineris, in quem tandem redigenda sunt fictilia mortalia corpora, vt eo veluti armati vitiorum, ac dæmonū superemus exercitus. Vide Barradam tom. 2. lib. 2. cap. 25. Rupertum vero hic ca. 11. Isidorum Hisp. cap. 6. ex Diuo Gregorio lib. 30. in Iob. cap. 3.. ad martyrum corpora, & prædicantium pugnas referunt. *Tales quippe* inquiunt, *secum dux noster ad prædicationis prælium duxit, qui despecta salute corporum, hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios non armis, non gladijs, sed patientia superarent &c.* Et infra aduertunt milites Gedeonis dextera tubas, sinistra lagenas tenuisse: & pro dextero haberi quidquid pro magno pensamus, pro sinistro vero quidquid pro nihilo ducimus

Mortis memoria nos armat

Barrad. t. 2. l. 2. c. 25.

Rupert.

Isidorus.

Hostes nostri patientia superandi.

cimus. *Bene ergo*, inquiunt, *ſcriptum eſt, quod in dextera tu*bas, *lagenas autem ſiniſtra tenue*runt, *quia Chriſti martyres pro magno habent prædicationis gratiam, corporum vero vilitatem pro minimo &c.* Vide etiam Euſebium Emiſſenum in natiuitate Sancti Stephani, vbi totum hoc Gedeonis prælium Protomartyris certamini eleganter accomodat. & Rupertus Matth. cap 4. *Quid ſi corporum fragiles hydriæ confringantur? Nimirum tunc amplius flammabunt miraculorum clariſſima luce, & martyres gratioſa morte coronati, exinde fortius prœliabuntur. &c.* Ita pene loquitur Iſaias Abb. cap. 7. Ita martyrum corpora quo magis franguntur, & cruciantur, eo lucidiora, & pulchriora redduntur. Vnde Ambroſius in pſalm. 118. *Eccleſia cum vritur, detrimenta non ſentit, magis fulgor eius augetur &c.* Siue etiam odor de quo Diuus Paulus. *Chriſti bonus odor ſumus* 2 ad Corinthios ca. 2. Vbi Theophilatus, *vel hoc dicit quod nos ipſos hoſtiam offerimus morientes propter Chriſtum, vel quod ob Chriſti victimam, & mactationem veluti quidā ſuffitus, & nos incendamur &c.* & ſupra. *Velu ti igitur*, inquit, *acerra ſumus regia, & quocumque abierimus odorem ſpiritualis vnguenti circumferimus &c.* Nam vt ait Diuus Gregorius apud Bonauenturā 4 de Pharet cap 48. *Sicut aromata fragrantiam ſuam non, niſi cum incenduntur expandunt, ita Sancti viri omne quod virtutibus redolet in tribulatione innoteſcūt &c.* Sic fracta martyrum corpora melius quam hydriæ illæ non modo flagrant, ſed etiam fragrant.

Martyres Euangelij prædicationem magni faciunt nihili ſe ipſos.

Rup.

Corpora martyrum quo apertiora eo lucidiora.

Ambroſ.

Martyr bonus odor Chriſti.

Corint. 2.

Theop.

Grig.

In tribulatione virtus emicat

3 Alia ſimilitudine idem expreſſit diuinus Sponſus *Sicut fragmen mali Punici, ita & genæ tuæ.* Canticorum 4. numero 3. vbi martyres dicuntur genæ, in quibus Eccleſiæ pulchritudo magis elucet. Ambroſ. 2. Exam. ca. 11. *Eccleſia enim bonum fidei fulgorem, confeſſionisque prætendit tot martyrum ſanguine ſpecioſa &c.* vnde illud Bernardi in cantica ſermone 50. *Non eſt cur vereatur martyr exanguem, liuidamque leuare ad eum faciē, cuius liuore ſanatus eſt &c.* Ex Hebræo legunt alij *ſicut flos mali Punici*, Seu quia vt ait Tertulianus. *Omnis alia pulchritudo ſenio vel rugis marcida defloreſcit, patientia ſemper in flore eſt &c.* Vnde Ambroſius 2 de Spiritu Sancto c. 5. adducens illa verba: Ego flos cāpi. *Flos, inquit, odorē ſuū etiā ſucciſus reſeruat, & cōtritus*

Cant. 4.

Martyres Eccleſiæ genæ ſūt.

Ambroſ.

Bern.

Tertul.

Patientia ſemper floret

Amb.

acc-

accumulat. Ita *Dominus in illo patibulo crucis, nec cõtritus emarcuit, nec auulsus euanuit, & illa lanceæ punctione succisus sacro speciosior fusi cruoris flore vernauit &c.* Vel quia martyres supplicia florum loco habent, vt loquitur Basilius homilia de Barlaam martyre. *Talis,* inquit, *nobis laudatur miles qui supplicia loco gaudij duxit, flagellis se tanquam rosis impleri arbitratus &c* & infra. *Carceris clausura quasi prato quodam viridi oblectatus est, tormentorũ adinuentionibus veluti varijs flosculis iucundatus est &c.* Et infra: *Pericula calcauit, quasi super rosas tripudiaret &c.* Magis tamen ad rem facit vulgata lectio. Sicut fragmen mali punici. Vbi Beda aduertit Ecclesiæ pulchritudinem non integro malo punico, sed fracto æquiparari. *Quia quo amplius illam frangi contigerit, eo clarius, quot virtutum grana vnius fidei tegmine complectitur, referri &c.* Et Cassiodorus de martyribus loquẽs. *Hos similes dicit fragmini mali punici quia rubicundi sunt effusione sanguinis, sed fracto malo punico cãdor interius apparet, quia post mortem miraculis coruscant &c* Quod mysterium Diuus Gregorius in lampadibus his Gedeonis agnoscit de martyribus agens. *Resplenduerunt lampadibus dum post solutionem corporum, miraculis coruscarunt &c.* Fractione panis suam, martyrumq; passionem Christus Dominus significauit. *Accepit* IESVS *panem, & benedixit* Aliter cũ gratias egisset, *fregit*, Matth. cap. 26. Theophilatus. *Vt ostendat, se cum gratitudine fractionem sui corporis, hoc est occisionẽ suscipere, neque ægre ferre ceu in re, quæ displiceat sibi vt nos cum gratitudine martyrium aggrediamur &c.* Ita hydriarum fractione martyrium potuit adumbrari.

Christus in cruce flos suauius fragrãs

Basil.

Carcer martyribus florida pratum.

Beda.

Patientia martyrum virtutes Ecclesia ostendit.

Caßiod.

Martyres assimiles malo granato.

Greg.

Matt 26.

Quã grato animo passionem Christus susceperit.

4

Diuus Ambrosius primo de spiritu Sancto cap. 16. hunc locum refert ad Christi Domini passionem, quã sententiam iam inde ab ipsis Apostolis, veluti per manus traditam fuisse testatur. Ita, inquit, *nostri nomen acceptum ab Apostolis seruauère maiores, quod hydriæ sint corpora nostra figurata de limo, quæ timere non nerunt, si feruore gratiæ spiritualis ignescant. Et* IESV *Domini paßionem canora voce confeßionis testentur præsidij putabant vt vel in mentem adducta, aut voce nuncupata vires augeret* Certe Apostolus Paulus eius memoria nos iubet armari, ne deficiamus. *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsũ*

Ambros.

Tantum in Christi passionem

metipſum contradictionem , *vt ne fatigemini animis veſtris deficientes.* Hebr, cap 12, num. 3. & Diuus Petrus Epiſtola. 1. cap. 4. *Chriſto igitur paſſo in carne armamini.* Hugo Cardinal. *Quia memoria, vel cogitatio paſſionis Chriſti maxima eſt fortitudo, & arma potentia contra diabolum &c.* Affertque illa verba Diui Bernardi. *Tanta eſt virtus Crucis Chriſti, vt ſi in mente fideliter habeatur, nulla libido, nulla peccati præualere poſſit invidia* , *ſed continuo ad memoriam eius totius peccati & mortis fugatur exercitus &c.* Nec mirum, ſi Chriſti milites iiſdem illis armis vincãt quibus ductor illorum vicit. *Qui* vt loquitur Peluſiota Epiſtola 95 *Id circo ſpinea corona, vt rector redimitus eſt, quemadmodum ſcilicet clari ac celebres victores faciunt, qui hoc ipſum telum aut inſtrumentũ, cuius ope victoriam conſecuti ſunt in triumphum geſtant &c.*

Hebr. 12. *Petr.* *Hugo.*

Memoria paſſionis Domini arma aduerſus Dæmones fortiſsima. *Bern.*

Crucis & paſsionis recordatio tollit peccata: *Peluſ.*

Huc etiam aliqui accõmodant verba illa. *Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.* Tren. cap. 3. n. 65. Quaſi labor, ſeu paſſio Chriſti Domini ſcutum ſit aduerſus inimici tela munitiſſimum: Vide Lorinum in locum Petri citati. Hæc enim in typo exterminatoris Angeli ictum excluſit, nam cum Hebræi in Ægypto domorum limina ſanguine agni aſperſerint, tranſibat Angelus percutiens ſine vlla habitantium noxa, *cum viderit ſanguinem in ſuperliminari, trãſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lædere.* Exodi cap. 12. n. 23.

5

Tren. 3.

Paſsio Chriſti ſcutum aduerſus inimicos

Exod. 12.

INDEX RERVM QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A, vel alpha cur dicatur Christus? Prolusione nu.3 & cap. 1. ver.1.n.17.
Abraham instar orbis terrarum c.1.v.10 n.2.
Abrahami charitas,& Zelus c.1.v.11.n 2.
Abrahæ tabernaculum virtutibus splendens c.4.v 5.n.4.

Absentia.

Absentia Dei hostes in nos roborat c. 3.v. 12.n 2
Absentia Sanctorum flenda,vt mors c.4.v.9 n.3

Accusator.

Accusatores ne videat Christus c.4.v,5.n.11
Accusantibus se mitior Deus c.1.v.7.n.33

Adamus.

Adamus cōiugium extimuit c.1.v.13. n.3

Adolescentia.

In adolescentia familiaritas cum Deo magna virtus c.4.v.11.n.2

Aduena.

Aduenarum conuersatio mores corrumpit c.1.v.19.n.1.
Aduentu Christi omnis terra sanctificatur c.6,v.2 n.7.

Aduersa,& aduersitas.

Aduersa docent virtutem c.2,v.17,n.3.
Aduersitate fortior prosperitas c.3.v.1 n.2
Aduersitas hominibus vtilissima ibidem.
In aduersis Sanctos cognoscit Deus c.,.v.4 n.2.1.
Qui in aduersis deficiunt parasitis similes sunt ibidem
Qui aduersa,& prospera pari animo ferūt ambidextri sunt c. 3,v.15 n.8.
In aduersis Dei recordamur c.6,v.7.n.1.

Adulari,adulatio,Adulator.

Adulatoris turba insidiosa c.4.v.17,n.4,
Adulatores persecutores ibidem
Adulator blandus inimicus ibidem
Adulatio veniam conciliat ab hominibus c. 8.v.19.n.1.
